







1872

ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

Clemens Blume und Guido M. Dreves.

XLV a

HISTORIAE RHYTHMICAE.

Liturgische Reimofficien

des

Mittelalters.

Achte Folge.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1904.

HISTORIAE RHYTHMICAE.

Liturgische Reimofficien
des
Mittelalters.


A c h t e F o l g e .

Aus
handschriftlichen und gedruckten Quellen
herausgegeben
von

Guido Maria Dreves
S. J.



Leipzig.
O. R. Reissland.
1904.



JUN - 8 1938

10825

VORWORT.

Die Quellen, aus welchen die in vorliegendem Halbbande nachgetragenen Officien geschöpft wurden, sind im wesentlichen dieselben, denen der Hymnenbestand des XLIII. Bandes dieser *Analekten* entnommen wurde. Es sei daher auf die einleitenden Worte jenes Bandes verwiesen. Bemerkt sei außerdem, daß dieser Folge von Reimofficien anhangsweise auch einige rhythmische Mefsformulare, oder Teile solcher Formulare, zugesellt wurden, darunter auch die von Mone in seinen „Lateinische und Griechische Messen“ mitgeteilte Missa VIII.

Die Bruchstücke gereimter oder doch rhythmischer Officien, denen man da und dort begegnet, lassen sich in drei Gruppen zusammenfassen. Sie sind entweder

1. Fragmente eines in allen seinen Teilen (oder doch zum größten Teile) rhythmischen Officiums, von denen uns aber in den Quellen nur Torsos erhalten oder in Druckwerken nur Proben mitgeteilt sind. Solche Bruchstücke finden sich in Quellen, die ihrer Bestimmung nach nur Teile des Officiums enthalten konnten (Diurnale, Vesperale, Nocturnale), sowie in hagiographischen Monographien und Sammelwerken, besonders häufig in den *Acta SS.* So finden wir, um noch einiges zu dem Band XXVI, S. 7 ff. Bemerkten hinzuzufügen, in den *Acta SS. Maii* II, 55 drei Antiphonen aus einem Reimofficium auf den hl. Avertinus. Die erste dieser drei Antiphonen beginnt mit den Worten: *Deus noster exaltat humiles.*

Ein weiteres Bruchstück eines Reimofficiums treffen wir an *Acta SS. Iulii* III, 655. Es sind die fünf Antiphonen *super Psalmos* aus der ersten Vesper und die drei Antiphonen der

ersten Nokturn, von denen indes eine prosaisch abgefaßt ist. Dies Officium auf den hl. Vincencius Madelgarius beginnt mit den Versen:

Magnis muneribus dotavit Hibernica tellus
Nos, Madelgarium dum fecit habere beatum.

Dazu die Bemerkung: „Antiphonae officii Sonégiensis sancti Vincentii, Sonégiensis Patroni, una cum Responsoriis et Capitulis secundum usum ecclesiae Sonégiensis.“

Ein drittes Bruchstück ist einem Officium des hl. Flos, Bischofes von Pola, entnommen und findet sich Acta SS. Oct. XII. 341. Es beginnt mit den Worten: Ecce flos odoris miri, und besteht aus den fünf Antiphonen super Psalmos aus der ersten Vesper, der Antiphon zum Magnifikat, dem Invitatorium und je drei Antiphonen der drei Nokturnen. Es ist bedauerlich, daß diese Historia nicht vollständig mitgeteilt ist, ja nicht einmal die Quelle bezeichnet, aus der sie geschöpft wurde. Bei der großen Fülle des Materials glaubte ich solchen Bruchstücken aus zweiter und dritter Hand tunlichst aus dem Wege gehen zu müssen.

2. Eine andere Art von Bruchstücken bilden einzelne rhythmische Antiphonen, Responsorien, Invitatorien, die sich zuweilen mitten in sonst prosaischen Officien finden. Solche vereinzelte Antiphonen oder Responsorien sind aus den Analecta grundsätzlich ferngehalten. Indes ist es vielleicht nicht ohne Interesse, ein oder das andere Beispiel hier anzufügen.

So befindet sich in einem Passionale ms. S. Sergii Andegavensis saec. 10. Cod. Andegaven. 813 (730), von einer Hand des 11. Jahrh. eingetragen, ein im übrigen prosaisches Officium der HH. Sergius und Bacchus. Doch steht zum Magnifikat in 1. Vesp. folgende Antiphon:

Felix Sergi atque Bacche,
sancto iuncti foedere,
Terris Christo proeliati,
caelis regno praediti,
Vestrum qui colit triumphum,
conservate populum,
Ut dignemur hoste victo
sanctorum consortio.

Das Invitatorium besteht aus zwei Hexametern:

Christum suppliciter veneremur corde fideli,
Sergius et Bacchus quem laudant voce perenni.

Rhythmisch ist dann wieder die Antiphon „in evangelium“,
d. h. zum Benedictus:

Hymnis diem decoramus, in qua Christus praemium
Sergio et Baccho dedit, quod est felicissimum,
Quippe sibi ut astarent seque luce viverent
Ac repulsam non timerent, cum quid nobis peterent.
Hymnis ergo iuncta prece postulemus supplices,
Ut salutis suae orent fore nos participes.

Außerdem befinden sich am Rande der Handschrift folgende drei Piècen eingetragen, deren Bestimmung unbestimmbar bleibt: das erste derselben ist beim Einbinden der Handschrift verstümmelt; die beiden anderen lauten:

1. *Ecce, fratres, quam sit bonum
Et non nisi Dei donum,
Quam honestum et iucundum
Brevem declinasse mundum,
Emendasse menda mundi,
Ut vivamus non immundi,
Propter Christum abnegare
Nosmet et sic habitare
Fratres in unum.*

Die im Druck hervorgehobenen Worte bekunden, daß das Stück auf Ps. 132, 1 Bezug nimmt.

2. Sancte Sergi, martyr fortis,
Nobis per te, fac, extortis
A secundae poena mortis
Pars supernae detur sortis.
Fac. intremus Sion portis
Et caelestis nos cohortis
Deus iungat civibus.
Tuis sacris precibus
Fac nos in caelestibus
Conregnare sedibus
Cum fratribus.

In einem handschriftlichen Brevier von Rennes, 15. Jahrh., Cod. Vatican. Ottobon. 543. befindet sich ein im übrigen prosaisches Officium des hl. Symphorianus. Rhythmisch sind nur die fünf Antiphonen der Vesper sowie das Invitatorium.

- | | |
|---|---|
| 1. Peractis vir nequissimus
In multis mundi partibus
Sanctorum cruciatibus
Aurelianus Aeduae
Se praesentavit finibus. | 2. Erat ergo tunc temporis
Cuiusdam orbis principis
Puer praeclarae indolis,
Symphorianus nomine,
Mirando pollens [schemate]. |
|---|---|

3. Hunc pater Faustus nobilis
Puerum instructum literis
Baptizari constituit.

- | | |
|--|---|
| 4. Regeneratur ergo [1: igitur]
In Christo fontis lavacro
Caelicolis agentibus
Benigno et Andochio. | 5. Coepit puer profusius
Piis crescendo moribus
Divinae legis studiis
Vacare iam praecipuis. |
|--|---|

Invitatorium.

Regi sidereo iubilemus corde benigno,
Qui superis sanctum sociavit Symphorianum.

In dem sonst prosaischen, aus der Schrift gezogenen Officium der hl. Maria Magdalena findet sich spätestens seit dem 11. Jahrhundert sehr häufig die folgende Antiphon, die noch Elision zeigt (nach Brev. ms. Secoviense saec. 11/12. Cod. Graecen. 770):

Fundans Sion in saphyris, rex Christe altissime,
Ac propugnans iaspidibus, te ex fide scientibus,
Memor Raab et Babylonis cum Maria Magdalena,
Confer nobisque ex illius pietatis magnalia
Ut et corde paenitenti nos alienigenas
His quandoque collaetari, miserator, perficias.

In demselben Officium begegnet man (nach Brev. ms. Benedict. Suecic. saec. 15. Cod. Upsalen. C 477.) noch der folgenden rhythmischen Antiphon:

Gloriosa iam per orbem rutilat sollemnitas,
Qua caelestem sumpsit vitam Maria Magdalena,
Luce vernans pretiosa turmas inter caelicas,
Cuius nos, Iesu benigne, iam tuere precibus,
Ut cum illa te laudare possimus per saecula.

Aus einem handschriftlichen Breviere von Remiremont (Cod. Spinalien. 164 saec. 16.) notiere ich die Antiphon auf Romaricus:

Pastor clemens Romaricus,
Dei servus et amicus,
Per Amatam eremitam
Spiritalem duxit vitam,

Quam devote sic finivit,
Quod caelestem acquisivit.
Ergo, Christe, te rogamus,
Cuius esse nos optamus,
Ut pro nobis sit confessor
Ad te pius intercessor.

Ein Responsorium auf die hl. Katharina von Siena entnehme ich dem handschriftlichen Liber divinae doctrinae der Heiligen, Handschrift des Dominikanerklosters zu Wien Nr. 19. saec. 15:

R. O spem miram, quam dedisti,
Dum vixisti (et), dum transisti,
Filiis, quos dilexisti,
Dum te ipsis profuturum
Post mortem promisisti,
Nos tuis iuva precibus,
Imple, mater, quae dixisti.
V. Quae tot signis claruisti
Et virtutibus fulsisti,
Nobis opem feras Christi.

Drei vereinzelt stehende Antiphonen auf die HH. Ausonius, Barbara, Christoph enthielt das 1542 zu Poitiers gedruckte Brevier von Saintes.

De sancto Ausonio.

A. O pastor huius patriae,	Angelis comitantibus
Ausoni, dux egregie,	A loco fusi sanguinis
Qui per gregem martyrium	Ad locum tui nominis,
Subisti, caput proprium	Ora pro hac familia
Deferens tuis manibus	Deum in caeli patria.

De sancto Christophoro.

A. O Christophore, respice	Te diligentes unice.
Nos pietatis oculo	Te venerantes sedulo,
Sub huius adhuc lubricae	Consors lucis angelicae,
Carnis gementes vinculo;	Caeli subscribe titulo.

De sancta Barbara.

A. O flos campi, lucida facies,
Te, Barbara, mirantur acies,
Te tuentes confortat species
Tua, per quam sit nobis requies.

BQ
5253
A5
v. 45

Das folgende Responsorium, entnommen dem Psalt. ms. Valcidorense saec. 11/12. Clm. Monacen. 13 067, zeigt einen primitiven Rhythmus; dennoch möchte ich es hier notieren, da es von hagiographischem Interesse ist:

- R. Mole gravati criminum
ad te confugimus,
Hugberte, abba egregie,
ne contingat nobis
cum pessima morte finire.
- V. Impetra nobis, quaesumus.
de praeteritis malis veniam,
de praesentibus emendationem
atque de futuris cantelam.

3. Eine letzte Art von Bruchstücken bilden solche, bei denen es zweifelhaft bleibt, ob sie der ersten oder zweiten der vorerwähnten Klassen angehört. Solcher Bruchstücke habe ich eine große Anzahl aus Cod. Colonien. 28. im Anhang zu Band XXVIII. der *Analecta* zusammengestellt. Einige weitere finden sich in dem reichhaltigen und oft benützten Cod. Darmstadien. 521. Es sind die folgenden:

De sancto Gerlaco, Comite Valkenbergensi. Zu den Band XIII S. 8 mitgeteilten Trümmern eines Reimofficiums auf diesen Heiligen bringt Cod. Darmstadien. zwei weitere:

- | | |
|---|--|
| <p>A. O dexteræ mutatio
Excelsi! phalerato
Evectus in dextrario
Asello insellato
Revehitur, cilicio
Induitur pro pallio,
Cuius in hoc exsilio
Nobis assit oratio.</p> | <p>R. Surgit, qui diu iacuit
In lecto peccatorum,
Et laetum gramen messuit
Ex semine dolorum,
Qui sic haberi meruit
Concivis angelorum.</p> <p>V. Qui seminant in lacrimis,
in exultatione metent.</p> |
|---|--|

De sancto Godefredo, Comite Cappenbergensi. Zu dem Anal. XXVIII, 297 Mitgeteilten ist die folgende Antiphon hinzuzufügen:

O quanta plenus gratia
Per clara fulget merita.
Qui solum per intuitum
Effugavit daemonium.

De sancto Ludgero. Die folgende Antiphon findet sich nicht in dem Officium des Heiligen Anal. XXVI, Nr. 91:

Salve, confessor inclite,
Ludgere beatissime,
Caelesti fulgens schemate,
Qui facis Christo credulam
Pius plebem Saxoniam,
Frisonum gentem asperam
Tu facis Deo subditam.

„Lutardi confessoris, quondam comitis Cliviensis atque fundatoris ecclesiarum sancti Clementis in Wysschel ac sancti Quirini in Nussia anno Domini octingentesimo XXV^o.“ Ausser dem Resp. O virum imitabilem, das Anal. XXVI, Nr. 95 mitgeteilt ist, die folgende, dort fehlende Antiphon:

O quam venerandus
Est iste sanctus
Regum progenie ortus,
Qui contempsit pompam saeculi
Et secutus est praecepta Christi.

De sancto Paulo Eremita. Weder in den Officien Anal. XXVIII, Nr. 44 und 45 noch ibid. S. 315 finden sich die beiden Antiphonen und das Responsorium, die hier folgen:

A. O quam mirifice,
Christe, coruscas,
Qui tam mirifice
Sidera fuscas
Exaltans humiles,
Gloriam caeli
Qui Paulo dederas
Iure fideli,
Qui par apostolis
Atque prophetis.

R. Exemplar morum
nec non speculum monachorum,
Paule pater, clarum
nos duc per iter tibi carum,
Huius deserti
fac nos intendere bellis,
Ut tecum certi
iungamur in aethere stellis,
V. Cernere fac tecum
Christum gaudereque secum.

A. O praeclara caeli stella,
Paule pater, seda bella,
In eremo quae patimur,
Ignis ardet, mordet serpens,
Gravat labor atque torpens
Mens (l.: Nos) Amalech insequitur;
Duc ad montem visionis,
Terram ad promissionis,
Supernam Ierusalem.

De sancto Silvestro. Eine Antiphon und ein Responsorium. Vgl. Anal. XXVIII, 320, wo andere Bruchstücke eines Reimofficiums mitgeteilt sind.

Silvester admirabilis,
Confessione nobilis,
Caput factus ecclesiae,
In sede Petri positus,
Eius quondam vicarius,
Consors ipsius gloriae,
Caeli gaudes in culmine;
Pios intende gemitus
Iuvando tuis precibus,
Qui talentum multiplicas,
Ut tuo regi placeas.

R. O praesul clarissime,
Silvester sanctissime,
Aeterno regi supplica,
Ut nostra regat tempora,
Cuius vita mirabili
Praeco esse mervisti;
V. Serva tuo precamine
Christi redemptos sanguine.

Schließlich sei noch eines sehr jungen Reimofficiums erwähnt, welches zeigt, daß die Liebhaberei für diese Art von Officien selbst durch die „Moderne“ der Renaissance nicht ganz umzubringen war, was schon die ähnlichen Hinweise Anal. XXVI, S. 9 u. f. ins Licht setzen sollten. Dieses Officium auf den hl. Fortunat, Bischof von Todi, findet sich in Cod. Vatican. Ottobon. 584. saec. 17. in. Als Probe diene die Antiphon ad Magnificat in 1. Vesp.

Praesul Fortunate,
Spes tuorum civium,
Nitens lux Italiae,
Nobile depositum
Urbis Tudertinae,

Porta donum gratiae,
Christi patrocinium,
Quo feramur prospere
Ad caeleste regnum
Almo te ductore.

Die Inscriptio dieses Opus lautet: „Ad illustrissimum et reverendissimum D. D. Marcellum, S. R. E. Card. Ord. Min. Convent. Protect., Episcopum Tudertin. Officium s. Fortunati, Episcopi Tudertini per fratrem Iulium Arigonum Cremonensem eiusdem ordinis, servum humillimum, rhythmis deductum. Da Cardinal Marcellus Lante seit 1606 Bischof von Todi war, fällt also die Abfassung dieser Historia rhythmica in den Anfang des 17. Jahrhunderts.

München, den 1. Mai 1904.

Guido Maria Dreves.

HISTORIAE RHYTHMICAÆ.

1. Die Dominica.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Pro fidei meritis
vocitatur iure beatus,
Legem qui Domini
meditatur nocte dieque.
2. Iuste Deus iudex,
fortis, patiensque benignus,
In te sperantes
muni miserando fideles.

3. Surge et in aeternum
serva munimine sacro
Custodique tuos,
astripotens, famulos.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Naturae genitor,
conserva morte redemptos
Facque tuo dignos
servitio famulos.

2. Pectora nostra tibi
tu, conditor orbis, adure
Igne pio purgans
atque cremando probans.

3. Tu populum humilem
salvast ab hoste, redemptor,
Atque superba tuo
colla premis iaculo.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sponsus ut e thalamo
processit Christus in orbem
Descendens caelo
iure salutifero.
2. Auxilium nobis,
salvator, mitte salutis
Et tribuas vitam
tempore perpetuo.
3. Rex sine fine manens,
miseris tu parce ruinis
Praemia concedens,
aethera cuncta regens.

Brev. ms. Baiocense saec. 13/14. Cod. Capit. Baiocen. 74. — Der Anfang des Officiums fehlt in der Hs. — In 3. Noct. A 1, 1 ut et thalamo. — A 3, 4 Et tua cuncta.

2. De Corona Spinea.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Gaude felix
mater ecclesiae,
Assunt tibi
nova sollemnia,
Nam corona
quondam ingloria
Nunc per orbem
refulget gloria.
2. Corona contumeliae
Cruore regis gloriae
Sacro consecratur,
Veneremur opprobrium,
Quo salutis remedium
Mundo reparatur.
3. Exite, Sion filiae,
Videte regem gloriae
Sub coronae ludibrio,
Fert diadema spineum
Et sceptrum arundineum
Mundano spreto gaudio.
4. Coronam pulchritudinis
De carne sumptam virginis
Pro nobis Christus detulit,
Quae sub corona spinea
Pio cruore rosea
Vitae coronam contulit.
- 5 Christum eductum populo
Damnant crucis patibulo
Iudaei, viri sanguinum,
In vestitu purpureo
Illusum serto spineo
Mundi coronant Dominum.

Ad Magnificat

- A. O coronae
miranda dignitas,
Poenas mortis
repellens debitas!

Tu spes lapsis,
infirmis firmitas,
Tu restauras
coronas perditas.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Assunt dominici
Serti sollemnia,
Laude multiplici
Plaudat ecclesia.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Christum sub serto spineo
Deridet plebs perfidiae,
Cuius cruore roseo
Sertum confertur gloriae.
2. Plebis fit abiectio
Decus angelorum,
Spinae sub opprobrio
Datus rex caelorum.
3. Sertum contumeliae
Non abominatus
Florem sprexit gloriae
Spinis coronatus.

Responsoria.

1. Spina carens
flos spina pungitur,
Per quam culpae
spina confringitur,
Spina mortis
spinis retunditur,
Dum vita moritur.
- V. Hac ludibrium
Hostis deluditur,
Mortis dominium
Per mortem tollitur.

2. Spinae poena
culpas exterminat,
Et dolores
dolor eliminat,
Mors[que] vitam
sub spina germinat
Et mortem terminat.
- V. Inter spinas
honor illuditur,
Vita mortem
sub spinis patitur.

3. Flos de virga
natus virginea,
Puritate
nitescens nivea,
Sub punctura
marcescit spinea
Crucis in area;
- V. Virga florem
virtutum genuit,
Per quem totus
orbis reffloruit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Gestat coronam spineam
Rex in derisum traditus,
Ut ad coronam auream
Nobis pateret aditus.
2. De torrente
bibens miseriae
Exaltavit
caput rex gloriae
Coronatum
spinis angustiae.
3. Regem Sibylla cecinit,
Quod ferret sertum spineum,
Hoc Iudaea non meminit
Spinae praebens aculeum.

Responsoria.

1. O miranda
regis dignatio,
Dreves, Historiae Rhythmicae. VIII.

- Quae se spinae
subdit opprobrio;
Felix huius
spinae condicio,
Quae spinetum
purgat a vitio!
- V. Flos, spineti
decus et gloria,
Pro spineto
suffert opprobria.
2. Mortis sceptrum comminuit
Vita, dum spinis pungitur,
Vitae coronam tribuit,
Dum sub corona moritur.
- V. Christus spinae
punctus angustia
Nobis confert
coronae gaudia.
3. Coronat regem omnium
Iudaea serto spineo,
Stat inter spinas lilium
Vernans cruore roseo,
Spinarum culpae nescium,
Spinae punctum aculeo.
- V. Sub decore
fulget purpureo
Corpus nitens
candore niveo.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. O felix punctio,
Quae vitam reddidit,
Cuius supplicio
Mors mortem perdidit.
2. Spinam rex non reppulit
Nec spinae dolorem,
Spinae sertum detulit
Nostrum ob amorem.
3. Rex sub spinae cuspidē
Olim laureatus
Pretioso lapide
Fulget coronatus.

Responsoria.

1. Felix spina,
per cuius circulum
Fluit sanguis,
qui sanat populum,
Felix poena,
felix piaculum,
Quod salvat saeculum!
- V. Spina, quae Christum cruciat,
Mundum a culpis expiat.

2. O coronae
tropaeum inclitum,
Sub quo vita
vicit interitum,
Tu tuorum
solamen militum
Et perennis
coronae miritum.

- V. O praeclarae
signum victoriae,
Tuos serva
servos in acie.

3. Felix spina,
cuius aculei
Guttis rubent
roris sanguinei,
Vires frangunt
regis tartarei,
Seras pandunt
regni aetheri.

- V. O spinarum
immensa gloria,
Quae tot nobis
praestant remedia!

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Adest dies laetitiae,
Quo diadema spineum
Regnum suscepit Galliae
Christi cruore roseum.

2. Summum regem gloriae
Spinis coronatum
Ridet plebs perfidiae
Morti condemnatum.

3. O quam felix punctio,
Quam beata spina,
De qua fluit unctio
Mundi medicina!

4. Pungens spina vulnerat
Christum patientem
Et a morte liberat
Populum credentem.

5. Spinae rubent sanguine
Christum cruentantes,
Mundum lavant crimine
Caelum reserantes.

Ad Benedictus.

- A. Ave, spina,
poenae remedium,
Servi decus,
regis opprobrium,
Tua plaga,
dolor, ludibrium
Vitae nobis
mercantur praemium.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O decus ecclesiae,
Gloriosa spina,
Sertum regis gloriae,
Mundi [medi]cina,
Praesentis angustiae
Dulcor et resina,
Te laudantes hodie
Serves a ruina.

Legend. ms. Laurentii Odonis Lincopen. saec. 14/16. Cod. Dresden. A 182.
— In 1. Vesp. A 4, 5 roseo. — In 3. Noct. A 3, 4 Fulget laureatus.
— R 1, 2 per cuius tinnulum. — Vgl. Anal, V Nr. 10 und 11.

3. De Sepulcro Domini.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Christum nunc laudate,
Qui omnia creavit,
Et tumbam honorate,
Quam sibi reservavit.
2. Laudate Dominum,
Nam sine fallacia
Eius in aeternum
Manet laus et gloria.
3. Lauda regnatum,
Elisos erigentem
Nobisque profuturum,
Escam egenti dantem.
4. Deo nostro laudem
Da sparsos congreganti,
Malignorum fraudem
Potenter conculcanti.
5. Lauda, Ierusalem,
Qui in te benedixit,
Sic et tu, Betlehem,
Christum, dum homo vixit.
- R. Ad cuius nutum floruit
Omnis creatura,
In ara crucis aruit
Egens sepultura,
- V. In amore et fervore
Gaudete mente pura.

Ad Magnificat.

- A. A cruce deponitur
Corpus vulneratum
Et unguentis ungitur
Ad tumulum praeparatum.

Ad Completorium.

Super Nunc dimittis.

- A. Tumuli iucunda
Iugis fragrantia
Sicut laetabunda
Populi frequentia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Alleluia, regem
Gloriose sepultum,
Venite, adoremus.

Ad Nocturnum.

Antiphonae.

1. Qui in tumba torridum
Corpus dormire
Voluit reffloridum
Potenter suscitare.
2. Deus exaudivit me,
Cum ipsum invocarem.
Quem et in maerore
Sensi redemptorem.
3. Magnum nomen Dei
Est notum in Iudaea.
Et pacis locus ei
Paratus est in ea.

Responsoria.

1. Ortus sol in Bethlehem
Est valde speciosus,
Occidit Ierusalem,
Hinc factus radiosus.
- V. Dum sic redit
Sibi cedit
Aer nubilosus.

2. In horto quodam fuerat
Tumba dominicalis,
Ioseph quam exciderat,
Vir Christo specialis.

V. O praeclara
Tumba cara,
Nulla visa talis!

3. In cordis nostri tumulo
Christus sepeliatur
Et virtutum cumulo
Feliciter ungatur,

V. Cum scis, qualis
Hospes, talis
Digne custodiatur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Laudemus nunc sepulcrum,
Christi locum nobilem,
In eo nam sepultum
Vidimus immobilem.

2. In sacro monumento
Christi corpus iacuit,
Undique unguento
Fragrans balsamizavit.

3. Hoc Ioseph cisterna
Sepulcrum figuravit,

In quo pax aeterna
Metipsa habitavit.

4. De Arimathia
Ioseph a spectabili
Est parata via
Christi tumbae habili.

5. Locus a locato
Clare serenatur,
Christo, Deo nato,
Laus, honor, virtus datur.

Ad Benedictus.

- A. Sepulcrum praelegerat,
Cum per prophetam dixerat,
Quod esset gloriosum;
Adcelerent ad quod plurimi
Et venerentur cernui
Miraculis famosum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Gaudeant archangeli,
Laetentur et angeli
In hac festivitate,
Qua Christi tumba colitur
Et laudibus extollitur
Sacra sollemnitate.

Viat. ms. Wratislaven. anni 1412. Cod. Wratislaven. 1132. — In 1. Vesp. Ad Magn. A, 4 lies Ad tumbam oder paratum. — In Laud. Ad Bened. A, 4 lies Adcurrant? — Hymnen: In 1. Vesp: Rex gloriose nimium; Ad. Complet: De sepulcro irradiat.

4. In Praesentatione Beatae MV.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Utero materno
Fuit consecrata
Mundi redemptorem
Virgo paritura.

2. Offerunt in templo
Virginem parentes,
Ut voverunt, Deo
Eam mancipantes.

3. Pneumatis impletur
Gratiarum donis,
Veri adornatur
Templum Salomonis.

Responsoria.

1. Sancta priusquam nata fuit
pia virgo Maria,
Ventre parentis clausa creantis
pneumate plena,

V. Pulchra nimis Dominoque
placens,
formosa, decora.

2. Regum, pontificum
de stirpe suum capit ortum,
Pontificem Christum
regem paritura supremum;

V. Nobilis est genere,
sed nobilior probitate.

3. Trima gradus ter quinos
scandit ipsa libenter
Sola parentes non
expectans se praeparantes;

V. Summo se teneris
Domino praesentat in annis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Templi gradus trima
Quindecim ascendit,
Castitatem prima
Dominoque vovit.

2. Frequenter ab angelis
Virgo visitatur,
Quorum ab infantia
Vitam imitatur.

3. Seraphin et thronos
Vincit puritate
Superatque sanctos
Omnes pietate.

Responsoria.

1. Virginitatem prima
quae vovit virgo relinquens
Exemplum multis
postea virginibus;

V. Omnis ab intus gloria
virginis exstitit huius.

2. Norma fuit cunctis
vivendi spiritualis
Instituens vitam
duxit et angelicam,

V. In Domini lege
meditatur nocte dieque.

3. Simplex, pacifica,
prudens humilisque pudica,
Gratis ornata
moribus ipsa fuit;

R. Pura fide, patiens
spe, miro fervet amore.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dono summi regis
Plena benedicto
Feminarum legis
Caret maledicto.

2. Sumens illud Ave
Gabrielis ore
Concipit intacta,
Parit incorrupta.

3. Mater opulenta,
Dulcis et benigna,
Nos tuo praesenta
Nato prece digna.

Responsoria.

1. Pneumatis imbuitur
doctrinis mente serena
Ac paradisi mortalis
praegustat amoena;
V. Haec genito patris
praeparatur mansio digna.
2. Virgo Maria, maris,
expers et criminis omnis,
Fit geniti patris
genetrix, quem non capit
orbis,

- V. Cunctos praeexcellens,
speciali munere gaudens.
3. Absque dolore parit,
post partum virgo remansit,
Nutrit virgineo
de caelis ubere pleno;
- V. Stella parit solem,
Gignit plasmata creantem.

4. Prudens, cunctis humilior,
In amore ferventior,
Prior est in vigiliis,
Frequentior in canticis.
5. Professione, corpore
Et mente virgo exstitit,
Quae florem pudicitiae
Post generare debuit.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Plasmator caeli siderum
Lumen creat mirificum,
Cuius vita sanctissima
Illustratur ecclesia.
2. Munda ab omni crimine
Prodit ex regum germine,
Offertur a parentibus
Deo vota reddentibus.
3. Solis divinis usibus
Mancipanda prae ceteris
Magnis nitet virtutibus,
Custoditur ab angelis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O Maria, flos virginum,
Rosa sine spina,
Inter spinas lilium,
Stella matutina,
Sole, luna clarior,
Mundi medicina,
Balsamo suavior,
Caelorum regina,
Gloria prae ceteris
Et honore digna,
Nobis prece miseris
Succurre, benigna.

Brev. Atrebatense imp. Atrebatum 1595. — In 3. Noct. R 2, 5 Uinctos prae-
cellens. — R 3, 6 plasmata creantem. — Zugehörige Hymnen: Ad Vesp. et
ad Matut.: „Ut tibi laudes valeant fideles“; In Laud.: O nimis
felix“.

5. In Visitatione BMV.

1. Ex motu infantum
Laus divina promicat,
Dum mater clementiae
Matrem Iohannis visitat.
2. A calore caritatis
Calefacta sterilis,
Dum vox sonat pietatis
Salutantis virginis.
3. Inquinata nulla sorde
Per carnis delicias,
Virgo carne, virgo corde,
Lavat immunditias.
4. Ab intus plena gratia
Fusa probat copia,
Foris digna ideo
Laudis et honoris.
5. Domini refugium
Fortiter accedit,
Cui patrocinium
Mariae procedit.
6. Quanto sese deprimebat
Sponsa fabri nobilis,
Tanto magis elucebat
Mater Dei humilis.

- | | |
|--|---|
| <p>7. Ferax est terra Domini
Venter sacratae virginis,
Qui thesaurum fert homini
Nostrae parem imaginis.</p> <p>8. Habens Christum fundamentum
Aurum, gemmam et argentum
Sic superaedificet,
Ut Mariam glorificet.</p> <p>9. Deo decantent omnia,
Qui proles exstat virginis,
Elisabeth praeconiis
Effugat erronea.</p> <p>10. Iuste lux orta gratiae
Mentem eius penetrat,
Cuius domum visitat
Per se sol iustitiae.</p> <p>11. Novum tibi canticum,
Virgo, decantamus,
Ut te vitae viaticum
[Semper] habeamus.</p> | <p>12. Deus palam omnibus
Revelet clementiam,
Quando pro hominibus
Sumpsit carnis substantiam.</p> <p>13. Cornu praeconis buccinat,
Regem novum annuntiat
Castris electorum
Et in domo Zachariae
Cornu frangens Ezechiae
Errores eliminat,
Vertitati sublimat
Cornua iustorum.</p> <p>14. Exsultat infans utero,
Dum domum mater [et] virgo
Elisabeth intravit,
Iam se indicavit
Eius praecursorem;
Cuius beneficio
Humana condicio
Advenisse crederet
Mundi redemptorem.</p> |
|--|---|

Diurn. et. hymn. ms. Benedict. Suecic. saec. 15. Cod. Upsalen. C. 477. —
Die Stellung dieser Bruchstücke im Officium läßt sich schwer erraten; doch
scheint 13. die A ad Benedictus, 14 eine solche zum Magnificat zu sein.

6. De Beata Maria V.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Trinitatis thalamum,
Angelorum gloriam,
Castitatis balsamum
Et lapsorum veniam
Laude totus et devotus
Chorus iste veneretur,
Dei matrem et precetur,
Ut nos ita sub hac vita
Mundos omni vitio
Caros reddat filio,

Quod ipsius prece pius
Piae matris regno patris
Ipsa duce vera luce
Frui donet et coronet
Ut dilectos et electos
Laurea triumphali.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Salutis matrem
adoremus virginem,
Cuius sanctitas mundo
Deum parit et hominem.

In 1. Nocturno.

Responsoria.

1. Mater casta, pia
rosa, mitis virgo, Maria
Concepit florem
nec perdidit ipsa pudorem,
V. Haec impraegnata
Christum parit inviolata.
2. Florem virga parit,
quam flos prius ipse creavit,
V. Teste prophetia
Deus est flos, virga Maria.
3. Virga dedit florem
castum servando pudorem,
Iustitiae solem,
patris per saecula prolem.
V. Gaudeat omnis homo,
quoniam peperit pia virgo.
Gloria divino
sit regi, nomine trino.

Prosa.

Pater per saecula
Sponsam ad oscula
Invitat virginem,
Adulescentula
Confestim credula
Gignit propaginem.

Res mira geritur,
Vilibus tegitur
Hic infans vestibus,
Quo solo regitur,
Quidquid concipitur
In mundi finibus.

Hostis perfidiam
Non per iniuriam
Hic fregit parvulus.
Precatur Mariam,
Matrem et filiam,
Fidelis populus,

Auferat haec molem,
frangantque precamina pro-
lem.

In 2. Nocturno.

Responsoria.

1. Ave festiva ferculis
Salomonis conviva,
Regis aurea
conscendens triclinia,
Pro agni occisione
martyr purpurea mente,
Pro gratia
benedictionis
Argenteis
suffulta colonnis.
- V. Monte Libano magis
candida virgo,
O quam terribilis
in ordine caritatis
Transiit per medias
Ierusalem filias.
2. Maria sacratissima,
Dei mater et hominis,
Roga natum, piissima,
Ne nos ob culpas criminis
Tradat in obscurissima
Loca poenalis fulminis.
- V. Cuius praesidio
toti succurritur orbi,
Posce reis veniam
nobis cum prole beata.
3. Haec est mater triumphalis,
Mundi salus unica,
Cuius aula virginalis
Voce sub angelica
Verbo fecundatur,
Quod ex patris voluntate
Obumbrante spiritu,
Fracto nunquam aditu
Nec abscissa trinitate
Deus humanatur,
- V. Ut nos salvet a peccatis,
Quos lex eius sauciat,
Et heredes faciat,
Suae pietatis.

Trinus honor trinitati
Detur, laus et gloria,
Cuius dante gratia
Deo sumus grati.

Prosa

Virgo sine simili,
Mater singularis,
Digna partu nobili
Vitae salutaris.

Tuam nobis gratiam
Praesta, quam optamus,
Fac, ut mundi gloriam
Mundi caveamus.

Virgo, mater regia,
Scimus ex te natum,
Per quem datur venia,
Cessat et peccatum.

Nobis placet filium.
Cuius sumus rei,
Ut in eius gaudium
Adiungamur ei,

Qui dignatur humilis
Nobis apparere,
Cum sit rex mirabilis,
Trinus, unus vere.

In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Aurea de spinis
processit vilibus olim
Virgula, flos cuius
roseus resplenduit ut sol.

V. Sentes Iudaeam
portendunt, virga Mariam,
Ex cuius flore
Messiam protulit ex se.

2. Sicut sol stellas
superat, sic virgo puellas,
Quae genuit prolem
superantem lumine solem.

V. Virgo, Dei genetrix,
assit lapsis reparatrix.

3. Rosa fragrans, lux solaris,
Virginale speculum,
Tu praesignans singularis
Castitatis titulum
Et propinans salutaris
Medicinae poculum;
Matris reae, mater pia,
Redimens interitum,
Templum patris es effecta
Ob virtutum meritum.

V. Ius naturae superari
Stupet per te virginem,
Quia Deum peperisti
Pariter et hominem.

Prosa.

Templum pudicitiae,
Nova stella maris,
Naufraganti lux viae
Partu salutaris,

Per te sol iustitiae,
Lapis angularis,
Hos coaptet gloriae,
Ubi gloriaris.

Roga patrem, filia,
Placet, mater filium.
Cum dulci melodia
Sibi vox psallentium

Per tua subsidia
Dari poscit bravium,
Quod non tollat dulia
Nec demergat vitium.

Efficaci tua prece
Omni nos emunda faece,
Sic collaudet te vox chori,
Ut coaptet se cor ori

Ob virtutum meritum.

Trop. ms. Martialense saec. 11.—14. Cod. Parisin. 1139. add. saec. 14.
— In 1 Vesp. Super Ps. **A**, 13 Ipso. — Ad. Magn. **A** Salve, regina misericordiae etc., die bekannte Antiphona maior. — Ad Noct. Vor **R** 1 ein anderes prosaisches: Benedicta et venerabilis es etc. — **R** 3, 8 nomini. — In 2. Noct. Vor **R** 1 ein anderes prosaisches: O Maria, ne timeas etc. — **R** 1, 5 occasione. — **R** 1, 10 suffulta colonis. — **R** 2 steht in der Hs. vollständig in 1. Vesp., hier nur der Anfang. Dort ist noch die Doxologie beigefügt:

Doxa, perennis honor, virtus, laus, summa potestas
Sit patri, genito sancto cum flamine sacro.

In 3. Noct. Ad Cantica **A** prosaisch: Speciosa facta es et suavis etc. — Vor **R** 1 ein anderes prosaisches: Salve, nobilis virga Iesse etc. — **R** 1, 5 Mentis Iudaeam. — **R** 3, 5 Et propugnans. — **R** 3, 11 superaris. — Prosa, v. 11 Cum dulcedi melodia. — Ibid. 12 Tibi vox. — Nach der 3. Noct. folgt Prosa ad Benedictus: Sub tuum praesidium etc., dann vier prosaische **AA**, als fünfte: Alma redemptoris mater etc.

Es folgen auf dies Officium, das augenscheinlich für den Sonntag bestimmt ist, die Officien der Wochentage. Unter den prosaischen Bestandteilen derselben finden sich folgende teils metrische, teils rhythmische Partien: FERIA II. Ad Vesp.

R. Virga parens floris, via regia, forma pudoris,
V. Esto memor nostri, celebris medicina doloris.

Ad Magnificat

A. Mater patris et filia,
Mulierum laetitia,
Stella maris eximia,
Audi nostra suspiria.

Regina poli curiae,
Mater misericordiae.
In hac valle miseriae
Sis reis dona (l: vena) veniae.

Maria, propter filium
Confer reis remedium;
Bone fili, preces (l: prece) matris
Dona tuis regna patris.

Diese **A** ad Magnificat scheint aus drei Strophen eines Hymnus gebildet zu sein. — In 1. Noct. **RR** 3 und 4:

3. Ad nutum Domini nostrum ditantis honorem
Sicut spina rosam genuit Iudaea Mariam,
V. Ut vitium virtus, operiret gratia culpam.

4. Mater Dei Maria, felici nomine digna,
V. Ora pro famulis nunc, benedicta, tuis.

FERIA III. sind **R** 3 und **A** ad Vesp. in poetischer Form, nämlich Strips Iesse virgam produxit etc. Cfr. Anal. V, 50; Ave stella matutina Peccatorum medicina etc. Cfr. Mone II, 321. — FERIA IV. sind **RR** 3 und 4 metrisch:

3. Sancta Dei genetrix et semper virgo, Maria,
V. Ora pro nobis ad Dominum domina.

4. Solem iustitiae, regem paritura supremum
Stella Maria maris felix processit ad ortum,
V. Cernere divinum lumen gaudete, fideles.

Feria VI. alles prosaisch. Dann *Aliae Lectiones*, zu diesen ein metrisches *R.*, das dritte:

- R.* Candida virginitas, paradisi clara colonis,
Hortus conclusus florenti cespite vernans,
Cui merito mundus celebrat praeconia totus.
V. Quae meruit Dominum progenerare suum,
Ipsa suo nato nos reddat florida virgo.

Es folgen dann in der Hs. noch drei *Lectiones* mit ebensovielen rhythmischen *RR*; ob diese der feria VII. angehören bleibt ungewiss. Diese drei *AA* finden sich auch in *Collect. ms. Martialense saec. [12. et] 13. Cod. Parisin. 5245. B:*

- | | |
|---|---|
| <p>1. Sit tibi laus, o benigna,
Tu es omni laude digna,
Digna indignos respice.
Indigni nos precamur te,
Ut tuum, qui creavit te,
Pro nobis ores filium.
Laetentur qui sperant in te,
Coram Deo et coram te,
In lumine viventium.</p> <p><i>V.</i> Tu regem regum omnium
Genuisti, ipsum per te
Habeamus propitium.</p> <p>2. Ave, fulgens et praeclara,
Digna Deo, Deo cara,
Virgo Dei placens ei;
Ave, lumen nostrae spei,
Deum orans, mater Dei,
Illuc nobis locum para,
Ubi spes dat locum rei.</p> <p><i>V.</i> Absque te lux non est clara,
Sed bonis praesunt amara,
Mors vitae et nox diei.</p> | <p>3. O pium gaudium,
Dulce remedium,
Dum virgo filium
Pro nobis orat;
Unde scis, et quis ignorat,
Pro impiis pia pium,
Pro indignis digna dignum
Semper orat.
Orat pro me, orat pro te,
Orat pro suis, non pro se,
Semper orat.
Si suus es, securus es,
Suus ego sum, non nego.
Ergo plaude
Et in eius laude gaude,
Quae pro suis semper orat.</p> <p><i>V.</i> Plaudat coetus, non est metus
His, pro quibus semper orat.
Tace, fletus! iam sum laetus,
Immo gaudio repletus,
Quia virgo semper orat.</p> |
|---|---|

1, 7 Laetetur, qui sperat in te B. — Nach 3, 4 Semper orat B. —
Nach 3, 4: Nisi pia subveniret | Orando, quis non periret? —

7. De Beata Maria V.

Lectio I.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Forma, decus puellarum
Et sanctior feminarum,
Regis iustitiae solem
Gaudes esse tuam polem.</p> | <p>2. Ut sanctus evangelista
Fideliter dicit ista,
Verum Deum incarnatum
Confitemur tuum natum.</p> |
|---|---|
3. Verba, quae dixit propheta,
Cognoscimus adimpleta,
Dat Deus benignitatem
Propter suam caritatem.

Lectio II.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Terra nostra dedit fructum
De caelestibus adductum,
Quo cibati et refecti
Universi sunt electi.</p> | <p>3. Praefulgida maris stella,
Iesum Christum interpella,
Ut tua prece placatus
Nostros expurget reatus,</p> |
| <p>2. Hanc, ut psalmista praedixit,
Terram Deus benedixit
Avertens captivitatem
Et dans nobis libertatem.</p> | <p>4. In mundo pro quo pressuram
Tu sustinuisti duram,
Martyrium passa forte
Illius conspecta morte.</p> |
5. Capta nimio maerore
Satiata es dolore,
Dum dator aeternae lucis
Toleraret poenam crucis.

Lectio III.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Tu assumptionis hora
Consurgens velut aurora,
Sicut cunctis est compertum,
Mundi relinquens desertum.</p> | <p>3. Inter claras margaritas
In caelesti sede sitas
Dans fulgorem claritatis,
Nil habens obscuritatis.</p> |
| <p>2. Adest angelorum coetus
Et Iesus occurrit laetus
In caelesti regno secum
Te locans, ut fuit aequum,</p> | <p>4. Sancta sic glorificata,
Dilue nostra peccata
Rogans regem sempiternum,
Ne cadamus in infernum,</p> |
5. Regnum sed possideamus,
In quo semper gaudeamus
Cum agminibus sanctorum
Per saecula saeculorum.

Tropar. ms. Martialense saec. 12. add. saec. 13, in Cod. Parisin. 3719.
— Als Lectt. IV, V und VI aus dem Officium B. M. V.

8. De beata Maria V.

Ad Matutinum

Hymnus.

Quem colit et laudat, veneratur machina trina,
Qui caelum portat, mare portat, sidera portat,
Claudit et omne, quod est, conclusit virginis alvus.
Sit tibi, summe Deus, laus et benedictio, virtus,
Quem colimus sanctum, trinum venerantes et unum.

Lectio I.

Quis tibi condignas poterit persolvere laudes,
O genetrix pretiosa Dei, quae munere sacro
Languentem mundum, laesos lapsosque parentes
Ad vitam revocas confracto carcere mortis?
Munere tu solo mundo bona cuncta tulisti,
Principium sine principio, virgo, genuisti.

Responsorium.

Impar et exilis quamvis sit nostra, Maria,
Laus tantis meritis, exiles suscipe laudes.
V. Immaculata parens maculatas ablue mentes.

Lectio II.

Quae superos cives proprio praecellis honore,
Aures mo[nstrato] nostris precibus pretiosas;
Quod mens nostra timet, excusa, fer medicinam
Morbosae menti, veniae fons, spes miserorum.

Responsorium.

Salve, stella maris, vitae via, porta salutis,
Imis depressos, errantes corrige servos,
V. Cuius ad imperium caelestis curia pendet.

Lectio III.

Aegrotis medicina curis, tutela beatis,
Nos moderare vagos, stupidos rege, siste ruentes
Indoctosque doce, nutantes erige, tristes
Laetifica, laesos sana, succurre cadenti,
Mater, femineum sexum rege, consule clero,
Auxiliumque tuum levamen sentiat omnis,
Qui te corde pio matrem veneratur in orbem.

Responsorium.

Lumen laetitiae, limes pietatis, origo
Virtutis, veniae mater thalamusque pudoris,
Cuius ad ingressum redit aetas aurea mundo.
V. Virgo Dei solio residens et sede superna,
Ubere sacrato lactasti cuncta creantem,
Germine felici reddens, quod perdidit Eva.

9. De beata Maria V in Inventione Reliquiarum Baiocensium.

In 1. Vesperis.

- R. Stirps Iesse virgam
 produxit virgaque florem,
 Et super hunc florem
 requiescit spiritus almus,
 V. Virgo Dei genetrix
 virga est, flos filius eius.

V. Virgo creatorem
 progenitura suum.

2. Virga tulit sicca
 fructum virgoque pudica
 Non operante viro
 prolem tulit ordine miro,
 V. Nam virgo pariens
 inviolata manet.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. [O] specialis
 virgo inter agmina
 Virginum, gaude
 munere magnifico,
 Quae sola regem
 regum ferre, Maria,
 Digna fuisti
 casta intra viscera,
 Qui minoratus
 paululum ab angelis.
 Ex deitate-
 que patri consimilis.
2. Caeli reginam
 te iure, Maria, fatemur,
 Ex cuius thalamo
 processit iustitiae sol.
3. Virgo, creatoris
 caelorum mater et orbis,
 Innocuis manibus
 mundo quoque corde beata,
 Rite Dei pinguem
 meruisti scandere montem.

3. Castitatis ad exemplum,
 Virgo, Dei facta templum,
 Ora patrem, filia,
 V. Nos ut mundos a peccatis
 Sua salvet gratia.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Gratia caelestis,
 reparatrix totius orbis,
 Diffusa est labiis
 virgo Maria tuis;
 Propterea regum
 te rex benedixit in aevum
 Et facit a dextris,
 casta, sedere suis,
 Aurea quam fulvo
 vestis circumdata limbo
 Ambit et exornat
 riteque condecorat.
2. Sanctificans Dominus
 templum Christus sibi dig-
 num
 Virgine matre satus
 descendit ab arce polorum,
 Cunctae cui gentes,
 terrae simul omnia regna;
 Gaude, Dei genetrix,
 dicunt, he Kyria chere.

Responsoria.

1. Prodiit ex Abrahae
 generosa stirpe Maria,

3. Aula, Maria, Dei
casta titulusque pudoris,
Porta Sion rutilis
semper fundata saphiris,
Quae sola cunctis
patuisti clausa tonanti,
Suscipe servorum
miserans pia vota tuorum.

In 3. Nocturno.
Antiphonae.

1. Psallite cantantes
Domino nova cantica Christo,
Omnis et illius
nomen benedicito tellus,
Mundo virginea
quem florens protulit alvus.

Brev. ms. Baiocense saec. 13/14. Cod. Capit. Baiocen. 74. A. — Brev. ms. Baiocense saec. 13. Cod. Capit. Baiocen. 73. B. — Brev. ms. Baiocense saec. 15. Cod. Capit. Baiocen. 70. C.

In 1. Vesp. **R** ist diesem Officium nicht eigentümlich, sondern Entlehnung. — In 1. Noct. **A** 1, 12 qui A, qua B. — **R** 2, 3 virgo A. — **R** 3, 5 Salvete sua B. — In 2. Noct. **A** 1, 8 sedere tuis ABC, korrigiert in C. — **A** 2, 8 dicunt ei Kyria C. — **A** 3, 6 tonantis C. — In 3. Noct. **A** 1, 4 benedicto A. — Alles Fehlende prosaisch.

10. De sancto Alexandro.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Ave, decus martyrum,
Ave, splendor siderum,
Alexander pie, bone;
Ave, caeli gaudium,
Ave, salus hominum,
Ductor viae, spes coronae,
Eductos de tenebris
Nos coniunge superis.

R. Gloriosa bella certaminis
Recolens ecclesia
Alexandri, Eventii et Theodoli
Venerantur merita,
V. Triumphalem titulum
Erigens ad sidera.

Ad Magnificat.

A. O vos flores pretiosi,
In conspectu Domini
Assistentes gloriosi
Cum palma martyrii,
Alexander, instar rosae
Stipatus Eventio

Et fulcitus specioso
Flosculo Theodolo.
Preces nostras exaudite,
Ut consortes fieri
Mereamur, subvenite,
Vestri pleni gaudii.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christo, regi martyrum,
Laeti iubilemus,
Alexandrum martyrem,
Venite, laudemus.

Ad Nocturnum.

Antiphonae.

1. Alexander, ecclesiae
Pontifex Romanae,
Velut lignum frondibus
Sic viruit virtutibus.
2. Hunc sequens Eventius,
Fide constantissimus,
Caritate fervidus,
Spe regni fortissimus.

3. Quorum se collegio
Securus de praevio
Sociat Theodolus,
Poenis invictissinus.

Responsoria.

1. Quorum meritorum
specialis gratia
Corpus oppressorum
Levat de angaria,
V. Una trium horum
Celebris memoria.
2. Hi tres viri trinitatis
Unitatem, maiestatis
Praedicant imperium,
V. Trinum amant,
Unum clamant
Auribus fidelium.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. In camino caritatis
Martyres probati
Scandunt thronum claritatis
Lauro coronati.
2. Hymnizantes, iubilantes
Deo canunt dulcius,
Qui per Deum triumphantes
Ludunt in caelestibus.

3. In crucis angaria
Isti tres igniti
Mente ad caelestia
Oscitant in siti.

4. Hi cum tribus pueris
In camino passionis
Creatorem omnium
Benedicunt Dominum.

5. Laus immensa Deo,
sanctorum digna tropaeo,
Quorum martyrium
sanguine pingit humum.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus Dominus,
Qui beatum Alexandrum
Coronavit hodie,
Eventium et Theodolum
Simile ob meritum
Pari iungit gloriae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O Christi martyres,
Nos in via fragiles
Prece sustentate,
Ne in fide debiles
Ruamus ad fiebles
Poenae praeeparatae.

Ant. ms. Schaffnaburgense anni 1536. Cod. Bibl. Capit. Schaffnaburgen. 3. —

II. De s. Amando Lemovicensi.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Magnificet ecclesia
Amandi prodigia,
De quo caeli curia
Gaudet cum laetitia.

Ad 1. Nocturnum.

Antiphonae.

1. Beatus Amandus in viis
Peccatorum non adfuit,
Sed vivere in eremo
Secus Vigennam voluit.

2. Pastores obstupuerunt,
Dum Amandum invenerunt
Inter rupes habitare
In eremo sine lare.
3. Praesuli Lemovicensi
Roricio retulerunt,
Qualiter sanctum Amandum
In eremo invenerunt.

Responsoria.

1. Locus, ubi conversatur,
Commodoliacus vocatur,
Inter rupes positus
Iuxta Vigennae litus.
2. Roricius cellam ibi
Praecipit aedificari,
In qua beatus Amandus
Posset Deum venerari
Et vivere corde mundo
Segregatus ab hoc mundo.
3. Vir Amandus eremita
Tentabatur in hac vita,
Ut Deum respueret
Et idola coleret.

Ad 2. Nocturnum.

Antiphonae.

1. Cum Amandus invocaret,
Ut daemonem captivaret,
Iesum Christum, quem quaesivit,
Ipsam statim exaudivit.
2. Cellae portam propulsavit
Iunianus et clamavit:
Percipe, sancte Amante,
Verba mea et intende.
3. Ego vocor Iunianus,
Verus Dei christianus,
Qui destruo pugnatorem
Inimicum et ultorem.

Responsoria.

1. Cumque sanctum Iunianum
Vir Amandus recepisset
Et ipsum in fide nostra
Firmiter edocuisset,
Tandem spiritum Amandus
Redemptori reddidit,
Cuius corpus sepulturae
Iunianus tradidit.
2. Hugo, abbas Cluniaci,
Commodoliacum petens
Et ibi sancti Amandi
Vitam beatam audiens
Statim esse construendam
Basilicam disposuit,
Ubi beatus Amandus
Suam cellulam habuit.
3. Canonicis supradictis
Recedens Hugo praedixit
In cella sancti Amandi,
In qua ipse diu vixit,
Esse brevi ecclesiam
In eiusdem memoriam.

Ad 3. Nocturnum.

Antiphonae.

1. Cum ad Commodoliacum
Praefatus abbas revenit
Nec aliquid de capella
Esse factum adinvenit,
2. Tunc canonicus Ramnulphus
Promisit Amandi corpus
In eius cella quaerere
Et capellam construere.
3. Antequam corpus quaereret,
Triduum hic ieiunavit
Et in sancti Iuniani
Altari missam cantavit.

Responsoria.

1. Petrus levita, physicus,
Ramnulphi concanonicus,

Febris flamma cruciatus
Super arbore dormiit
Et a somno excitatus
Sanus factus abiit.

2. In tumuli apertione
Et corporis inventione
Ex membris sancti Amandi,
Confessoris venerandi,
Tantus odor emanavit,
Quod omnes vere languentes
Ad sepulcrum confluentes
Sospitati restauravit.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Amandus est nominatus,
Amans Deum et amatus
Per populum, quem docuit,
Et a Christo, quem coluit.
2. In lapide, qui est Christus,
Fundaverat fidem suam
Et in eo semper vixit
Et finivit vitam suam.
3. Dum Amandus ab hoc mundo
Feliciter exspiravit,
Eius corpus Iunianus
Iuxta petram tumulavit.

4. Beati corpus Amandi
Et eius reliquiae
Sunt inventae per Ramulphum
Die quartae feriae.

5. In caelis est elevatus
Amandus et laureatus
A Christo, cuius amore
Nitido vixit corpore.

Ad Benedictus.

- A. Hodie canonicorum
Devotio ac sanctae manus
Sanctum corpus invenerunt
Amandi et transtulerunt
Iuxta thecam, in qua iacet
Sanctissimus Iunianus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. In loco, in quo beatus
Amandus erat humatus,
Facta est ecclesia,
Per cuius suffragia
Datur ibi caecis visus
Et redditur maestis risus,
Languentibus sanitas
Et claudis stabilitas,
Dementibus ratio
Et mutis locutio.

Acta SS. Octob. VII, 845 sq. „Ex traditionibus mss. Ecclesiae S. Iuniani Commodoliacensis.“ Das Fehlende prosaisch. Zugehörige Hymnen: Gaude tellus illustrata (ad Vesp.), Amandi puris mentibus (ad Laud.).

12. De s. Antonino Apamaeensi.

Lectio II.

Germine conspicuo primis natalibus ortus
Floruit hic sanctus magnis virtutibus auctus.

Lectio III.

Denique caelestis doctrinae lampade fervens
Iura sacerdotii meritis poscentibus ipsis
Induit et Christo studuit servire tonanti.

Lectio IV.

Inde salutiferi spargendo semina verbi
Omnia perlustrat, caeli sed pondere fessus
Indiguit potu; sic verba precantia fundens
Figit humi baculum torrentis et excipit haustum

Lectio V.

Hinc natale solum repetit, fanaticus error
Sub dictione truci quod adhuc vexarat enormis,
Sicque sacrilegos actus et frivola sacra
Destituenda monens, gladio truncatus in altum
Subruitur pelagus, superis concivibus auctus.

Lectio VI.

Perfida gens, agnosce Deum, quae talia cernis,
Deserit unda suum revoluta flumine cursum
Et servat stupefacta sacrum famulando thesaurum.
Tu quoque saeva manes nullis exterrita signis?
Aspice christicolas, ut laeto pectore plaudant
Exponantque vadis corpus venerabile siccis.

Lectio VII.

Quis reticere valet tanti miracula facti,
Quae sine vi supera nec fas est credere gesta?
Nam caput abscissum mox ut fluvialibus undis
Conicitur, statim nivei candoris ad instar
Caelitus assistunt volucrum duo corpora pulchra
Impositumque rati ducunt, mirabile dictu,
Remigio alarum, colitur qua iure perenni.

Lectio VIII.

Qui iusto sanctoque viro caeleste brandivum,
Gymnasium mortis forti certamine quondam
Rite triumphanti, rutilus concessit in astris
Hosteque devicto spoliis ditavit opimis
Atque coronatum victrici tempora lauro
Angelicis cuneis ascivit iure sodalem,
Cum quibus aeterna fruitur sine tempore doxa.

Collect. ms. S. Lupi Trecent. saec. 10. [et 11.] Cod. Trecent. 1170. —
Lect. III. v. 2 iure. — Lect. VIII. v. 7 tempora. — Die 1. Lectio des
Officiums war jedenfalls de sacra scriptura. Man beachte, daß die
zweite Lectio zwei, die dritte drei, die vierte vier Verse zählt u. s. f. Dar-
aus geht hervor, daß der 8. Lectio ein Vers fehlt, was auch der Sinn
bestätigt, da dem Satze der Nachsatz fehlt.

13 De sancta Aurea.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Rosa rubens
et candens lilium
In beata
refulgent Aurea.
Dum insigne
virgo martyrrium
Celebravit
in carne nivea.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Ad decus Domini,
Prolis virgineae,
Laus nostra virgini
Serviat Aureae.

In 1. Nocturno.

Responsorium.

3. Tibi. Christo,
dulce solacium,
Qui me clausam
per caeli nuntium
Ad aeternum
invitas gaudium
Exsolvo gratias.
- V. Tu lux mihi
splendens irradias,
Tu ieiunam
te ipso satias.

In 2. Nocturno.

Responsorium.

3. Nullum pavens
virgo supplicium
Torta torquet
Aurea Claudium,
Vincta demum
subit exsilium
Tendens ad patriam.

- V. Exsul ergo
fertur in Ostiam,
Ubi Christo
se fecit hostiam.

In 3. Nocturno.

Responsorium.

3. Vanas spernens
virgo delicias
Et suscipi
ad agni nuptias
Praeparata
per poenas varias
Intrat in gloriam;
- V. Ad beati
sponsi praesentiam
Transit sponsa
per aquam nimiam.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. A Roma missam Ostia
Sanctam suscepit Auream,
Remisit cum victoria
Ad patriam sideream.
2. Cum sanctis Christi famulis
Instabat piis actibus,
Agonem suum sedulis
Christo commendans preci-
bus.
3. Tormenta, plagas, vincula,
Dum forti fide tolerat,
Invicta Christi famula
Ministros Satan superat.
4. Post multiplex martyrrium
In mare virgo mergitur,
Aeternae vitae bravium
Sic moriens assequitur.

5. Iam coetibus angelicis
Et choris iuncta virginum
Novis exsultat canticis
Laudans in caelo Dominum.

Ad Benedictus.

A. Ex regali
procedens linea
Regnum mundi
contempsit Aurea,
Sed ad regna
scandens siderea
Coronatur
fulgenti laurea.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Christi sponsa
nobilis, Aurea,
Per quam fulget
in terris Ostia,

Domo nobis
eductis lutea
Per te caeli
pateant ostia.

Per Hebdomadam.

Ad Benedictus.

A. Pretiosis
Aureae precibus
Insistentes
ipsius laudibus
Tuis, Christe,
dita muneribus.

Ad Magnificat.

A. Ad honorem
virginis Aureae
Diem festum
celebret Ostia,
Quae iam compos
lucis empyreae,
Hanc illustrat
celebri gloria.

Offic. ms. S. Aureae Ostien. saec. 15. Cod. Vatican. Regin. 1949. —
Ad Matut. Invit., 1 Ave decus — In 1. Noct. R 3, 10 sq. Tu ieiunantem ipso.

14. De sancta Barbara.

Ad Magnificat.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

A. O Christi cultrix
ac vita lucida,
Virginali
pollens munditia,
Haec Barbara,
scrutatatrix provida,
Virgo martyr
fulget in gloria.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum, regem eximium,
Magnificet ecclesia,
Qui nunc Barbarae solium
Sublimavit in gloria.

1. Haec Barbara emicuit
Omni docta peritia
Et frequenter exposuit
Quaedam in luce dubia.

2. Elegantia indolis
Sanctam se devovit
Christo atque a frivolis
Animam removet.

3. Tactum mundi lubrici
Barbara abiicit
Gregisque Dominici
Legem nunquam fregit.

Responsoria.

1. Verbum Dei,
fons sapientiae,
Splendor patris
et sol iustitiae,
Rigat montes
pluvia gratiae
Et illustrat
luce constantiae
- V. Hanc Barbaram
genere nobilem
Tanquam firmam
et valde stabilem.
2. O anima sanctissima,
Qua contemplantur dulciter
Corpus linquebat infima
Se baptizans feliciter.
- V. Tunc liquidius cernitur
Virtus deitatis,
Dum Barbara renascitur
Nomine trinitatis.
3. Haec Barbara
crescit dulcedine
Abigendo
mundi saevitiam,
Sed quaeritur
tali indagine
- V. Nec sequitur
cordis duritiam.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. O munus Dei gratiae
Ac maximum miraculum,
Pestiferae lasciviae
Nunquam sensit stimulus!
2. Pastor ipsam indicat
Patri fugientem,
Quam terra mirificat
Signis adfluentem.

3. Barbara suspenditur
Versis sursum pedibus,
Caputque contunditur
Malleis atrocibus.

Responsoria.

1. Christi pia
tracta dulcedine
Mundum linguens
probatur turbine
Haec Barbara,
sacrata numine,
Vicit prorsus
pulsa libidine;
- V. Ipsa pro culpa
orante pastoris
Versus est in
statuam marmoris.
2. De excelsis
fons sapientiae
Sic Barbarae
infudit copiam
Tamquam flumen
clarae scientiae,
Quae susceptam
refudit gratiam,
Dum fluentis
summae peritiae
Fidem defensavit
et hanc ecclesiam.
- V. Mens fuit angelica,
Lingua fructuosa,
Vita apostolica
Morsque pretiosa.
3. O Barbarae
mira potentia,
Quae in vitam
mutat interitum,
Corporisque
sancta praesentia
[Improvisum]
depellit exitum
Restituta
formae decentia!

V. Vitae exspectans
supernum meritum
Implorata
Dei clementia
Statim sensit
salutis reditum.

In 3. Nocturno.
Antiphonae.

1. Haec Barbara
repleta gratia,
Assueta
sacris miraculis,
Mundi et carnis
hostisque vitia
Fugat, data
exemplar saeculis.
2. Mentis innocentia
Flosque puritatis
Exstiterunt praevia
Suae sanctitatis.
3. Instante vitae termino
Vidit plura caelestia
Et revelante Domino
Novit parata praemia.

Responsoria.

1. Barbara, sidus aureum
Summi ac honoris,
Candorem servans niveum
Dono creatoris,
Decus habens virgineum
In supernis choris,
- V. Tu speculum munditiae,
Servatrix innocentiae,
Tu flos pudoris.
2. Catholica fervida
Fidei zelatrix,
Constans et intrepida
Haeresis damnatrix,
Veritatis lucida
Doctrix et amatrix,

- V. Verbo vitam indicat,
Signis crebris emicat
Legis aemulatrix.
3. Dum Barbara Christum quaerit,
Lictor caput sacrum ferit,
Sic triumphum palmam gerit,
Dum pro fide moritur.
- V. Haec Barbara, pugil fortis,
Constans profert hora mortis
Fidem, pro qua patitur.

Ad Laudes.
Antiphonae.

1. Barbaram sollenniter
Christus sublimavit,
Cuius mente iugiter
Dominus regnavit.
2. Dies est laetitiae
Barbarae tropaeo,
Caelestes militiae,
Iubilare Deo.
3. Ad te de luce vigilat
Zelus Barbaraeus,
Sed nunc in caelis iubilat:
Deus, Deus meus.
4. Barbara nunc fruitur,
Acto vitae tramite,
Quae tam digne colitur,
Cuncta benedicite.
5. Barbara caelestibus
Flagrat claritate,
Pro suis virtutibus
Dominum laudate.

Ad Benedictus.

- A. De iacente virtus crescit,
De sepulcro gratia,
De latente lux diascit,
De luctu laetitia,
Barbara dum innotescit
Mira dans prodigia.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Splendor Nicomediae,
Nobilis propago,

Deitatis regiae
Instar et imago,
Virtutis eximiae
Culmen et indago,
Nobis spem fer veniae,
Tu morum compago.

Brev. Ebredunense imp. Lugduni 1520. — Ad Matut. Invit., 4 solum. — In 1. Noct. A 2, 1 Eleganti. — R 3, 8 cordis pueritiam. — In 2. Noct. R 1, 6 sacro numine. — R 3, 14 divina clementia. — In 3. Noct. R 1, 2 Sumendo ac honoris. — R 2, 5 lucidae. — In Laud. A 4, 4 Cuncta fehlt. — A 5, 1 Barbara fulget caelestibus. —

15. De sancta Begga.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O fundatrix Begginarum,
Gregem tuum dirige,
In odorem unguentorum
Christi fac nos currere.

Ad Matutinum.

Invitorium.

*Laudemus Deum nostrum
in confessione sanctae
matris Beggae.*

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ardens flamma caritatis
Se decore castitatis
Sancta Begga induit,
Cui mundus florens viluit.
2. Relinquens aulas regias
Septem struxit ecclesias,
Ut Christo vacans caelica
Serviret cum laetitia.
3. Begga, mater piissima,
Aspirans ad caelestia

Christo dicavit plurima
Virginitatis agmina.

Responsoria.

1. Iuncta thoro Begga mater
Fructu prolium beatur,
Christo pie famulatur
Divitans ecclesiam.
- V. Patricidam Gonduinum
Pie educat divinum
Docta verbum fertque trinum
Ex virtute meritum.
2. Persecutor dum parentem
Impie trucidat, mentem
Pia vidua dolentem
Munit patientia.
- V. Flumen transiens secura
Fugit Christo servitura
Et pericula futura
Vincit ope caelica.
3. Iam soluta lege viri
Christi iugo vult muniri,
Romam petit erudiri
Pietate cupiens.
- V. Sacra Christo reddens vota
Secum retulit devota,
Quas optabat mente tota,
Sanctorum reliquias.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Pie disponens omnia
Fert vitae necessaria
Begga mater clientibus
Mentemque dat caelestibus.
2. Mariae matris virginis
Exemplo praeit omnibus
Oboedientem, humilem
Castamque vitam praedicans.
3. Sic filiarum gloriam
Intus per Christi gratiam
Demonstrat, tota caelicis
Obtemperans oraculis.

Responsoria.

1. Cor ad Christum anhelabat
Et in loco, quem monstrabat
Dominus, septem fundabat
Pervigil ecclesias.
- V. Ad salutem animarum
Iesu Christo devotarum
Piam vitam Begginarum
Postmodum instituit.
2. Ad exemplar Christi matris
Voluntatem summi patris
Fundamentum pietatis
Asseclas edocuit.
- V. Castitatem mentis flore
Et humilitatem more
Observandam vult decore
Cum oboedientia.
3. Moritura mater pia
Caelum suscipit in via,
Quam calcavit cum Maria,
Virgine deipara.
- V. Vocans turmas filiarum
Cibum petit animarum,
Sacramentum Christi carum,
Ultimum viaticum.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Humilis ancilla Christi,
Quem ferventer dilexisti,
Regnum eius percepisti;
Nos clientes respice.
2. Castam humilemque mentem,
Iugiter oboedientem,
Christo pie adhaerentem,
Mater, nobis impetra.
3. Begga, mater gloriosa,
Paradisi vernans rosa,
Esto nobis gratiosa
Apud Christum iudicem.

Responsoria.

1. Meritorum tota plena,
Christum flagrat mens serena,
Quae beatur vitae vena
Tendens ad caelestia.
- V. Begga, mater pietatis,
Speculum humilitatis,
Ad profectum sanctitatis
Gregem tuum dirige.
2. Sancta mater, vivens caelo,
Nos clientes sacro zelo,
Dum artamur in hoc prelo
Carnis, praesens adiuvata.
- V. Tuae vitae institutum,
Sacra semita virtutum,
Ut sit nobis iter tutum,
Apud Deum satage.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Ave, mater speciosa.
clarior sideribus,
Cuius vultum ac decorem
concupivit Dominus,
Sancta Begga, Begginarum
mater, dives meritis,
Funde preces redemptori
pro tuis supplicibus.

16. De sancta Berta.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Inclitae martyris festa
Beatae colentes alma
Flagitemus, Christe, tuum
Nobis dari praesidium
Quo illius ope celsa
Vitae sumamus praemium.

Ad Magnificat.

- A. Magnifice regem
laudemus cunctipotentem,
Omnis cui sexus,
aetas, genus, ordo sacratur,
Qui sibi praeclaram
delegit vivere Bertam,
Cuius maiestas
nos protegat ac benedicat.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Contio nunc hilaris
Domino iubilemus in hymnis,
Caelica qui sanctae
tribuit sponsalia Bertae.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ad Domini nomen,
tota mirabile terra,
Emanavit nostris
in finibus inclita Berta.
2. Alma, diu thalamo
meritis coniuncta beatis,
Nos tecum veri
fac lumina capere solis.

3. Insons et mundi
felix habitudine cordis,
In montem Domini
precibus nos tolle pudicis.

4. Gratia te, mater,
caelestis iunxit ovanter,
Propterea Domino
nobis benedicta, faveto.

5. Facta Deo templum
te sanctificante beatum,
Fac precibus nostris
habitare in cordibus ipsum.

6. Sedes digna Dei
magnique habitatio regis,
In medio templi
recipi nos posce perennis.

Responsoria.

1. In sacrosanctae
sollenni lumine Bertae
Sursum cum manibus
voces et corda levemus,
V. Quo meritis, precibus
nos salvet conditor eius.
2. Sancta Dei Berta,
praedulcis Franciae alumna,
A summis procerum
generosum protulit ortum,
V. Cum carnis genere
mentis proba nobilitate.
3. Sponsa huic sponso
coniuncta, beata beato,
Par insigne animis,
Gumberto Berta sodalis,
V. Prole tamen cassa
latet, an sit et inviolata.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. In fundamentis
rite aedificata supernis,
Inter laetantes
ibi nos habitare preceris.

2. Psallat nostra Deo
socialis turma benigno,
Qui tantae matris
nos ditat munere digno.

3. Exsultet terra,
laetentur et atria nostra,
Quae Dominus gleba
pius illustravit honore.

4. Cantica quae Domino
modulis canis altisonoris,
Protege nos meritis
et nunc et in omnibus horis.

5. Sancte super Cherubim
residens oculosa, canoro
Carmine ter sanctum
modulantia numine simplo,

6. Suscipe, quas laudes
canimus tibi supplice voto,
Cumque tua sponsa
pie nos super astra levato.

Responsoria.

1. Desolata viro
migrante beata virago
Cuncta fere spreto
pede reppulit infima saeclo,

V. Permutans pullo
rutilantia flammea velo.

2. Dum sancta explorat,
quo diva habitacula ponat,
Angelico visu
super hac re certificatur,

V. Monstraturque locus
Vallis prius Aurea dictus.

3. Omnibus exstructis
dum mater tractat herilis,
Quisnam illuc Domino
famulatu militet ordo,
Virginibus saepta
visa est sibi virgo Mariá,
V. Sic monstrando locum
monialibus instituendum.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

A. Felix mater, ave
longaque in saecula gaude,
Vera Dei cultrix,
mundi fortissima victrix,
Oramus, domina,
sic accipe cantica nostra,
Ut tecum in superis
coniungas gaudia nostra.

Responsoria.

1. Temporibus prisceis
aqua deerat sedibus istis,
Unde gravata [Deum]
dum sancta exposceret alnum,
Fons certusque locus
sibi caelitus insinuatur,
V. Qui Virtus dictus
iacet, ad tria milia passus.

2. Illuc cum libra
nummorum sancta profecta,
Postquam pro pretio
fuit illa solvere praesto,
Pertrahit arva colum,
sic ducit ad sua rivum,
V. Quo fluit usque hodie,
servans cognomina Librae.

3. Felix et Domino
gratissima Berta supremo,
Dum per multiplices
mundo obluctata labores
Testata est, Christi
quantum victoria possit,

Tandem martyrium
peragens petit altapolorum,
V. Quo divina videns,
etiam sinetempore gaudens,
Christo, cui placuit.
precibus nos iungere possit.

In Laudibus.

Antiphonae

1. Regnans cum Domino
virtute accincta virago
Cum grege sanctorum
gaudet sine fine dierum.
2. Alma Dei iubilans
et inenarrabile plaudens,
Nos prece iunge tibi
per pascua et atria regni.
3. Omnicreatori
benedictio personet omnis,
Quem superaxaltat
sanctorum contio casta.
4. O sacra, laudandum
laudans laudabile Christum,

Nos ipsum tecum
laudare exposce per aevum.

Ad Benedictus.

A. Christe, salus nostra,
tibi laus et gloria cuncta,
Qui nobis oriens
lux atque redemptio vera,
Nos tantae matris
donas praedivite gleba;
Cuius nos precibus
hinc abstrahere mortis ab
umbra.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Praeclari generis
meritique insigne beati
Berta triumphato
fausto certamine mundo
Libera sidereum
petit et palmata senatum,
Quo nos virtutum
curramus odore suarum.

Officia SS. Tresani, Gumberti et Bertae imp. Remis 1557. — In 1. Vesp. Super Ps. A, 2 Bertae colentes. — Ibid. 5 praecelsae. — In 1 et 2 Noct. R 1 prosaisch. — In 2 Noct. R 2, 6 Vallis Aurea = Monastère du Val d'Or d'Avenay. — In 3. Noct. R 4 prosaisch. — In Laud. Es scheint eine A zu fehlen und zwar die zum dritten Psalme: Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. — Hymnus: Decus futurum gloriae.

17. De sancto Catervo.

Ad Vesperas.

Antiphonae.

1. Miles in Christi curia
Catervus militavit.
Ex qua magna stipendia
Ad eum reportavit.

2. Armis pugnare didicit
Caelestibus in proelio,
In quo triumphum habuit
Cum claritatis bravio.

3. Vexillum defert principis,
Ornatum Christi sanguine,
Per quod honorem militis
Adeptus est victoriae.

4. Ora pro nobis Dominum,
Miles Caterve inclite,
Et salva tuum populum
De tenebris miseriae.

5. In conflictu bellantium,
Pater Caterve, miseriis [sic]
Mundi, carnis et daemonum
Nobis succurre miseris.

Ad Magnificat.

A. O nobilis protector
Piebis Tolentini,
Caterve, miles inclite,
Per quem semper divini
Auxilii iuvamen
Sentimus in adversis,
Conserva nos in pace,
Consolamen da maestis
Et pie duc ad patriam
Christi regni caelestis.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Laudetur Christus Dominus
In hac die iucunda,
Qua [vota tibi] reddimus
Catervi sancti munda.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic vir in lege Domini
Mirifice plantatus
Dedit fructum dulcissimum
In via veri status.

2. Praeceptum Dei praedicans
Catervus cum fervore
Est in monte Domini
Collocatus cum sonore.

3. Quaerens pacem persequitur
Eam profuso corde
Et in virtute moritur
Sic absque ullo sorde.

Responsoria.

1. Catervus iste proelians
Adversus mundi vitia
Non terretur, sed glorians,
Cum bellat, de victoria,
Quam habuit, et iubilans
Tenet superna praemia.

V. Mundum, carnem suppeditans
Et zabulorum proelia,
Vexillum Christi baiulans
Vincit mundana crimina.

2. Per bona temporalia
Transivit sic beatus,
Quod non amisit praemia
Aeterna, hic fundatus
Enim erat et gratia
Altissimi locatus,

V. Et ideo in gloria
Cum immensa [laetitia]
Est digne coronatus.

3. Labentis vitae gaudia
Despexit miles Christi
Hic, Catervus, ut praemia
Posset habere iusti
Regis et transitoria
Reliquit mundo tristi,

V. Et ideo in gloria,
Domine, magna munera
Eidem contulisti.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Invocantem hunc Dominus
Virum sanctum audit,
Quem in pace constituit
Et plene exaudivit.

2. Benedixisti, Domine,
Catervo tuo viro,
Quem voluntatis tuae
Coronasti scuto miro.

3. Super opera manuum
Constituisti, Domine,
Hunc famulum tuum
Catervum mirifice.

Responsoria.

1. Plebem commissam protege
Tibi, Caterve nobilis,
Quae sub tuo regimine
Defendatur in proeliis
Et ditari iuvamine
Sperat de caeli gaudiis.
V. Remove(cuncta)mala, Domine,
Amore huius militis.

2. Per te sumat precamina
Nostra Christus piissimus
Et auferat nunc crimina
A nobis ipse Dominus;
Caterve, tua gratia
Tuere nos divinitus

V. Et nobis caeli gaudia
Cum virtutum victoria
Impetra, pater, caelitus.

3. Placa prece altissimum,
Ne puniat iustissime
Nos, qui multorum criminum
Gravamur magno pondere,
Et nobis fer auxilium
In ultimo examine.

V. Nos sub tuum praesidium
Confugimus, ut Dominum
Roges, pater, piissimum
Pro nobis, miles inclite.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Iustus et pius Dominus
Iustum dilexit famulum,

De quo habent superi[us]
Angeli magnum gaudium.

2. In tuo tabernaculo
Habitavit hic beatus,
Deus, qui est iustitiam
Veraciter operatus.

3. De pretioso lapide
Coronatus in gloria
Catervus, cuius hodie
Recolimus sollemnia.

Responsoria.

1. Gaudeamus in Domino
Hoc festum celebrantes,
Omnes cum magno iubilo
Christum regem laudantes
Et cum ingenti gaudio
Viva voce cantantes,

V. Ut ab omni periculo
Catervi patrocínio
Nos defendat precantes.

2. Pro terrenis caelestia
Lucratur hic sanctissimus,
Pro caducis et praemia
Meretur miles inclitus
Aeterna et in gloria
Locatus hic divinitus,
V. Et sic superna gaudia
Per saeculorum saecula
Adeptus est superius.

3. Regis aeterni famulus
Plaudit in eius curia,
Catervus, miles inclitus,
Cui donantur munera
Caeli, et stat superius
In angelorum patria.

V. Hic est miles egregius,
Quem coronavit Dominus
In paradisi gaudia.

4. Supra petram firmissimam
Erat enim fundatus,

Ideo vitam propriam
Despexit hic beatus,
Nunc autem est in patriam
Lucis clare translatus
V. Possidetque laetitiam
Et infinitam gloriam
In caelo collocatus.

5. Dedit Catervo Dominus
Virtutes operare,
Qui sanat aegros saepius
Et claudos ambulare
Facit iste sanctissimus
Et cunctos sanat clare;

V. Et si rogatur, citius
Paratus est sanctissimus
Petita gratis dare.

6. Ortus hic ex prosapia
Nobili praefectorum
Ornatur et militia
Civium Romanorum,
Nunc sequitur consortia
Militum supernorum;

V. Quem susceperunt agmina
In paradisi gloria
Sanctorum angelorum.

In Laudibus.
Antiphonae.

1. Lucis decorem induit
Altissimus Catervum,
Quem in caelo constituit,
Ut vivat in aeternum.

2. Rutilat hic in gloria
Deo, cui servivit,
Et tenet nunc in patria,
Quae oculus non vidit.

3. Deus, Deus altissime,
Hic ad te vigilavit
Et verbo tuae gratiae
Catervus meditavit.

4. Benedicunt te angeli,
Christe, et de Catervi
Festo gaudent archangeli
Et cuncti tui servi.

5. Laudem dicit altissimo
In paradisi gloria
Et orat hic pro populo
Suo in Christi patria.

Ad Benedictus.

A. Respice nos et visita,
Pater Caterve, famulos
Et duc ad Christi patriam
Tuos fideles subditos.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Confugimus cotidie
Ad te, Caterve nobilis,
Nostras preces nunc suscipe,
Conserva nos in prosperis
Ac mala cuncta remove
A nobis tuis famulis.

Collect. ms. Caiet. Constantini saec. 17. Cod. Alexandrin. 96 (II). — In 1. Noct. A 3, 2 perfuso. — R 1, 3 territur. — R 1, 7 mundum crimina. — In 2. Noct. R 3, 2 puniat nos piissime. — In 3. Noct. A 2, 3 Dominus. — R 6, 1 hic extra prosapia.

18. De sancto Chrysogono.

In 1. Vesperis.
Ad Magnificat.

A. Splendide Chrysogone,
Christi martyr pretiose,
Servos esse tuos
adversus effice tutos,

Cum pie credente
populo tua festa colente
Nosmet caelesti
commendans sedulo regi,
Caeli quo regno
dignos faciat miserendo.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Sanctorum regi
iubilemus carmine iugī,
Chrysogonum sanctis
qui iunxit in aethere turmis.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Fortiter accinctus
Domino Chrysogonus almus
Ut fluctus nimios
homines superavit iniquos,
Esse docens templum
Christi per saecula verendum.

2. Se confessus ovem
Domini sibi concinit oden
Hic martyr, portas
sic intrans eius apertas.

3. Almus Chrysogonus
cum corpore menteque totus
Christum sitivit,
cuius magnalia vidit.

4. Cuncta creata Deum
benedicant nunc et in aevum,
Hunc testem cunctis
merito iunxit quia sanctis.

5. Christum cum sancto
pie Chrysogono reboando
Iugiter insomnis
laudato, spiritus omnis.

Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Cod. Lambacen. CLXIX. — In Laud.
A 4, 4 unxitque sanctis.

19. De s. Cypriano Tolonensi.

Ad Vesperas.

Antiphonae.

1. Adest dies laetitiae,
Patent caeli palatia,
Doctori novae gratiae
Nova confertur gloria.
2. Carnis liber ergastulo
Iam cum pastoris mercede
Caeli potitur pabulo
Clarique doctoris sede.
3. Vivens refulget gratia,
Bina post finem laboris
Congaudet sanctus gloria
Vitae simul et honoris.
4. O pater sancte, filiis
Confer benedictionem,
Salutem nobis impetra,
Gratiae plenitudinem.

5. Consors caeli spirituum,
Pie pater miserorum,
Te nunc vota precantium
Iusta suscipe tuorum.

Ad Magnificat.

- A. O pastor egregie,
Doctor veritatis,
Tu norma iustitiae,
Iudex aequitatis,
Speculum munditiae.
Custos sanctitatis,
Nos ad regnum gloriae
Deduc cum beatis.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cyprianus, vir optimus,
In Christo fidelissimus,
Caesarii discipulus
Fit, comes individuus,
Eiusque servat monita.

2. Plebs Tolonensis humilis
Nunc puro corde et supplici
Te precatur et obsecrat,
Ut te patronum habeat
Et vim precantis sentiat.

3. Clemens pater, filiis
Da salutem miseris
Et obtine virtutem
Resistendi vitiis.

Responsoria.

1. Sub magno patre militat
Caesario vir optimus
Et animo sanctissimus
Eius sequendo semitas.

V. Tanti patris
doctus colloquio
Sacri verbi
fulget eloquio
Tamquam lumen
non tectum modio.

2. Semen verbi, quod messuit,
Post sparsit abundantius
Et mercede, quam meruit,
Iam fruitur felicius.

V. Post labores requiem
Possidet in caelis,
Dei cernens faciem
Servus tam fidelis.

3. Dum caelorum
scandisti culmina
Post devicta
mundi certamina,
Laeta currunt
sanctorum agmina,
Modulantur
dulcia carmina.

V. O senator
caelestis curiae,
Memor esto
tuae familiae.

Ad Benedictus.

A. Mentis fulgor,
carnis nobilitas,
Decus morum
et ingenuitas,
Lux doctrinae,
pastoris aequitas
Ornant iustum
et mira caritas.

Ad Magnificat.

A. Ortum solem
divinae gratiae,
Munus datum
urbi Tolonicae,
Cyprianum
laudat plebs humilis
Et Deum o-
rat mente supplici.

Acta. SS. Octob. II, 166 sqq. Aus dem Officium de s. Cypriano anni 1618. Aus jenem Jahre stammt nach den Acta SS. a. a. O. die Verbesserung des alten in der Kirche von Toulon gebräuchlichen Officiums durch Antonius du Blanc. Die Änderungen, welche letzterer vornahm, scheinen sich vor allem auf die Lektionen zu beziehen; ob aber ausschließlich? Alles im Vorstehenden Fehlende ist in der neueren Redaction de communi. — Zugehörige Hymnen: Numen supremi numinis (ad vesp.), O nostri vindex criminis (ad laud.).

20. De sancto Dionysio et sociis.

In 1. Vesperis.
Antiphonae.

1. Gaude, felix Parisius,
Quam sanctus Dionysius

Decoravit martyrio;
Graeca laetare regio,
Quae tam clarum genuisti
Filium et eduxisti.

2. Dictus Areopagita
Hic Athenis infinita
Scientia praepollebat
Atque studium regebat.
3. Dum cruce Christus moritur,
Hic Athenis fert: „Patitur
Deus naturae, vel totum
Caelum modo diruitur.“
Miranda res, ut legitur,
Deum coluit ignotum.
4. Paulus Athenas veniens
Hunc convertit ad pascua
Veri; tamquam oboediens
Secutus est iussa sua.
5. Clemens papa destinavit
Sanctum versus Occidentem,
Ubi totam adornavit
Gallicanam fide gentem.

Ad Magnificat.

- A. Gloriosis martyribus
Almisque, Dionysio
Ac sociis, nitentibus
In caelesti palatio
Plebs laetetur Gallicorum,
Nomini laudes eorum,
Lumini demus luminum,
Omnia quod vivificat,
Concinendo: Magnificat
Anima mea Dominum.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Invitati properemus,
Summo Christo laudes demus,
Qui de tenebris gentium
Vocavit Dionysium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beatus vir,
quem Deus minavit

Cum sociis
securum per mare,
Ut Gallicis,
sicut post patravit,
Verbum Dei
posset praedicare.

2. Cernentibus
ipsis pericula
Populorum
in idolatria
Dicunt simul:
„Divina gratia
Dirumpamus
eorum vincula.“
3. Tunc ingressi
per mundi climata
Paganorum
sedant feritatem,
Arguentes
hos per charismata:
„Diligitis
quare vanitatem?“

Responsoria.

1. Gratuletur ecclesia
Christo canens praeconia
Cum dulcisonis cantibus
Sub inclitis martyribus
Sacrisque Dionysio,
Rustico, Eleutherio,
Qui lauream meruere
Perenniter possidere.
- V. Intrepidi praedicabant
Alte per totam Galliam
Tormentaue supportabant
Propter aeternam gloriam.
2. Dum Lisbius refutavit
Agri sui pecuniam,
In quo sanctus post fundavit
Devotius ecclesiam,
Ipse dicebat: O care,
Desiste nunc ab incepto,
Non licet aedificare
Templum in gratis accepto.

V. Pauperibus erogare

Pretium velis affecto,
Iam verbo tibi directo,
Carissime, dico clare.

3. Agro vir empto fundavit
Templum in Christi nomine,
Ubi multas ampliavit
Secundo gentes ordine,
Restituens creatori,
Quos cernebat male mori.

- V. A daemone subtrahebat
Quam plurimos prodigiis,
Luculenter verbis diis
Iudicium exponebat.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. O rex Christe,
quam Dionysio
Scientiam
magnam tu dedisti!
Nam fertili
cognovit studio
Lunam, stellas,
quas tu fundavisti.

2. Memoria
tua redundabit,
Dixit, Deus,
apud omnes reges,
Laus super te
semper abundabit,
Nam bonorum
meorum non eges.

3. Rex aeternae,
super craticula
Servum igne
me examinasti,
Visitasti
nocte, per singula
Supplicia
cor meum probasti.

Responsoria.

1. Traditione parata
In hunc a pontificibus
Concurrebat plebs armata
Atrociter cum ensibus,
Sed hoc viso prosternebat
Se quisque vel fugiebat,
Quia caelesti lumine
Fulgebat plenus numine.
- V. Idola tunc destruuntur
A manibus, quae fecerant,
Et daemonum irascuntur
Turbae, quae prius riserant.

2. Illustres Dionysius,
Rusticus, Eleutherius,
Proterviter cruciati,
Dire sunt examinati
A principe: „Quem colitis,
Et quem Deum asseritis,
Dum mundus sic convertitur
Et idolum dimittitur?“

- V. Dio dono inspirati
Una voce trinitatem
Responderunt et beati
Christi Iesu maiestatem.

3. O mira res, in natura
Bestiae rabie dura
Excitatae ieiunio,
In quarum sanctus medio
Proiectus est, mansuetae
Sunt per crucis signaculum
Et sibi dantes osculum
Hunc dimittunt in quiete.

- V. Inter has feras, Domine,
Assis servo, precor, isti,
Qui nos de sacro sanguine
Tuo vere redemisti.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dum ab ore
sanctorum divinus

Sermo fine
datur, decollati
Memento sunt
et glorificati.
Beata gens,
cuius est Dominus!

2. Ossa Deus
custodit eorum,
Nam ad mensam
matrona vocavit
Perditores
corporum sanctorum
Et furtive
corpora celavit.

3. Parisius
dum unda sanguinis
Fidelium
late circumiret
Peremptorum
sub dono flaminis,
Nullus erat,
qui tunc sepeliret.

Responsoria.

1. Vir sanctus melle dulcior
In cibum proicitur,
Sed hic auro splendidior
A rogo post eicitur,
Dicens: Christi, fili Dei,
Precor, miserere mei.
- V. Post a pravis tortoribus
Patibulum adpenditur,
Sed hic orationibus
Semper vacans invenitur.
2. O mirandum mysterium,
Carcere conficienti
Omnipotentis filium
Apparuit sacramenti
Constitutor videntibus
Cunctis hic existentibus,
Quem angeli circumdabant
Melodiisque laudabant.
- V. Hunc Christus sanctum cibavit
Pane, quem consecraverat,

Divineque confortavit,
Prout alias fecerat.

3. Inclitus Dionysius,
Athleta fortis et pius,
Dum suam orationem
Peregit devotissime,
Recepit truncationem
A lanista durissime,
Et sic animam tradidit
Christo, qui cuncta condidit,
- V. Cadaver duo milia
Vexit caput canentibus
Angelis verba dulcia,
Cunctis turbis mirantibus.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Paradisi ianua
Tibi, Dionysio,
Patet et in solio
Parata sedes tua.
2. Domino iubilate,
Nam dum credit Larcia,
Capitis prodigia
Sequitur fides rate.
3. Rex vero laetabitur
Sanctorum basilica,
Ubi melos canitur
A plebe catholica.
4. Benedicite Christo,
Qui meritis sanctorum
In orbe sanat isto
Copiam languidorum.
5. Laudate Deum, senes,
Virgines et iuvenes,
Qui fugat provincia
Martyrum daemonia.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus
sit rector omnium,

Dionysi,
qui te visitavit,
Tibi gratis
dans privilegium,
Ut tis lingua
fine peroravit,
Videlicet
sua petitio
Sive facta
tub tuo nomine
Adnuetur;
ergo subsidio
Tuo, posce,
simus in lumine.

Ad Magnificat.

A. Cleri progenies,
Domino nunc promere laudes
Alta voce tribus
nitere martyribus,
Larcia quos stravit
hodie vereque levavit
Horum natali
Christus in arce poli.
Ergo tu socii-
que rogate, sacer Dionysi,
Ut vir quisque Dei
possit amore frui.

Brev. S. Barnardi de Romanis imp. in Romanis 1518. — In 2. Noct.
A 1, 3 fundasti. — In Laud. A 2, 2 crevit. — A 2, 4 fidem. — In 2. Vesp.
Ad Magn 5 Laures quos.

21. De sancto Domnio.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Belliger iste sagax
pro lege Dei sua membra
Contulit ad mortem
moriendoque perculit hostem,
Nam petra Christus erat,
qua solidus steterat.

2. Martyr hic est verus,
pro Christi nomine corpus
Qui dedit tortorum
spernendo tela minarum,
Militiae palma
quem caelum sustulit alma.

3. Respuit hic mundum,
ludos floremque iucundum,
Cuncta caduca soli
librans et gaudia caeli,
Divitias illic
atque velut ore locavit.

4. Dum quis temptatur,
si non cadit, inde beatur,

Coronavit eum,
qui iudicat omne probatum,
Ex merito rutilam
dabit isti laude coronam.

5. Hunc Deus ornavit,
qui pro meritis adamavit,
Glorificaque stola
vestivit splendida colla
Ad paradisiacas
ducendo per aethera portas.

Ad Magnificat.

A. O quam sancta dies,
o quam festiva refulget,
Viribus, o, totis
castis celebrandaque votis,
Qua bonitate bonus
noster meat astra patronus,
Domnius, ad vitae
gaudia perpetuae.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Morte triumphali
superatis morsibus anguis

Christus ad celsi
remeavit culmina caeli.

2. Coetus apostolicus
divino lacte potatus
Dividitur multis
diversis partibus orbis.
3. At Petrus, ecclesiae
praelatus, in Antiochena
Multas virtutes
fecit ac dando salutes
Pluribus aegrotis
tenebris a corde remotis.

Responsoria.

1. Cum plebs innumera
simul, ut miracula vera
Viseret, afflueret
seu quod magis inde vigeret,
Contigit, accessit
Theodosius, accola civis,
- V. Nobilitate cluens,
operum virtute [re]fulgens.
2. Hic Danae geniti
generosae prolis habenti
Natum se iunxit,
quam more suo sibi iunxit,
Qua subolem genuit
. . . . cia Domnius inquit.
- V. Praestanti forma,
sed Christi postea norma.
3. Quippe suus genitor
velut almis cultibus auctor
Munere naturae
vitae spirando futurae
Ad Dominum saltus
dabat et gentiliter altus,
- V. Qui fons est vitae
cunctis sine fine petendae.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Praedicat ut plebi
verbum Petrus ore tonanti,

Audiit attentus
neque mundi compede tentus
Discipulum Christi
petiit sub tempore noctis.

2. Cuius doctrina
rutilans pietate superna
Credidit in Christo
devota mente sequendo.
3. Ut fidei lavacrum
tangens sprexit simulacrum,
Domnius et mater
fiunt pariterque fideles.

Responsoria.

1. Aurea gemma solo
sidus radiabilis caelo,
Domni, qui resides,
quem tulit alma fides,
Auxiliare tuis
solita pietate ministris,
- V. Magnificare tua
valeant ut festa per aethra.
2. Qui puer aetate
sed mentis nobilitate
Celsus apostolicis
copulavit se documentis,
- V. Potans a puero,
vomuit quae postea mundo.
3. Iam fidei plenus
studio Petrus Antiochenus
Visus (est) adire Romam
gestorum laude sonora[m],
- V. Luceat ut princeps
a prima luce deinceps.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Domnius a seniore Petro
suadente magistro
Venit Dalmatiam
Domino ducente Salonam.

2. Semina divina
spargens ubi voce benigna,
Purificat, mundat
plures baptismatis unda.

3. Mox quibus ablutis
capiendo verba salutis
Corda maligna tamen
conclamant pseudovatem.

Responsoria.

1. Dum trahit a morbis
dominam, quae dicitur, orbis,
Discipulos mittit
lati per climata mundi,

V. Ecclesiae natos
pariant quo multiplicatos.

2. Pirgus ad haec tumidus
dialectico turbine fixus
Obstitit atque fidem
sibi draco colorat eandem,

V. Cesset ut athleta,
Iesu ne vinea crescat.

3. Sed ne cathegoricus
palma laetetur iniquus,
Doctorum doctor
vires parat ille ministro,

V. Cui dicit: Os aperi,
per me quod scito repleri.

2. Namque sacerdotes,
Christum venerantibus hostes,
Maurilium quendam
pretio[que et] munere parant.

3. Romae praefectus,
qui daemonis arte refertus,
Aurum spernentem
neque sacrificare volentem
Discipulum Christi
permultat verbere tristi.

4. Christicolae plures
clamant pie compatientes:
Cur pereat saeve,
qui praedicat omnia vere?

5. Praeses ad haec motus,
nullo moderamine fatus,
Hos novies quinque
super aethera detulit ense.

Ad Benedictus.

A. Pontificum norma,
splendor pretiosaque gemma,
Serta venustatis
retinens cum martyrizatis,
Scandere celsorum
da nobis regna polorum,
Qui barathri claustro
puerum precibus revocasti.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Cum pius athleta
mundi fugit omnia laeta,
Martyrii palmam
Deus hunc invitat ad aliam.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Corpora sanctorum
tumulantur honore piorum
Vertice sub montis,
vocatur qui Macarontis.

Brev. ms. Romanae Curiae anni 1318. Cod. Vatican. 6069. add. saec. 14.
— In 1. Vesp. A 2, 3 dedit tartarum. — A 4, 3 coronatur. — A 5, 5 paradisicas. — In 1. Noct. A 2, 2 potitus. — A 3, 1 Ad Petrus. — In 2. Noct. A 1, 6 tempore notis. — In 3. Noct. R 3, 4 ministros. — R 3, 5 Qui dixit. — In Laud. A 2, 4 munere arant. — Zu beachten in 2. Noct. A 1 das Akrostichon Adam.

22. De sancto Ettone.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Ad te, Christe, fili Dei,
Ad te clamant omnes rei,
Ut in hoc vitae stadio
Fessos idem paraclitus
Refoveat divinitus,
Etho cuius imperio
Caelestem sumpsit vitam,
Mentem iacentem visitet,
Consuscitet sopitam.
O quam felix Dei donum,
Quod perenne confert bonum!

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Etho Deum laudet,
per quem super aethera gaudet;
Nos igitur psalmis
illi iubilemus et hymnis.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Germine feta sacro
laetetur Hibernia, fructu
Quod tam multipli
regna superna replet.
2. Haec septem radiis
tenebras illuminat orbis
Sideribusque novis
latius emicuit.
3. Septem namque viros,
meritorum lumine claros
Edidit et claris
condecoravit avis.

Responsoria.

1. Ad laudem Domini
produxit Hibernia septem
Fratres, insignes
caeli quos gloria fecit;
V. Par spes, par animus
erat illis et Deus unus.
2. Hos decoravit honor
mundi fulgens et origo,
Sed magis ingenuos
dedit actio mensque beata
V. Dignos laude viros,
tibi, sacrum flamen, alumnos.
3. Horum de numero
venerandus claruit Etho,
Cum pia progenies
mores sacravit heriles,
V. Unctio sancta Dei-
que doctrix adfuit illi.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Voti concordēs
effecit gratia fratres,
Quos spes atque fides
fecerat esse pares.
2. Hi natale solum
liquerunt, aequora Christo
Remige sulcantes
extera regna petunt.
3. Fluctibus emensis
nebulosi post iuga montis
Sacra Petri subeunt
cum prece, cum lacrimis.

Responsoria.

1. Traditus Etho sacris
animo vigili documentis,
Praedicat esse pium
super omnia quaerere Christum,

V. Mundum cum flore
divino spreuit amore.

2. Etho domum, patriam,
mundum cum flore relinquens
Verna bonus Domini
gremio meruit refoveri,

V. Terrea cuncta terens
caeloque potenter inhaerens.

3. Plenus amore pio
mare transiit ac duce Christo

* * * * *

V. Solvit apostolicis
Romae sua vota tropaeis.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Caelitus implorant,
quibus haec mortalia condant
Membra sub hospitiiis,
ossa quibus tumulis.

2. Christus, servorum
miserens, ubi quivis eorum
Ius caperet sedis,
innuit a superis.

3. Sedit ab his unus
Etho, qua fonte refusus
Manat Corbriolus
caelitus exhibitus.

Responsoria.

1. Etho sacris precibus
lacrimisque peramplius instans
Mente polum penetrat
dignis affatibus astans,

V. Extera transgressus
ad spiritualia raptus.

2. Summus apex, celsi
solii moderator et aevi,
Orantem famulum
recreavit acroamate tali:

V. Gallia laetetur
et te pastore regatur.

3. Etho, divinae
per saecula ferax medicinae,
Clade piat populum,
fugat impia gentis, asylum
V. Subvenit afflictis,
miseris solacia praestat.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Felix confessor,
trinae deitatis amator,
Audit de caelis
semel et bis acroama salutis.

2. Mansio signatur
primum, post tumba iubetur
Quaeri, tumque dies
vitae postrema vocatur.

3. Posthuma facta patris
dando suffragio multis
Lucis eum sedem
testantur habere perennem.

4. Vota sacerdotis
acceptans carcere, vinclis
Ereptum recreat
spondensque salubria firmat.

5. Aeger abit sanus,
maerens solamen adeptus,
Nullus inexpertus
opis, est pater omnibus aptus.

Ad Benedictus.

A. Exsultemus hodie
Simul et cantemus,
Patris nostri gloriae
Pia vota demus,
Qui de mundi voragine
Feliciter sublevatus
Gaudet cael[est]i lumine
Divinitus illustratus
Nullam timens iacturam.

Pro nobis Deo supplica,
Sancte pater, et vendica
Laetitiam futuram.
O quam felix Dei donum,
Quod perenne confert bonum!

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Iesu Christi bonitas,
O gratia,

Dirige nostras semitas
Ad praemia,
Quae servas fidelibus
Ob meritum virtutis,
Da tuis supplicibus
Ethonem refugium
Ad gaudium salutis.
O quam felix Dei donum,
Quod perenne confert bonum!

Acta SS. Iul. III, 49 sqq. — In 3. Noct. R 2, 4 und Laud. A, 1 4 eine Silbe zu viel. Also ist acroama dreisilbig; wahrscheinlich stand in der Quelle acroma. Über ihre Quelle bemerken die Herausgeber l. c.: „Officium praedictum . . . misit ad P. Bollandum R. D. Luytens mense Novembri 1637, tum temporis Laetiensis supprior et magister iuniorum et postmodum laudati monasterii abbas.“ Das Officium stammt aber nicht aus der Abtei Liessies, wie schon die nicht-monastische Form desselben zeigt, sondern aus Buyn-Villare bei Arras.

23. De s. Eucharie Tullensi.

Ad 1. Vesperas.

Antiphonae.

1. Gaudeat ecclesia
Pro palma victorum,
Quam adornat Gallia
Splendore sanctorum.
2. Eucharie natio
Sancta comprobatur,
Iustorum consilio
Christum imitatur.
3. Hic dum mundi gloriam
Pro Christo calcavit,
Aeternam memoriam
Iusti comparavit.
4. Laudans nomen Domini
Vir Deo devotus
Vacabat regimini
Per Deum promotus.
5. Huius sancti praesulis
Mors est pretiosa,
Quem laudant in populis
Signa gloriosa.

Ad Magnificat.

A. O pastor egregie
Doctorque fidelium,
Gemma Lothoringiae,
Nobile depositum
Liberduni castri.
Fer, Eucharie, gratiae
Nobis patrocinium,
Ne perdamus anxie
Thronum tibi traditum
Supernalis astri.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi caelorum gloria
Devote concinatur,
Dum Eucharie gratia
Digne commemoratur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic in lege Domini
Pie meditatus
Se sanctorum agmini
Iunxit vir beatus.

2. Reges, intellegite
Providum rectorem,
Hunc sequi satagite,
Strenuum victorem.

3. Christus fuit gloria
Huius praesidentis,
Non timuit milia
Populi furentis.

Responsoria.

1. Laudemus permagnificum
In statu praesulari
Doctoremque catholicum
Adfatu salutari
Eucharium, mirificum
In actu regulari.

V. Ducem sequamur caelicum,
Colentem Deum unicum
Affectu singulari.

2. Fidei rupto foedere
Rex nequam Iulianus,
Ordinis spreto munere
Apostata profanus,
In Christum coepit furere
Vir Belial et vanus.

V. Sub eius grandi scelere
Passus est gravi vulnere
Populus christianus.

3. Dum Galliam ingreditur,
Urbem Grandem intravit,
Christicolas insequitur
Pluresque carceravit,
Eucharium aggreditur
Et ipsum decollavit.

V. Ab impio perimitur
Pastor pius nec vincitur,
Quem Christus coronavit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hunc sanctum mirificat
Deus veritatis,
Per quem tot multiplicat
Signa probitatis.

2. Mane Dei famulus
Orans exauditur,
Preces eius populus
Laetus experitur.

3. Laus perfecta sonuit
Ex pastoris ore,
Cuius vita splenduit
Virtutis honore.

Responsoria.

1. In Pompeio littore
Caeso praesulis capite
Et in loco tumbarum
Iam divisum a corpore
Ab ipso fertur equite
Palmis caput praeclarum.

V. Passus modico tempore
Conscendit recto tramite
Montem deliciarum.

2. Athleta victo turbine
Per sanctae vallis medium
Iter suum direxit;
Legentes olus feminae
Mirantur ex hoc nimium,
Quod caput suum vexit.

V. Plus stupet rubens sanguine,
Dum eas per sollemnium
Operari prospexit.

3. Praesul divino munere
Consummato martyrio
Per omnia directus
Recto pergens itinere
Liberduni confinio
Digne fuit collectus.

V. Super lapidem funere
Locato caeli gaudio
Fruebatur electus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Vitam sine macula
Praesul hic finivit
Summa tabernaculi
Laetus introiit.

2. O praeclare pontifex,
In virtute Dei
Sis salutis opifex
Nobis sanctae spei.
3. Rex aeternae gloriae,
Per hunc nos conducas
Ad montem laetitiae
Tecum et inducas.

Responsoria.

1. Corpus sanctum
defuncti praesulis
Dum deferret
cum reverentia
Urbis Leuchae
clerus cum populis,
Quadrivallis
non traxit spatia.
- V. Liberduno debebatur
Sancti quies, ut probatur.
2. Subvectum in curriculo
Praesulis funus inclitum
Vaccae duae trahebant,
Quae pergrandi miraculo
Locum sepulcri debitum
Directe requirebant.
- V. Quae cum decenti titulo
Liberduni depositum
Gressibus innuebant.
3. De celso sancti praemio
Vera sunt testimonia
Patrata Dei brachio
Per eum mirabilia,
Qui suo patrocinio
Magna confert remedia.
- V. Pro triumphali proelio
Pastor regnat in gloria,
Magno dignus praeconio,
Dum expellit daemonia.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Sanctus vir Eucharis
Morum luce splenduit
Indutus decorem,
Sacerdos egregius
Melchisedech tenuit
Gradum et honorem.
2. Cordis prae laetitia
Iubilans in gaudio
Deum exquisivit,
Manens in iustitia
Iustorum consilio
Domino servivit.
3. Deus, ad te vigilans
Exsultando labiis
Mente iubilabat,
Rectis lumen rutilans,
Gloria, divitiis
Iustus abundabat.
4. Benedicant opera
Cuncta nomen Domini,
Quod est benedictum,
Dum scandit ad aethera
Summo iunctus numini
Martyr post conflictum.
5. Tuba, chordis, organo
Laudet omnis spiritus
Dominum virtutis,
Quem in caeli Libano
Cernit bibens primitus
Calicem salutis.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus Dominus,
Plebem suam visitans
Per alium pastorem,
Cuius vitae terminus
Hunc beatum clamitans
Hostisque victorem,
Nos ad bonum protinus
Miraculis excitans
Deo dat honorem.

24. De sancto Eunuphrio.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Exsultet caeli curia
Sanctorum ad consortium
Novo cive translato,
Congaudeat ecclesia,
Nostrum quoque collegium
Eunufrio beato,
Omnis Christi militia
Virum laudet humillimum
In caelis exaltatum.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- In militis sollemniis
Rex regum collaudetur
Eunufrii, cum gaudiis
Et votis honoretur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ut arbor iuxta fluvium
Aquae vivae plantata
Eunufrii dat nimium
Fructum vita beata.
2. Casto timore pertulit
Imbutus disciplinam,
Iugum peccati reppulit
Et saeculi ruinam.
3. Voce devota clamat
Et Dominus exaudit,
Opem devotis impetrat
Et monitis adplaudit.

Responsoria.

1. Vir sanctus ad coenobium
Eunufrius cum properat,
Implens Christi consilium
Virtus aetatem superat,
Per gratiae praesidium
Menti sensus obtemperat.
- V. Luxu calcato noxio
Deo firmus inhaeret,
Foedo cum sui gaudio
Occasum mundi maeret.
2. Novit Heliae merita
Scriptura referente
Et praecursoris inclita
Duce Christo favente,
Deserti petit abdita
Spreta mundana gente;
- V. Subtractus a consortio
Mundi decipientis,
Purgatus a contagio
Carnis allicientis.
3. Ingressus solitudinem
Virtute roboratur,
Temptantis altitudinem
Contra fidem luctatur,
Dei beatitudinem
Devote contemplatur.
- V. Solis ardore squalidum
Ventus, imber infestat,
Casto timore candidum
Lux vitae manifestat.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quiete pacis intimae
Christo mirificatur,
Electae pacis optime
Cum merito laetatur.

2. Ornatur scuto fidei
Christi miles invictus,
Dignus cum palma provehi
Ad caelum benedictus.

3. Caelis emissio nuntio
A Deo visitatur,
Honore, laude, praemio
Coronae decoratur.

Responsoria.

1. Capillo pro tegmine
Nudum corpus obducitur,
Radicum in esurie
Virentis herbae fruitur,
Tali cum moderamine
Daemon victus eicitur.

V. Aquae mensura bibitur
Vini spreta dulcedine,
Hostilis fraus depellitur
Illaqueans mulcedine.

2. Mirandum est, quod creditur,
Si summum sacramentum
Presbytero conficitur
Per Christi documentum,
A sancto viro sumitur
Salutis in augmentum.

V. Quod agitur, spiritibus
Sanctis ratificatur,
Virtus sacratis ritibus
Divina non ligatur.

3. Sex lustris pane pascitur
Mirando vir beatus,
Pampnutius suscipitur
Hospes fame laxatus,
Verbo Dei reficitur
Virtute solidatus.

V. Uterque pane vescitur
Tunc integro delato,
Largitor benedicitur
Egente saturato.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic iustus sine macula
Verax et mansuetus

Dilecta tabernacula
Colit iam Deo fretus.

2. Vultus divini visio
Virum virtute gratum
Completo desiderio
Laetificat beatum.

3. Hic quaerens Dei faciem
Eius subit in montem,
Contemplans Dei speciem,
Beatae vitae fontem.

Responsoria.

1. Oculis ac manibus
In caelum elevatis
Iungebat preces precibus
Devotis impetratis
Gratiae muneribus
A fonte bonitatis.

V. Migrantis luce claruit
Vultus viri mirificus,
Locum mirandus imbuit
Odor ut aromaticus.

2. Ad sancti viri transitum
Sanctorum chorus advenit
Laudes Deo canentium,
Christus ad caelum provehit
Virum, quem carne positum
Donis supernis imbuit.

V. Tamquam columba candida
Petit anima Deum
In omni vita nitida;
Prece pulsemus eum.

3. Leo deplorat mortuum
Curvatus et adoratur,
Fodit in ungue tumulum,
Pampnutius ut oratur,
Nudum viri corpusculum
Tegens vestis honoratur.

V. Translato patre concidit
Palma cum sua cellula,
Pampnutius haec concinit
Eius vitae miracula.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Praecinctus fortitudine
Eunufrius prostravit
Hostem et pulchritudine
Indutus honoravit
Christum et sanctitudinem
Domus eius amavit.

2. Soluta culpa vinculo
Contemnit civitatem,
Deserti tabernaculo
Locatus ubertatem
Quaerit virentis pascuae,
Dei suavitatem.

3. De luce Deo vigilans
In sancto sic apparet,
Ut ipsum mente sitiens
Videret et amaret,
Antra deserti penetrans
Quietus et oraret.

4. Vir corde sanctus, humilis
In vita benedixit
Deum, virtute stabilis
Diabolum afflixit,
Se mente caeli habilis
Christo cruci confixit.

5. Hunc sanctum contra militat
Nix, ignis, grando, pluvia,

Sed robore stabilitat
Perfusa caeli gratia,
Hymnum novum cum gloria
Sibi canat ecclesia.

Ad Benedictus.

A. In sanctitate Domino
Servivit et iustitia,
Mortalis vitae termino
Solutus a miseria
Eunufrius beatus,
Nunc fruitur in patria
Beata caeli gaudia
Splendoribus ornatus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Eunufri, pater optime,
Te invocamus hodie,
Imple tui memoribus,
Quod pie promisisti.
Funde preces ad Dominum,
Ut deleat contagia,
Cuncta pellat tristia,
Fuget adversantia
Sublato saevo iudice,
Concessa culpa venia,
Omni pulsa miseria
Nobis aeterna gaudia
Donet in caeli curia.

Pontif. ms. Paulanorum saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 502. In
Laud. A 4, 4 addixit.

25. De sancta Eustella.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Regia virgo fuit
Eustella parentibus orta
Xantoniciis et aquis
ethnica lauta sacris.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem nunc virginum,
Laudemus Dominum,
Qui hanc regiam
Virginem Eustellam

Delegit primam
Xantonum patronam.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Xanctonibus claram
genuit rex Xanto puellam,
2. Protulit et prolem
nobis regina tenellam,
3. Quam Deus a toto
caram providerat aevo.

Responsoria.

1. Praedicat Eustellam
gens Xantona iure novellam
Magnificatque suam
iucundam [vere] parentem;
- V. Suscipit hanc primam
concivem Xanto beatam.
2. Regium quippe vagum
mundi contempsit et omnem
Ornatum saeculi
sprevit amore Dei.
- V. Credidit et vidit
Iesum, speravit, amavit.
3. Quae modo praestamus
tibi munera, summe, rogamus,
- V. Nostra feras caelis
praestita vota tuis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hanc ut spina rosam
peperit pagana fidelem,
2. Et vocat Eustellam
mater propheta novellam,
3. Noctis digna bene
virgo bona stella vocatur.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nocte Eustella nitet,
fidei dum prima cohaeret.
2. Praefuit et nocti,
cum Christi iussa facescit.
3. Stella praeest nocti,
caeli dum regna capescit.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Clara Deo regnat
nunc Eutropio sociata,
2. Ardet et in caelo
Xantona stella suo,
3. Raptaque amore Dei
translucet iuncta diei,
4. Resplendet famulis
ignea stella suis.
5. Offert Xantona
nova iam tibi munera, quare
Nunc tribuas nobis
dona petita tuis.

Ad Benedictus.

- A. Depulit Eustellam
pater improbus urbe puellam,
Monteque mox latitat,
vigilat, ieiunat et orat.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Dum fumus arte parens
durus terretque puellam,
Eutropium scurra
lanio Xanto necat.

Brev. Xantonense imp. Pictavii 1524. — In 2. Noct. A 3, 1 Nostris digna bono. — In Laud. A 5, 3 tribuis. — Die zugehörigen Hymnen: Ad Vesp. „Pangere cantica laetitiae“; ad Laud. „En orta stella Xantones.“

26. De sancto Evurtio.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Signo divino
credunt cives peregrino
Omnibus in Domino
concordibus omine trino.

2. Ales caelestis
pro fratrum schismate maestis
Patribus est testis,
quia, quem Deus eligit, estis.

3. Aedes ardor edit,
praesul iubet, ignis oboedit,
Sors exstincta redit,
exstinctaque flamma recedit.

4. Signa manus subita
videt et stupet hypolevita,
Magna tribus merita,
qui speculantur ita.

5. Gentilis coetus,
infuso chrismate laetus,
Desinit esse vetus
novus in baptismo foetus.

R. Stirps Romae quondam
florens tulit hypolevitam,
Et super hunc palam
descendit spiritus almus,

V. Urbe diu vidua
pastore fit hic pater eius.

Ad Magnificat.

A. O virum ineffabilem,
Evurtium pontificem,
Cuius vita mirabilis
Praedicatur in saecula
Et gloriosus spiritus
Paradisum possidet,
Ad cuius consortium
Introducat nos Dominus.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Aeternum regem laudemus
Iesum Christum,
Qui beatum Evurtium
Ad summum
Elegit sacerdotium.

Offic. ms. Aurelianen. saec. [14. et] 15. Cod. Vatican. Regin. 623. — In
1. Vesp. A 2, 3 elegit. — A 4, 1 Digna. — R, 2 hypolevitam.

27. In Translatione s. Evurtii.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Felix praesul Evurtius
Exiens urbem Romanam
Transtulit se rectius
Ad plagam Aurelianam.

2. Angelus ei nuntiat
Cum splendore mirae lucis,
Dreves, Historiae Rhythmicae. VIII.

Ut fundamenta iaciat
Basilicae sanctae crucis.

3. Veris tempore amoeno
Hospes mundi, caeli civis
Novit aere sereno
Locum per circulum nivis.

4. Elidit idolatriam
Sancta praedicatione
Deo exhibens latrariam
Sincera devotione.

5. Obitus sui praescius,
Cognoscens finem humanum,
Gloriosus Evurtius
Pronuntiat Anianum.

R. Dum refertur
sanctus ad propria,
Fit tempestas
et grandis pluvia
Providente
Dei clementia,
Ut pateret
beati gloria;
V. Sed non tangit
pluvia baiulos
Nec cum eis
euntes populos.

Ad Magnificat.

A. Magnificat miraculis
Evurtium divinitas,
Coram omnium oculis
Monstratur eius sanctitas,
Grati vultus serenitas
Et perfecta humilitas,
Carnis eius integritas,
Intellectus sagacitas,
Tantis gratiae titulis
Apparet vitae veritas.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum, summum regum regem,
Adoremus propitium,
Qui Aurelianum gregem
Gubernat per Evurtium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In malorum consilio
Evurtius non abiit,
Sed cum Dei auxilio
Mundum transiens obiit.

2. Peccatorum vincula
Fortiter rumpamus,
Ut sancti sine macula
Cum praesule vivamus.

3. Susceptor Evurtii
Fuit servator Iesus,
Qui nullius vitii
Esse legitur laesus.

Responsoria.

1. Mundum vocans
ad Dei gratiam
Exit Roma,
transit ad Africam,
Semet regens
per ignorantiam
Plurimorum
pellit tristitiam.

V. Per Dei providentiam
Sublimatur
ad praesidentiam.

2. In columbae specie
Sanctum flamen apparuit,
Coram plurium facie
Miraculum hoc claruit,
Et vox magna laetitiae
In populo personuit:
Hic est a Deo dilectus,
Hic praesul noster electus,
Sicut columba docuit.

V. Dum recessit sancta avis,
Exclamat devota ovis.

3. Datus mundo
pro mundi gloria,
Dignus laude,
dignus memoria,
Iam de hostis
gaudet victoria,
Plebi suae
dat adiutoria.

V. Cuius virtus
est tam notoria,
Daemonibus
exstat contraria.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Diligentes vanitatem
Et quaerentes mendacium
Cognoverunt veritatem
Per beatum Evurtium.
2. Scuto bonae voluntatis
In terra fuit ornatus
Et corona sanctitatis
Est in caelo coronatus.
3. Mirabile Dei nomen
Aurelianus praedicavit,
Et tunc verbi Dei semen
Multum fructificavit.

Responsoria.

1. Verbum vitae
dum pontifex profert,
Gregem suum
ab hostibus aufert,
Christicolae
idolatri praefert
Et aegrotis
sanitatem confert,
- V. Tribulatis
auxilium offert,
Desolatis
laetitiam infert.
2. Dignitatis
ascendens culmina
Columba volitans
circuit agmina,
Et post plebis
multa precamina
Hunc elegit
gratia divina.
- V. Cantet chorus
praesuli carmina,
Ut nobis miseris
laxentur crimina.
3. Panis vitae et intellectus
Sanctum praesulem cibavit,

- Per gratiae effectus
Ecclesiam roboravit,
Malignorum defectus
Viriliter increpavit
Et bonorum effectus
Caritate inflammavit.
- V. Hic iam praesul effectus
Plebis cumulat profectus,
Dum urbem sic decoravit.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sine macula est ingressus
In Dei tabernacula,
Quia vitae suae progressus
Patuit per miracula.
2. Desiderium animae
Ei Dominus tribuit,
Quia de mundo minime,
Dum vixit, curam habuit.
3. Manum desuper immissam
Deus de nube eduxit,
Ipsi celebranti missam
Evidenter benedixit.

Responsoria.

1. Granum expulsum palea
De Romanorum horreo,
Fidei tutus galea
Et caritatis clipeo,
Carnit faece fellea
Et peccati aculeo,
Dum dulcedine mellea
Habitanus Deus in eo.
- V. Victo rege tartareo
Nunc in caelo empyreo
Laetanter fruitur Deo.
2. Felix praesul,
cuius solacio
Angelorum
servivit contio,

Vita eius
caruit vitio,
Assueta
Dei servitio.

V. Antistiti Evurtio
In missae sacrificio
Data est benedictio.

3. O rem miram, quam fecisti!
In processione via,
Dum transferri meruisti,
Longum iter per bivia
Baiulos custodisti

Ab inundante pluvia,
Qui urbem protexisti
Pellendo mala gravia.

V. Qui tot signis claruisti
Per miracula pervia,
Nobis opem feras Christi
Gratia eius praevia.

Prosa.

Supernae matris gaudia
Evurtio sunt grandia,

Cum caelica melodia
Nostra sonent praecordia.

Inter noctis primordia
Et diei exordia
Decantetur psalmodia.

Quaerant nostra studia
Per huius mundi stadia
Pontificis subsidia.

Mortuis vitae subsidia,
Mutis datur facundia,

Caecis, claudis remedia,
Febris fugat excidia.

Fastus, luxus,
gula, acidia,
Cupiditas,
ira, invidia

Repelluntur
atque vecordia
Per gratiae
stillicidia.

Fratres captos
hostis perfidia,
Carcerali
clausos custodia,
Eius prece
ad Deum media
Laetos vidit
post tanta taedia.

Iesu bone, tu nos irradias,
Caritatis, praebens incendia,
Tua pia misericordia.

Spreta mentis desidia
Per brevia compendia
Tolle mentis fastidia,

Qui urbem protexisti
Pellendo mala gravia.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Evurtii magnalia
Et virtutum praeconia
Faciunt credibilia
Dei testimonia.

2. Aureliana patria
Deum laudet devotius,
Quia in Dei atria
Introivit Evurtius.

3. Os magna loquentium
Per Deum est obstructum,
Et per sanctum Evurtium
Est vulgus instructum.

4. Haec terra Aureliana
Deum verum benedicat,
Quia in aula superna
Praesul pro ea supplicat.

5. Iuvenes et senes,
Dominum laudate,
Et populi omnes,
Praesuli cantate.

- V. Confert vigil praesul fortis
Vitam notas tergens mortis,
Qua pro semper fruitur.

Prosa.

Ad Benedictus.

- A. [Deus] ex alto oriens
Mundum visitavit
Et in tenebris sedentes
Tunc illuminavit,
Cum pontifici beato
triumphum donavit,
Quo dono sibi collato
Gloriam intravit.

1. Ore defert Noe risum
Columba, dum placat visum
Oliveti ramulo,
In praesulem prodit fusum
Evurtium sic suffusum
Virtutum ex cumulo.
2. Ignis flagrans deprimitur,
Et thesaurus exprimitur
Ad decus ecclesiae,
Mathathias ulciscitur
Et per Iudam reducitur
Opimum amasiae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. De sede potentes
Deus deposuit,
Horum superbiam
iuste compescuit,
Pastori Evurtio
baculum praebuilt,
Quo lupum inferni
in tantum terruit,
Quod a fauce eius
gregem eripuit.
- R. Dum Elias curru scandit,
Pallium substernitur,
Evurtius numen pandit,
Gratum cunctis cernitur,
Sic evectus spem protendit,
Sursum per quam labitur.

3. Fratres praeda captivos
Ut Tobias liberatos
Reddit Dei munere,
Clipeus stat, donec tortos
Iosue terat, sic gratos
Manus pandit opere.
4. Omni die dat salutem
Animabus atque dotem
Fugans poenae sarculos,
Hic Moyses scidit fortem
Maris stillam et cohortem
Velat eius baiulos.
5. Ergo rite fibris clangit
Plebs, Evurti, dum assurgit
Cultu, qui praefigitur,
Tecum duces nunc adplaudit,
Ut protegas, manus tendit
Affectu, quo rapitur.

Offic. ms. Aurelianen. saec. 15. Cod. Vatican. Regin. 623. — In 1. Vesp. A 1, 4 Aurelianem. — A 3, 2 cives. — Ad Magn. A, 2 Evurtio. — Ibid. 9 gratiis. — Ad Matut. Invit. 3 Aurelianem. — In 1. Noct. A 3, 4 Fuisse legitur. — R 1, 3 Romam. — In 2. Noct. A 1, 3 Cognoscunt. — R 1, 4 ab hoste. — R 2, 3 und 11, je zwei Silben Überschufs. — R 2, 12 laxantur. — A 3, 1 Pane. — In 3. Noct. A 2, 1 sq. ei animae. — A 3, 2 educit. — R 1, 5 fesse fellea. — In Laud. Ad Ben. 5 Trina cum pontifici. — In 2. Vesp. R, 3 pendit. — Prosa 4, 6 lies baculus? — Ibid. 5, 5 proteges.

28. De sancta Fide.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Ave, gemma claritatis
ad instar carbunculi,
Ave, rosa paradisi
rore fragrans balsami,
Fides alma, virgo felix,
gloriosa meritis,
Assistentes tuae laudi
caeli iunge gaudiis.
- R. Virgo Fides, dilecta Deo,
lux inclita mundi,
Auxilium miseris
quae cito ferre soles,
Ad te clamantum
pie suscipe vota precantum,
Aethereo residens
solio sponso sociata.

Ad Magnificat.

- A. Ad honorem atque laudem
sempiterni numinis
Celebremus diem festum
sanctae Fidis virginis,
Quae per ignem, per tormenta
calicemque sanguinis
Est adepta triumphali
bravium certaminis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus collaudantes
Christum Dei filium,
Cuius fide virgo Fides
huius vitae stadium
Percurrendo comprehendit
immortale bravium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo Fides, generosis
edita parentibus,
Generosius effulsit
actu, verbo, moribus.
2. Haec instructa documentis
fidei catholicae
Custodivit vias duras
legis evangelicae.
3. Non est eius cor elatum
titulis natalium,
Nec attrivit decor formae
castitatis liliū.
4. Quippe vultu speciosa,
corpore iuencula,
Mente sprevit, actu fugit
nuptiarum vincula.
5. Vultus eius et incessus
nuntiabant deforis,
Quis affectus possideret
officinas pectoris.
6. Sic in ea coruscante
bono pudicitiae
Arridebant ei simul
et virtutes aliae.

Responsoria.

1. Ex rubente rosa simul
et candente lilio
Virgo Fides coronata
vivit ex martyrio
- V. Inter choros angelorum
geminato praemio.
2. Virgo stirpe supergressa
primos Agennensium

Sanctitate cumulavit
gloriam natalium,
V. Pacta secum custodire
semitas fidelium.

3. His enitens ad supremum
culmen sanctimoniae
Holocaustum fecit Deo
votum continentiae,
V. Rata crimen attrahere
florem pudicitiae.

4. Dacianus introgressus
urbem Agennensium
Christi servos et ancillas
trahit ad supplicium,
V. Immolare contemnentes
eius ad imperium.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Pectus Fidis, hortus Christi,
vernans morum floribus
Et ad flatum lenis Austri
fluit aromatibus.

2. Hoc in votis eius erat,
hoc in desiderio,
Ut perennem compararet
gloriam martyrio.

3. Aestimabat enim Christo
gratam parum virginem,
Nisi virgo propter Christum
funderetque sanguinem.

4. Audit Deus et exaudit
vota sanctae feminae,
Clarificaturus eam
proximo certamine.

5. Intrat urbem Dacianus,
furit atrox bestia,
Spondet necem christianis,
intonat supplicia.

6. Accersita primum Fides
ad tyrannum ducitur,
Immolare vel feriri
gladio praecipitur.

Responsoria.

1. Ecce, Fides evocata
clamat ante iudicem:
Christum colo, Christum testor,
omnium artificem,
V. Ut arcanum mei cordis
tibi, iudex, indicem.

2. Nihil mihi cum Diana,
nihil cum Appolline,
Quos vel appellari deos
longe sit ab homine,
V. Dii vestri manufacti
dii solo nomine.

3. Sponsa Christi contemnente
minas, preces, munera,
Tortor parat universa
tormentorum genera,
V. Iussus poenas innovare,
perscrutari viscera.

4. Ex praecepto Daciani
carnifex congregatur,
Cratrem profert, subtus carbo,
super virgo ponitur,
V. Nihil ille praetermittens
ex his, quae praecipitur.

In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Tortor furens fovet ignem,
flamma surgit altius,
Rupta cute vis ardoris
penetrat interius,
V. Dum carbones et aes candens
vulnerant exterius.

2. Nuntiatur Daciano
virginis constantia,

Quam non flectunt sed nec terrent,
minae vel supplicia,

V. Iubet ergo, capitalis
puniat sententia.

3. Ducta Fides ad delubra
cum tribus iuvenibus,
Quia nolunt immolare,
feriuntur ensibus,

V. Uno corde, pari voce
spretis deum cultibus.

4. O coruscans in superno
lapis aedificio,
Virgo martyr, laureata
mixto rosae lilio,
Tua nobis apud Christum
assit intercessio,

V. Quo conscribi mereamur
in caeli palatio.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Dum in crate pateretur
virgo pro iustitia,
Certis signis agonistae
clarnit victoria.

2. Nam columba de supernis
visa est descendere
Coronamque super caput
ustulatae ponere.

3. Ignis visus est extingui,
rore Fides ablui
Redditaque sanitati
vestem albam indui.

4. Ista mente contemplatus
sanctus vir Caprasius
Coronandam passione
Fidem novit certius.

5. Mox et visu roboratus
in tanto certamine
Post tormenta decollatur
pariter cum virgine.

Ad Benedictus.

A. O Fides Deo devota,
o athletae strenui,
Quibus est collatum morte
vita superindui,
Mementote subvenire
devoto conventui,
Quo vobiscum mereamur
summo bono perfrui.

R. O beata et
venerabilis virgo,
Fides vocata,
Quaesumus, tuo
interventu dilue
nostra peccata.

V. Sponsa Dei egregia,
In caelesti palatio
Diademate gemino
Laureata.

Prosa.

O Fides virgo, in caelo
Iuncta sponso inclito,
Illius dono aeternae
Congaudens in thalamo
Collegio praeclaro
Angelorum socio,
Nunc ideo devoto
Corde praesens contio
Conclamat Domino:
dilue nostra peccata.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O beata, quae iam sponsum
virginum complecteris,
Iam, quocunque vadit agnus,
agnum virgo sequeris,
Fac orando, ne tradamur
ignibus tartareis,
Cum frumentum iustus iudex
dividet a paleis.

Pass. ms. S. Fidis Conchen. saec. II. ex. Cod. Selestadien. 95 (1187). add.
saec. 13. A. — Brev. Lascurrense imp. Lascurre 1545 (reimpr. 1891). B. —
In 1. Vesp. A super Ps. fehlt B. — R Nuntiatur Daciano etc. = R 2

Noct. 3. — Ad Magn. A, 7 Adepta est B. — In 1. Noct. A 5, 1 Cultus eius B. — In 2. Noct. A 1, 2 vernans. B. — A 1, 4 fluens B. — A 3, 4 funderet et B. — AA 4—6 ad Primam, Tertiam, Sextam B. — R 1, 6 iudex nuntium B. — R 2, 3 vel opinari B. — In 3. Noct. RR 3 und 4 fehlen B. — In Laud. A 3, 4 albam vestem B. — A 5, 1 Mox his visis roboratur B. — A 5, 2 et exemplo feminae B. — Ad Bened. A, 1 O felices Christi testes B. — Ibid. 2 et athletae B. — R und Prosa fehlen B. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 2 virginem B. — Bei diesen Abweichungen sind jene Umstellungen unerwähnt geblieben, die notwendig wurden, weil B das Officium in nicht-monastischer Form bietet. — Das Officium unvollständig nach Mone schon XXVI, 32 ff. Die Gründe ebenda. Inzwischen konnte Blume die Hs. in Schlettstadt selbst benutzen. Ediert auch von Dr. Bouret in seiner *Histoire de sainte Foy par l'abbé Servièrès*, 4. ed. Rodez 1879, unter dem Titel „Proses“, mit dem Vermerk: „Les lettres Evovae qui terminent la plupart des strophes étaient probablement l'intonation de quelque psaume, qui se chantait peut-être après ces strophes. Ces longues proses servaient à tromper la longueur des veilles sacrées, au pied de la statue de St. Foy.“ Was die Vokale evovae am Schlusse von Antiphonen bedeuten, sollte füglich jeder wissen, der sich mit liturgischen Dingen glaubt befassen zu dürfen. Dieselben haben aber in der Literatur schon unglaublichen Gallimathias zutage gefördert.

29. De sancto Firmina.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Firmina virgo,
virtutis speculum,
Transit felix
ad caeli solium,
Cuius prece
coetus fidelium
Summi regis
intret in gaudium.
2. Opus Firmina
fecit mirificum
Ad lucem de tenebris
revocans impium
Elimpiadem,
convertens ad Dominum.
3. Manus, quam levat impius
Stetit immobilis,
Afflictus clamans caelitus
Liberatur virginis precibus
Et sic pro fide moritur.
4. O quam magnum miraculum!
Flatu confringens idolum,
In lutumque convertitur,
Sic error vincitur.

5. Post tot magna miracula
Tantaque dira martyria
Crinibus virgo suspenditur,
Rogus adhibitur
Et sic felix
caelum ingreditur.

Ad Magnificat.

- A. Gaude, Roma,
ditata gloria,
Tot sanctorum
agens sollemnia,
Gaude tota
de rosa rubea,
Qua ditatur
felix Amelia,
Quam tu profers,
vivit in saecula.

Ad Matutinum.

Invitorium.

- Christum, regem gloriae,
omnes adoremus,
In honorem virginis
ipsi iubilemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Praefecti genere
rosa progreditur,
Cuius odor
per mundum spargitur.
2. Mundum fugit
spernens illicita,
Deum pulsat
prece mirifica.
3. Haec constanter
tyrannum superat,
Dum ferventer
fidem annuntiat.

Responsoria.

1. Mundum calcat sub pedibus
Romam derelinquens,
Deserta loca transmeat
obsequiis insistens.
- V. Mentis servans munditiam,
carnis virginitatem,
Deo servire studuit
per morum honestatem.
2. Virgo, pugil Christi,
virtutum forma fuisti,
Dum pro fide Christi
coronari meruisti;
- V. Fulgida stella maris,
nos protege, nos tuearis.
3. Dum Firmina gressum figit
in Christo, stat fortiter,
Fidem tenet, non mollitur
resistens viriliter,
Iudex furit nec timetur,
dum sperat sublimiter.
- V. Haec blandimenta respuens
iudicem despexit,
In Christo sponso glorians,
quem multum dilexit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dum iniusti
lacertus tenditur,
Riget statim,
nequaquam flectitur.
2. Orat firma
Firmina dulciter,
Relaxatur
Lacertus iugiter.
3. Stupet iudex,
statim convertitur,
Fidem tenens
pro fide moritur.

Responsoria.

1. Nobilis est genere
praefectorum alumna,
Gentem devicit perfidam-
que nimis furibundam
Coronam lucrans gloriae
pretiose incundam.
- V. Haec convertit praesidem
Secumque traxit iudicem
Ad gloriam caelorum.
2. Virgo flagellatur,
suspenditur et cruciatur,
A Christo iuvatur
nec flagellis superatur.
- V. Stat constanter pugil fortis,
Fidem tenet hora mortis,
Dum pro Christo patitur.
3. Dum orantis
devota carmina
Caeli petunt
alta sublimia,
Mox redduntur
stupida brachia
Iam fideli.
- V. Adflictus verbere,
Promittit credere,
Redditur sanitas.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dum imago devastatur,
Virtus Christi demonstratur
Flatu sanctae virginis.

2. Stupent omnes et mirantur,
Laudes Christo decantantur
Immenso prodigio.

3. Cum Firmina verberatur,
Amor Christi inflammatur,
Nec terretur verbere.

Responsoria.

1. Verbum Christi
dum palam promitur,
Multitudo
magna convertitur.
Iudex furit,
mina contemnitur
Nec timetur.

V. Vix flagelli
amore vincitur,
Dum in Christo
Firmina figitur.

2. Deos exprobrat.
statua frangitur,
Dum Firminae
flatu contingitur,
Stupent omnes,
fides extollitur;
Sic error vincitur.

V. Firma, [virgo],
fortis in agmine!
Verba profert
virtutis nimiae.

3. O, quam magna
virtus ostenditur,
Dum Firmina
crine suspenditur,

Stat invicta,
sic tamen moritur.
Alleluia.

V. Virgo sancta,
commenda Domino,
Qui te laudant
devoto cantico.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Adest dies laetitiae,
Qua rosa delicata
Offertur regi gloriae
Deliciis ornata.

2. Haec corona duplici
In caelis coronatur
Et virtute multiplici
In terris comprobatur.

3. Nobilis es genere,
Firmina, virgo Christi,
Non superaris verbere
Inimicum vicisti.

4. Carnem adflixit iugiter
Ieiuniis vacando,
Fidem defendit fortiter
Pro Christo moriendo.

5. Castitatis lilium
Suspenditur per crines,
Gloriatur nimium
Tendens in sublimes.

Ad Benedictus.

A. Ave, virgo speciosa,
Gemmae iubar, florens rosa,
Stella splendens virtuosa,
Nos conserva iugiter.

In 2. Vesperis.
Ad Magnificat.
A. O speculum munditiae,
Summi vas honoris,

Virginitatis lilium
Mirifici candoris,
Translata es cum gloria
In supernis choris.

Brev. ms. Franciscano-Romanum (Amerinum) saec. 14. in. Cod. Vatic. 10 000. — In 3. Noct. R 1, 6 minas conecitur. — Ad Laud. A 5, 3 Glorias eximium. — Hierzu die Hymnen: Ad Vesp. Agmina sacra; ad Laud. Almae virginis.

30. In Octava s. Floriani.

In 1. Vesperis.
Super Psalmos.

1. Laeta psalle Noria,
Sublimata gloria
Advocati nobilis,
Floriani martyris.
2. Sacra cuius passione
In caelesti regione
Es effecta celebris,
Terris honorabilis.
3. Principatum regiae
Tenens hic militiae
Strenue regebat,
Stemmata pollebat.
4. Famulorum multitudo,
Rerum simul amplitudo
Sanctum Dei vallayerunt
Et insignem effecerunt.
5. Licet apex saecularis
Hunc ornaret singularis,
Tamen spes in Christo fuit,
Quem secrete coluit.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus florem florum,
Floriano qui bonorum
Sortem dedit aeternorum.

In 1. Nocturno.
Super Psalmos.

- A. Iste sanctus impiorum
Respuit consilium,
Dum contempsit idolorum
Stultum sacrificium.

Responsoria.

2. Aquilinus Noricorum
Fines tunc intraverat,
Quem ferina mens duorum
Regum destinaverat
Christianos indagare
Et repertos exstirpare.
- V. Omnes gentes fremuerunt,
Reges terrae convenerunt.
3. Christi mox idoneus
Tiro, cum ultroneus
Fidem suam profitetur,
A profanis detinetur;
- V. Ut agnus obmutuit
Nec se capi veruit.

In 2. Nocturno.

Super Psalmos.

- A. Scuto bonae voluntatis
Martyr sanctus coronatur,
Dum caducis refutatis
Diris uncis laceratur.

Responsoria.

1. Praeses in dementia
Versus ob constantiam
Christum profitentis,
Iubet hunc crudelibus
Torqueri verberibus,
Arrisit tormentis.

V. Paratus in gaudio
Pro Christo incendio.

2. Martyr tandem pretiosus,
Diis profanis odiosus,
Ferreis est ungulis
Laceratus scapulis;

V. Ferri cernens aciem
Non avertit faciem.

In 3. Nocturno.

Super Psalmos.

- A. Caro fluvium proiecta
Requievit spe segura,
Supra petram dum evecta
Conservatur avis cura.

Responsoria.

1. Ales missa caelitus
Sanctum obumbravit,
Aquilini penitus
Ausum confutavit,
Signum crucis dum expressit,
Tortor sperni quod suggessit.

V. Omnes volucres pennatae,
Nomen Dei collaudate.

2. Sanctus ut Valeriae
Se monstrat humandum,
Cernitur ut hodie,
Bubus ad potandum
Fons scatet ducentibus
Corpus venerandum;

V. Aegris salus redditur,
Dum sepulturae traditur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Christus fortitudine
Cinxit Florianum,
Dum vicit certamine
Saevientis manum.
2. Exsultando iubilemus,
Hunc patronum quod habemus
Erga Deum, cum quo vivit,
Portas cuius introivit.

3. Supra petram reclinatus
Florianus, vir beatus,
Sub alarum velamento
Gaudens non est motus vento.

4. In caelesti firmamento
Sis benedictus, Domine,
Tribuisti qui iumento
Potum novo flumine.

5. Salvatorem omnium
Laudemus de caelis,
Cuius per suffragium
De hoste fidelis
Agonista triumphavit,
Idola dum refutavit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Miles Dei, Floriane,
Lucis flos meridianae,
Aestu pulso nos carnali
Fonte pota spiritali.

Brev. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. XI 916. — In 1. Vesp. A 3, 2 Sedens hic militiae. — In 2. Noct. R 1, 8 Dari pro Christo. — In 3. Noct. R 1, 8 Nomen Domini. — R 2, 8 lies sepulcro? — Die fehlenden Teile: In 1. Vesp. ad Magn. A. In 1. Noct. R 1, in 2 et 3 Noct. R 3, In Laud. Ad Bened. A sind dem Festoffic. Anal. XXVI, 37 ff. entlehnt.

31. De sancto Galectorio.

In 1. Vesperis.

- R. Sanctus Galectorius,
Praesul Lascurrensis,
Orabat devotius
Manibus protensis,
Dum saevit protervius
Rex Vuandalensis.
V. Felix, quem non gladius
Terret, sed in melius
Ictus mutat ensis.

Ad Magnificat.

- A. Beatus Galectorius
Cum corona victoriae,
Praesul, martyr egregius,
Suscepit thronum gloriae;
Cum magis trino munere
Protestans verbis, opere
Deum regem in homine
Iesu, nato de virgine.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem, qui regit omnia,
Saecula venerantur,
Cum praesulis sollemnia
Lascurrensis celebrantur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beatus Galectorius,
Vir fortis, norma morum,
Non abiit ut impius
In via peccatorum.
2. Deo servit Vasconia,
Gens Gota facit peius
Prae ceteris iniuriam
Adversus Christum eius.

3. Fide propugnat comminus,
Preces fundit ad Deum
Exclamans: Tu es Dominus
Exaltans caput meum.

Responsoria.

1. Romanorum imperium
Non ferens gens Gotorum
Regem praefecit proprium,
Fines Italicorum
Transit, ad hemisphaerium
Pervenit Gallicorum.
- V. Beatum Galectorium,
Praesulem Lascurrensium,
Rumor pulsat eorum.
2. Dum iteratis vicibus
Pago Burdegalensi
Damna darent Vasconibus
Goti graves, immensi,
Enarratur a pluribus
Praesuli Lascurrensi,
- V. Quod Gotis profanantibus
Offeruntur altaribus
Loco faeces incensi.
3. Beatus Galectorius,
Vir mirae probitatis,
Devotus, benignus, pius,
Excelsae sanctitatis,
Compatitur profundius
Vasconibus gravatis.
- V. Fide plenus ferventius
Ceteris fit contrarius
Gotis malis armatis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Lascurrensis ecclesiae
Gregem cum gubernaret,
Favit Deus iustitiae,
Ipsam cum invocaret.

2. Clamat orationibus
Sanctus non mente rea:
Domine, piis auribus
Percipe verba mea.
3. Deo fit acceptabile,
Quod hic fecit in guerra,
Cuius nomen mirabile
In universa terra.

Responsoria.

1. Mente gestans et corpore
Signum crucis vivificae
Servus aeterni regis,
Cruce signat pro tempore,
Memor mortis dominicae,
Agmen commissi gregis
- V. Gotorum spreto robore,
Quos invadit magnifice
Zelo succensus legis.
2. Agmina Bearnensium
Beatus Galectorius
Sermonibus movebat,
Contra turbas Gotensium
Velut primipiliorius
Armatus praecedebat,
- V. Neque mortem nec gladium
Vel, si quid est acerbius,
Pro Christo metuebat.
3. Dei magnificentiam
Intendens et victoriam
Contra Gotos pugnabat,
Currrens per patientiam
Ad martyrii gloriam
Ictus plagas portabat;
- V. Sanctus propter iustitiam
Liber transit ad patriam,
Pro qua vivens certabat.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic Christi miles ceteros
Praeivit hostes vivens,
Morte transit ad superos
In Domino confidens.

2. Verbi divini pabulo
Subditos recreabat,
In Dei tabernaculo
Devotus habitabat.
3. Multis potens miraculis,
Providens de salute,
Iuva nos in periculis
Domini in virtute.

Responsoria.

1. Carnis vitam
contemnens penitus,
Caelo sanctus
praevidens spiritus,
Ad aethera
vocatur caelitus
Repromissa
sibi divinitus.
- V. Intrat aulam summi regis
Pastor gregis, praeco legis.
2. Beatus Galectorius,
Lascurrensis ecclesiae
Praesul et pater patriae,
Vir futurorum praescius,
Mortem subit iucundius
Amore verae gloriae.
- V. Hic cum laude victoriae
Reportatus decentius
Adoratur devotius
Altari sedis propriae.
3. Per huius sancti merita
Sanitatis remedia
Dominum operari
Sanata probant capita
Plebisque testimonia,
Quae non decet celari.
- V. Salus sic mihi tradita
Me veritate praevia
Docet testificari.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Beatus Galectorius,
Praesul Lascurrensis pius,
Tantum Christum amavit,

Quod ad caelum iuncundius
Morte transit et fortius,
Quo Dominus regnavit.

Per ducat nos in lumine
Cum numero ternario,
Quo Iesus adoratur.

2. In acerbi martyrii
Beati Gallectorii
Sancta sollemnitate
Sicut laetantes filii
Psalmis, hymnis officii
Domino iubilare.

Ad Tertiam.

- A. Legem in corde posuit
Dei, quam facto tenuit,
In qua iustificatur,
Beatus Galectorius
Praesul, martyr egregius,
Pro qua martyrizatur.

3. Deus, qui sanctis omnibus
Mortem pro te ferentibus
Das exemplum in cruce,
Fons vitae sitientibus,
Lux ad te vigilantibus
Ostenderis de luce.

Ad Sextam.

4. Caeli, terraeque marium
Facturae rerum omnium
Benedicant factorem,
Qui genti Bearnensium
Beatum Galectorium
Dat patrem et pastorem.

- A. Defecit vita corporis
Huius mensura temporis
Laboreque dolore,
Decapitantis gladii
Coronam cepit bravii
Plenam felicitate.

5. Laboris confirmatio,
Honoris retributio
Fit cum felicitate
Alto caeli palatio
Beato Galectorio,
Cur Dominum laudate.

Ad Nonam.

- A. Multa sunt mirabilia
Multaque testimonia
Eximiae virtutis,
Beato Galectorio
Praestante patrocinio
Donum adest salutis.

Ad Benedictus.

- A. Sancte Galectori,
patriae lux, praesul, adesto
Sic precibus nostris
adiutor tempore praesto,
Quod pulsis culpis
laetemur perpete festo.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

Per Horas.

Ad Primam.

- A. Deus, in cuius nomine
Beato Galectorio
Salus et vita datur,

- A. Gaude, Lascurre civitas,
Tanti patris reliquiis
Decorata miraculis,
In populis ut veritas
Protestetur, quod sanctitas
Beati Galectorii
Sit sequenda vestigiis
Amore summi praemii.

Brev. Lascurrense imp. Lascurreis 1541 (reimpr. Pau 1891). — In 1. Noct. A 3, 1 propugnat quominus. — R 1, 4 Italiorum. — In 3. Noct. R 1, 3 Caelo scitum. — R 3, 6 Amore vitae gloriae. — R 2, 8 arreportatus die decentius. — In Laud. A 3, 2 pro te fruentibus. — Von diesen Irrthümern scheinen einige auf Rechnung des Nendrucks zu kommen. — Die zum Officium gehörigen Hymnen siehe Anal. XLIII, 148.

32. De sancto Galgano.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Laetetur plebs fidelium,
Ad sanctorum consortium
Galganus scandit inclitus,
Omni virtute praeditus.
2. Exortus in provincia
Castro Clusdino Tusciae,
Proavorum prosapia
Spectabilis progenie.
3. In annis puerilibus
Satis effrenis moribus,
Instruitur angelica
Visione mirifica.
4. Princeps caelestis patriae,
Michael visu adfuit,
Sumat novae militiae
Signa, Galganum monuit.

Ad Magnificat.

- A. Magnificat prae ceteris
Virtutibus innumeris
Galganum sanctum deitas
Per gratiam praeveniens,
In eadem stabiliens,
Coronans per gloriam;
Per quem nobis veniam
Praestet beata trinitas.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Regem laudemus aeternum,
Qui sancto Galgano regnum
Dedit in caelo supernum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beatus evangelicam
Legem meditatur,
Quae per doctrinam caelicam
Sibi demonstratur.
2. Quare mundialia
Vana cuncta sprevit,
Qui sola caelestia
Quaerere decrevit.
3. Cum invocarem Dominum,
Ait sanctus, iustitiae,
Vitare turbam hominum
Docet vanae militiae.
4. Verba mea, Domine,
Percipe praecantis,
Viam tuo lumine
Dirigens errantis.
5. Domine, mirabilem
Tenens principatum,
Da, ut vincam terribilem
Daemonis conatum.
6. In Domino fiduciam
Totam hic iactavit,
Qui carnis immunditiam
Vere declinavit.

Responsoria.

1. Aperit matri filius
Secreta visionis,
Quae reseravit nuntius
Caelestis regionis.

- Quam mente volvens tacite
Mater respondit concite:
Immensum tibi gaudium
Figurat hoc praesagium.
- V. Christus Dei filius
Galganum specialius
Suum vocat per nuntium.
2. Archangelus apparuit
Iteratoque monuit
Galganum, se sequatur,
Ad flumen magnum veniunt,
Molendinum conspiciunt,
Quod ibi rotabatur,
- V. Decursus praesentium
Mundanorum fragilium
Illo figurabatur.
3. Transacto ponte fluvii
Pratum florum reperiunt
Odoris mirifici,
Ascendunt montem Sepii,
Domum ipsi conspiciunt
Caetus [archangelici];
- V. Erat domus haec rotunda,
Ubi turba stat iucunda
Senatus magnifici.
4. Librum iubetur tollere,
Versiculum hunc legere,
Litteras qui ignoravit:
In potencias intravit
Divini memor nominis;
- V. Imaginem speciosam,
Quam cognovit gloriosam,
Vidit Dei et hominis.
2. Domine, laetabitur
In virtute tua
Sanctus, qui servabitur
In puritate sua.
3. Domini est gratia
Regnum praeparatum,
Qui servat innocentia
Cor immaculatum.
4. Exaudi orationem
Meam, Deus, qua deprecor,
Patefac sanationem,
Pro qua confracta tribulor.
5. Te decet hymnus hodie
Galgani vocem audiens,
Rex aeternae gloriae,
Fractum ensem reficiens.
6. Bonum tibi confiteri,
Creatori omnium,
Cui semper miscreri
Fuit et est proprium.

Responsoria.

1. Dum ad castrum Civitellae
Pergit, equus stans in via
Prope castrum Ligriani
Contradicit suo velle;
Motus orat voce pia:
Deus, dirige Galganum,
- V. Primum Adam qui plasmasti,
Mihi quoque demonstrasti
Spernere hunc mundum vanum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Domine, sine macula
Ingreditur possessor
In tua tabernacula
Tuus hic confessor.
2. Prece fletu terminata
Equus motu proprio
Pergit condenso nemore
Sistens in monte Sepii,
Ubi manet fixa spatia
Per eum omni tempore.
- V. Vera crux ense signatur,
Quae per sanctum honoratur
Mortificato corpore.

3. Herbis famem refocillans,
Aquaë siti non vacillans
Perseverat fortiter,
Satan saevit acriter
In Galganum exsiliens;
V. Daemon terrere cupiens,
Orantem venit iaciens
Trabem ignis, post fugiens.

4. Fama latere cupiens
Sanctus micans virtutibus,
Diffunditur in Tuscia,
Mulieres post veniunt
De Aretii partibus
Cum maxima fiducia;
V. Manu contractam puellam
Ad ipsius ductam cellam
Sanat Dei gratia.
Cum gloria.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. Beatns solitarie
Vitae Galganus studuit,
Non thesauris pecuniae
Spem suam unquam posuit

Responsoria.

1. Apostolorum limina,
Qui sunt mundi lumina,
Visit pro indulgentia,
Dum fit absens, aliquorum
Corda fremunt malignorum
Pro pessima invidia;
V. Hos ad locum accedentes,
Ensem fractum relinquentes
Dei ferit sententia.
2. Cum sic Romae perseverat,
Haec per visum asserebat
Sibi caelestis nuntius;
Dolens cogitur redire,
Ubi meretur audire:
Ne adeas ulterius!

- V. Pars fracta dum reponitur,
Spatae fractae reficitur
Ensis auditque citius.

3. Construxit cellulam
Galganus parvulam
De lignis humilem,
Rotundam, similem
Ei, quae cernitur

- V. In montis culmine,
Caelesti numine
Talis ostenditur.

4. Sacris dum vacat studiis,
Continuis vigiliis,
Luce missa caelitus
Vox clamat divinitus:
Satis est, quod laborasti,
Mete nunc, qod seminasti.

- V. Corpus inane linquitur,
Anima caelo rapitur,
Galgano dum sic dicitur.

In Laudibus.

Super Psalmos.

- A. Laudes reddit sanus factus
Puer parvulus, contractus
Manibus atque pedibus,
Sancti Galgani precibus.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus es, Domine,
Qui reparas in homine
Angelicum excidium,
Galganum vana spernere.
Te solum Deum quaerere
Tuorum docens praemium.

Per Horas.

Ad Primam.

- A. Reddens vitae puerum
Demersum in fluvio
Solatur patrem miserum
Suo patrocinio.

Ad Tertiam.

- A. Clausus exit e carcere,
Fugit ab ergastulo
Sancti Dei munere
Liber a periculo.

Ad Sextam.

- A. Religatum in catenis
Visu sanctus eripuit,
Liberum a diris poenis
Suis eum restituit.

Ad Nonam.

- A. Quasi omnis gratiae
Dono invocatus
Cuidam custodiam
Reserat beatus.

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

1. Sancti mirabilia
Canamus multiplicia,
Privatum cunctis sensibus
Suis reddidit usibus.

2. Visitans sancti limina
Contracta manu femina
Cum sanitatis gratia
Laeta redit ad propria.

3. Vexatam a daemónio
Mulierem septennio,
Latam in oratorio,
Suo curat suffragio.

4. Leprosus, sui similem
Cerae ferens imaginem,
Curatus agit gratias
Sancto Galgano nimias.

Ad Magnificat.

- A. Magnificat miraculis
[Sanctum] coram oculis
Dominus cernentium,
Capitis servans decorem
Devotorum ad honorem
Sibi famulantium,
Per ipsum languentibus
Cunctis se petentibus
Dans salutis gaudium.

Off. ms. Faustae de Beccarinis in Monast. Visit. S. M. V. (Ord. Cist.)
saec. 16. Cod. Senen. F VI 22.

33. In Translatione s. Gengulphi.

Ad Magnificat.

- A. Recolenda gloriosi
Gengulphi praeconia
Pro voto [hunc] personando
celebrat ecclesia,
Cui congauDET in excelsis
angelorum curia,
Coronato post agonem
triumphali gloria.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

- Contio nostra Deo
iubilans pia vota rependat,

Per quem martyrio
Gengulphus in axe coruscat.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beatus vir insignitus
clara stirpe germinis,
Tamquam lignum vitae florens
in decursu fluminis,
Fructum dedit ante Deum
pretiosi sanguinis.
2. Disciplinam apprehendens
puritatis animo

Serviebat vir beatus
in timore Domino,
Pro quo tandem mortem tulit
felici martyrio.

Ut ab illo procul pellens
maerorem tristitiae
Vultum eius consignaret
splendore laetitiae.

3. Adversantes vicit hostes
circumdantis populi
Et contrivit peccatorum
dentes scuto fidei,
Coronandus inter choros
senatus aetherei.

2. Scuto bonae voluntatis
in agone praeditus.
Linguam nequam et dolosam
nihil prorsus veritus,
Operantes vanitatem
vicit martyr inclitus.

Responsoria.

1. Gloria lausque Deo
per saecula cuncta resultet,
Per quem sancta Sion
victrici pignore gaudet,
Dum sic martyrii
numerosa prole refulget.

V. Quam specialis amor
matris pia viscera complet!

2. Gengulphus martyr
titulis insignis avorum,
Stemmata regum potens
et culmine fretus honorum,
Dulce decus generis
compsit dulcedine morum,

V. Pro Christo patiens
certamina dura laborum.

3. Lingonis urbs felix
divinum nacta virorem,
Parturiens roseum
viridi de caespite florem,
Gengulphi meritis
dignum diffudit odorem.

V. Sicut fructifera
produxit oliva saporem.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Invocavit Deum suum
amator iustitiae,

3. Iustum sanctus se confidens
habiturum iudicem
Procellosum peccatorum
devitando calicem
Transmigrabat gloriosus
ad virtutum apicem.

Responsoria.

1. Dux venerandus emit
collato munere fontem,
Utque viri sancti
fieret memorabile nomen,
Transtulit externam
pius hunc Deus in regionem;

V. Servat adhuc veterem
laticis fons ille colorem.

2. Dum solito more
regis dormiret in aula,
Ne Domini servum
vexaret nox tenebrosa,
Caelitus accendi
meruit deiecta lucerna;

V. Rex stupuit mirans,
quia ter virtute superna.

3. Martyr et athleta
fidei fervendo calore
Terrea contemnens
vitae caelestis amore
Fulget in excelsis
celebri Gengulphus honore,

V. Martyrii roseo
radians super astra cruore.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Montis Dei semper optans
sanctus heres fieri
Et caelestis habitator
esse tabernaculi
Totis votis affectabat
coronam martyrii.
2. Magna satis ante Deum
beatorum gloria,
Qui coronat decertantes
felici victoria,
Vitam praestans longiorem
per aeterna saecula.
3. Quam beatus, qui in vanum
non accepit animam,
Mundo corde, pura manu
servans innocentiam!
Hic salutem obtinebit
et misericordiam.

Responsoria.

1. Coniugis incestae
potuit nudare reatus
Frigidus in fonte
lapis a duce sanctificatus,
Dum cute detracta
digitiscadit ungnis abactus;
- V. Terribilis Deus hic
districtus est operatus.
2. Miles Christi gloriose,
Gengulphe sanctissime,
tuo pio interventu
Culpas nostras ablue,
- V. ut caelestis regni sedes
Valeamus scandere.
3. O quam mira Dei
pietas virtusque refulget,
Per quem Gengulphus
signorum iubar splendet;
Arcet enim febres,
requiem dat daemoniosus,

- Praecipue piat hos,
quos pestifer inficit ignis;
- V. Omnibus optatae
donat pia vota salutis

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Triumphali fine sanctus
translatus ad aethera,
Sicut crebra incessanter
protestantur opera,
Claris signis illustratur
post beata funera.
2. Dum Gerardus praesul sacra
Tullum defert pignora,
Fragor venti ter extinxit
cerae luminaria,
Sed haec Deus reparavit
propter sancti merita.
3. Caecus supplex [est] prostratus
in beato limine
Et post Christum invocato
sancti viri nomine
Sospitatem est adeptus
reparato lumine.
4. Captus quidam vir evadens
templum sancti subiit,
Quem perversae mentis homo
extra templum reppulit,
Unde reus mox a terra
absorptus interiit.
5. Iam veterno lapsu pendens
ruebat maceria,
Quam sic pronam diu fixit
viri Dei gratia,
Donec plebis procedentis
pertransirent agmina

Ad Benedictus.

- A. Tua, Christe, sunt ubique
laudanda miracula,

Qui in sanctis gloriosus
facis mirabilia,

Tu es, Deus, benedictus
per aeterna saecula.

Brev. Tullense imp. Mussiponti 1595. — In 1. Noct. A 2, 4 Domini. —

34. De sancto Gaudioso.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Sediti super cathedra
Exsultet cum ecclesia
Populus clamore,
Agens laeta sollemnia
Et iubila praeconia
Plena devotione.
2. Lux exorta rutila,
Cum sacra carnis germina
Pullulant splendore,
Sicque doctrina varia
Cumulat suspiria
Fervida amore.
3. Rosam rubentem obtulit
Finiens per incendium
Vitam Christo, cui credidit,
Et puritatis lilium.
4. Agmina prae ceteris
Laudent Salernitana
Pro tanti patris culmine
Voce cotidiana.

Ad Magnificat.

- A. O stupor, o gaudium,
O dator caecis lumen,
O claudis gressum praeivium,
Miserorum auriga,
Consors existens superum,
Specta praesens exilium
Et lacrimarum gemitum,
Egentium quadriga.
Fuisti pastus pauperum,
Saginato inopum,
Abiectionum solacium
Et daemonum pedica,

Ad devotum collegium
Converte mentis oculum
Et pietatis viscera,
Nos Christo mente dica.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic vir anachoriticae
Perfectionis forma,
Contionis ierarchicae
Micuit quasi norma.
2. Excelsi dextra copiam
Charismatum effudit,
Mentis intellegentiam
Per saecula diffudit.
3. Mansuescit humiliter,
Dum Christum imitatur,
Celso throno sublimiter
Patribus sociatur.
4. Pertractum ad altaria
Sedule celebrantem
Laeva monstrat faeterrima
De caelis acceptantem.
5. Iam liber manu mutila
Fervet devotione,
Dextera fulva rutilat
In consecratione.
6. Ductus ad sacrificium
Per angelum monetur,
Ut sacrum ministerium
Assensus celebretur.

Responsoria.

1. Produxit auctor omnium
De stirpe puellari
Mirum clare praeludium
De genere regali,
Habet tenellum vasculum
Sanctitate mentali;
- V. Paci iunctum amabili
Orbi monstrat vertibili
Lucem et divinali.
2. Leprosum illum sordidum,
Putri caduco corpore
Qui carne defluebat,
Factum mundi spectaculum
Abstersa cutis sanie
Saliva liniebat;
- V. Sanat perfecte languidum
Omni propulso vulnere,
Dum ipsum abstergebat.
3. Optata sapientia
Venit per abstinenciam
Ingentis Salomonis,
Spernit et refulgentiam,
Orbicularem gloriam
Imaginis decoris,
- V. Carnem mundumque conterens,
Vectem nudatam deferens
Tractu devotionis.
4. Mundi contemptor exstitit
Culmen indignum suscipere
Se fatur subditorum,
Quem praesul grate recipit,
Verbo salutis adfluit
In ordine polorum,
- V. Gemens alta suspiria
Multiplicat, oracula
Cum pilis camelorum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cor pietatis gratia
Ad plene delibutum

Saccum plenum pecunia
Ostendit distributum.

2. Panem salutis attulit
Famelicis ac stratis,
Angelus lucis obtulit
Sacculum pietatis.
3. Ut novis alimoniis
Cessavit famis pestis,
Suffecit elemosynis
Saccus ille caelestis.
4. Audit hoc sanctissimus
Pietatis custos,
Sed agit promptissimus,
Consolatur maestos.
5. Trahe nos ad sidera,
Pater invoke,
Cordis desideria
Replens bonitate.
6. Ponit in caelestibus,
Sed non in pertusum,
Quod datur pauperibus
Per nimen diffusum.

Responsoria.

1. Gaudiosus in publicum
Verba vitae serendo,
Factus praeco caelestium
Populum admonendo,
Stabat ad puerperium
Mulier pariendo,
- V. Supplevit lumen caelicum
Flagrans mentis incendium
Sic distans audiendo.
2. Leprosis praestat oscula,
Irradiata plantula
Servit et sauciatis.
Frangit domat[que] vitia,
Auget superna opera
Indagine claritatis;
- V. Sidus clarum emicuit,
Procul sermo insonuit
Apice veritatis.

3. Functus gradu authentico,
Vultu nitens angelico
In veste pastorali,
Spreto pravo consortio
Oves redimit otio
Cultro pontificali.

V. Mulierum munuscula
Fugit et eius oscula
Pro vita virginali.

4. Cibum flexis proplitibus
Assidue pauperibus
Non cessat ministrare,
Sicque praelatus altius
Humilitatis actibus

Nitet in praedicare,
V. Quam summi patris filius
Peroptat sed in melius
Pro cunctis laborare.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

A. Vernat in miraculis,
Dum esset viator,
Nunc profundit singulis
Sistens contemplator.

Responsoria.

1. Cum sinistram purrissimam
Mulier osculatur,
Extunc per noxam flammeam
Sancti mens titillatur,
Capit cum dextra rompheam,
Sinistra resecatur.

V. Manum illam obnoxiam
Per vocem evangelicam
Tollit, dum stimulat.

2. Dum sanctus hic ut mutilus
Desiit celebrare,
Insolitum hoc populus
Cooperat mussitare,
Sed latens mentis gemitus
Pavebat revelare,

V. Cum manum nigram angelus
Ferens missus caelitus
Iubet sacrificare.

3. Draco ille teterrimus,
Qui virus fundens noxius
Omnem hanc regionem
Vastabat ferus pessimus,
Flatu necans pestiferus,
Vomens contagionem,

V. Hunc sanctus celeberrimus
Fugat pulsum remotius
Per solam iussionem.

4. Atrox famis inedia
Exinanitum populum
Consumens perimebat,
Victus omnis inopia
Panis tollens edulium
Pariter defluebat;

V. Motus misericordia
Pro plebis alimonia
Cuncta distribuebat.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Dum Gaudiosus praevis
Orationum studiis
In Domino confisus,
Inter arma micantia
Se in salutis foedera
Est athleta provisus.

2. Hic concitos ad proelium
Et ad mortis excidium
Cives Beneventanos
Flectit ad pacis vinculum
Per solum iussum caelicum
Contra Salernitanos.

3. Tres tenet in prodigiis
Ordines: miraculis
Potestates pellit,
Feritates iaculis,
Largitate muneris
Daemones expellit.

4. Doctus per flamen spiritus
Se dedicavit funditus
Servire creatori,
Spernens mundum penitus,
Donis perfusus caelitus,
Innixus redemptori.

5. Laudans in cordis iubilo
Decachordo psalterio
Melodi symphonia,
Hacc est plena devotio
Gaudiosi praecordio
Exsultans melodia.

Ad Benedictus.

- A. O praesul fragrans meritis,
Spretis ad plenum deviis
Et abiectis lasciviis
Ac mundanis illecebris
Carne maceratus,
Refectus exstas praemiis
Illis summis collegiis
Sociatus aethereis
Et civibus caelicolis
Rosis laureatus;
Nobis assis miseris
Et pressurarum taediis,
Lacrimarum profluviiis,
Pater, miseratus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O virum mirabilem,
Cuius vestis in liquidis
Undis exstat vehiculum
Quasi navis perfecta!
Fugiebat a perfidis,
Deferens sancti pallium,
Super ipsum stans solidum
Aqua tunc refecta.
Aciem verte luminis
Ad peccatorum barathrum,
Ne immergens periculum,
Labae praecipitium
In plebe sit subiecta.

Per Octavam.

Ad Magnificat.

- A. O lumen ecclesiae,
Doctor veritatis,
Pontifex egregie,
Norma caritatis,
Aquam sapientiae
Propinasti gratis,
Praedicator gratiae,
Nos iunge beatis.

Officium ms. SS. Fortunatae et Gaudiosi saec. 16. Cod. Vatican. Reg. 1797. A. — Officium s. Fortunatae V. et M. et s. Gaudiosi E. et C. imp. Neapoli (Joseph Cacchius) 1568. B. —

In 1. Vesp. A 1, 1 cathedram B. — A 1, 4 Augens B. — A 4, 2 Salernitani B. — A 4, 3 patre A. — Ad Magn. 1 stupor et gaudium A. — Ibid. 6 auxilium. — Ibid. 10 Saginatus A, Saginatus B. — Ibid. 11 solacium fehlt B. — Ibid. 15 pietate viscerum A. — In 1. Noct. A 2, 4 Dei secreta diffudit. — A 4, 3 teterrimam A, taeterrima B. — R 1, 9 Lucens B. — R 2, 5 cunctis A. — R 2, 6 Sana A. — R 3, 4 revulgentiam A; redolentiam B. — R 4, 4 praesul postea recipit B. — R 4, 5 adfuit A. — In 2. Noct. A 2, 1 Pacem salutis AB. — A 2, 2 ac statis A. — A 3, 3 Sufficit A. — A 6, 3 Quid B. — R 1, 8 Fragens A, Fragens B. — R 2, 1 Leprosus B. — R 2, 4 Fragit A; vitiat AB. — R 2, 5 Angit AB. — R 3, 5 otio fehlt B. — R 3, 5 Munere pontificali B. — R 3, 7 Mulierum nebula AB. — R 4, 4 altus B. — R 4, 6 in fehlt B. — In 3. Noct. A 1, 3 perfundit B. — A 1, 4 Existens B. — R 1, 3 flammineam B. — R 1, 4 mentis B. — R 4, 6 reverale B. — R 3, 2 fundebat B. — R 3, 5 pestifera B. — R 4, 2 Exinanitu. — In Laud. A 1, 4 Intra AB. — A 1, 5 Se ut salutis AB. — A 2, 1 Hic cunctos ad B. — A 3, 5 muneris fehlt B. — A 5, 3 Melodis. — Ad Ben. A 6 Refertus B. — Ibid. 8 Sociatus et herois B. — Ibid. 10 laureatis A. — Ibid 11 assit A. — In 2. Vesp. Ad Magn. A

fehlt B; statt dessen die A per octavam. — Hymnen: Supernae lucis claritas und Iesu, lux vera mentium. Aus B auch in Acta SS. Oct. XI. 903 ff.

35. De sancto Georgio.

In 1. Vesperis.

- R. Coepit praeses contristari,
Se a sancto superari
Erubescens doluit
Et dolens erubuit,
Conversus ad alia
Impia consilia
Cessat a suppliciis,
Cogitat blanditiis
Posse mentem immutari
A fide, quam docuit;
V. Ridens martyr blandientem
Aeque sicut deterrentem,
Exaltari, coronari
Meruit.

Prosa.

1. Cogitabat Dacianus
Martyrem seducere
Blandimentis, quem tormentis
Non valebat vincere.
2. Firma petra fixam mentis
Ancoram evellere
Coepit verbis vir profanus
Molibus insistere.
3. Dabat sanctus verba ventis
Nolens acquiescere,
Plus amabat et optabat
Crebro caedi verbere,
4. Expectatam et optatam
Coronam percipere;
Post labores et dolores
Fracto carnis carcere
Coronari meruit.

Ad Magnificat.

- A. Magnificemus principem
Magnificantem militem,

Qui coronae participem
Fecit in regno divitem,
Caeli civem, non hospitem,
Georgium,
Cuius magnitudinis
Nullum est initium
Nullus erit finis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Auctorem rerum omnium
Laudet turba fidelium,
Qui martyrem egregium
Coronavit Georgium.

In 1. Nocturno,

Antiphonae.

1. Non in via culpae stetit
Ideoque vera metit
Gaudia Georgius.
2. Fremit frendens Dacianus,
Sanctum martyrem profanus
Membris sectis laniat,
3. Susceptor meus, Domine,
Tu es, pro cuius nomine
Patior fuso sanguine.

Responsoria.

1. Miremur admirabilem
In sanctis suis omnibus,
Deum desiderabilem
In cunctis terrae finibus,
Collaudemus laudabilem
In singulis operibus,
Gloriosum, amabilem
Universis fidelibus,

V. Cuius superbos
deicit potentia,
Corde benigno
respicit humilia.

2. Dum regnaret Dacianus,
Sacrilegus et profanus,
Christi nomen
exosum habuit,
Dis culturam
vanam exhibuit,
Ad tormenta
fideles rapuit;

V. Georgius
videns ingemuit
Tyrannoque
sese opposuit.

3. Sapienti
usus consilio,
Ne tardaret
rerum retentio
Iter ad Dominum,
Aurum non modicum,
Quod habuit,
Egenis distribuit.
Ut currat expeditius
Et tutius
Ad patrem luminum.
V. Mox vultu interrito
Tyrannum intuetur,
Timore deposito
Christum confitetur.

In 2. Nocturno,
Antiphonae.

1. Invocantem exaudivit
Sanctum suum Dominus,
Hoste victo vita vivit,
Cuius non est terminus.

2. Verba mea percipe
Auribus clamosa,
Frangi, Deus, praecipe
Idola exosa.

3. O quam admirabile
Nomen tuum, Domine,
Qui confringis sculptile,
Quod est sine numine.

Responsoria.

1. Clamat miles: Quid profane
Sic insanis Daciane
Et adoras idola?
Ego sum christicola,
Deum unum verum colo,
Qui creavit omnia,
Huic offerre puri volo
Cordis sacrificia.

V. Ipsi soli servo,
Pro quo persecutio
Saevit in ecclesia.

2. Dii tui sunt
vere daemonia,
Inimica
humano generi,
Simulacra
sensu carentia,
Muta et surda
iubeto conteri.
Nullum numen
inesse operi
Crede mortalium.
Supra nos est,
in nobis habitat
Creator omnium,

V. Hunc adora et honora,
Ipsam ama, ipsam time,
Si vis salutem animae.

4. Ad haec verba fit insanus
Nec se capit Dacianus
Prae cordis insaniam,
Inflammatum est furore
Nec recedit ab errore,
Nam Deum psequentium
Crescens semper ad odium
Ascendit superbia.

V. Ad exquisita rapitur
Et trahitur
Velocius
Supplicia Georgius.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. In Domino confidens
Et praesidem deridens
Tormenta non timuit
Nec terrores horruit.
2. Ingressus sine macula,
Operatus iustitiam,
Hic tua tabernacula
Elegit domum propriam.
3. Corona de lapide
Pretioso decoratur,
Purpurea chlamyde
In excelsis honoratur.

Responsoria.

1. Omne genus tormentorum
In conspectu beatorum
Oculorum ponitur,
Ferreus erigitur
Serras velut gladios
Nefarios
Habens in se rota;
Ut concludam brevius,
Quidquid potest gravius
Cogitari,
Iubet praeses praeparari,
Sed martyr Georgius
Mente stat immota.
- V. Aurum in fornace
Comprobatur,
Hic purgatur,
Ut fruatur
Perpetua pace.
2. Sic vinum elicitur,
Cum calcata premitur
Uva torculari,
Sic excussa palea
Defertur ad horrea
Granum modo pari;
Ferrum fit splendidius
Et clarius
Iussum elimari.

V. Sic maiorem dat odorem
Tus iniectum ignibus,
Sonum reddit altiore
Chorda tensa manibus.

3. Sale superposito
Redivivus subite
Redit dolor vulnere,
Dum tortetur, non terretur,
Iesum magis confitetur,
Stabat victus et afflictus
Plenus praeses scelerum.

V. Quanto poena acrior,
Tanto miles fortior
Animatur ad certamen,
In quo spirat sanctum flammam.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. In aeternum
regnabit Dominus,
Cuius regni
non erit terminus.
3. Iubilare et servite
Domino in sobria
Exultatione,
Portas eius introite.
3. Ad te de luce vigilo,
Deus meus,
et tibi iubilo
Pulso procul
a corde nubilo.
4. Benedicat creatori
Omnis creatura,
Suum plasma plasmatori,
Factori factura.
5. Sol, luna et omnia
Caeli luminaria
Laudant Deum, qui propria
Potentia
Curvat imperia.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus rex invictus,
Pro quo multis est afflictus
Pressuris Georgius,
Nobis sit propitius.

In 2. Vesperis.

- R. Pretiosam stolam lavit
Et in agni dealbavit
Sanguine Georgius,
Pro fide, quam exaltavit,
Adhuc pugnat ut pugnavit
Bellator egregius.
V. Qui iuxta morem solitum
Christianorum militum
Semper praestit exercitum.

Prosa.

- 1 a. Ut pro fide catholica
Pugnet, chors angelica
1 b. Descendit saepe praevio
Sacro duce Georgio.
2 a. Cum veste candida,
Nimis splendida.
2 b. Fugit perterritus
Mox exercitus

- 3 a. Infidelis populi
Et ultore gladio
Sternuntur in proelio
Nostrae pacis aemuli.

- 3 b. Facta strage vincitur
Inimica legio,
A multis agnoscitur
Castrorum in medio.

- 4 a. Dux eorum bellatorum
In candore et nitore
Se ostendens habitus
Praecedit exercitus.

- 4 b. Turba cadit, quam invadit,
Hostis cedit, victor redit
Ad caelos Georgius,
Bellator egregius.

Ad Magnificat.

- A. Magnificemus Dominum,
Qui pretioso sanguine
Natus Maria virgine
Detersit sordes criminum,
Ponens dolori terminum,
Qui Dacianum expulit
Et Georgium transtulit
Ad regionem luminum.

Brev. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Archiep. Utinen. Oct. 10. A. —
Antiph. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVII. add. saec. 15. B. —
Brev. ms. Civitatense anni 1476. Cod. Civitaten. LXXIV (28). C. — Auch in:
Antiph. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten. XLVIII. — Antiph. ms.
Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten. XLIV. — In 1. Vesp. Prosa fehlt AC. —
In 1. Noct. A 1, 4 Nobis sit propitius AC. — R 3, 8 tribuit B. — In
2. Noct. R 2, 13 et in nobis ABC. — In 3. Noct A 2, 2 Operatusque ABC.
— R 1, 16 Hic probatur A. — R 2, 11 Tus ictum. — R 3, 4 Dum tortetur A.
— Vor R 2 schiebt B folgendes R ein:

Lampadarum latera
Igne concremantur,
Nuda patent viscera,
Fibrae reserantur,
Pedes, manus, cetera
Membra lauiantur,
Vulnerantur vulnera,
Nullus locus est illaesus.

- V. Invocatur iugiter,
Quam tenet memoriter,
Qui praesens est omnibus
Ipsam invocantibus
Vere et non fecte.

In 2. Vesp. R und Prosa fehlen AC.

36. De s. Gerardo Cenadiensi.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Aurea iam saecula
Diem adduxerunt,
Quo Gerardi specula
Mundo claruerunt
2. Laetabunda iubilet
Mater filiorum,
Gaudia multiplicet
Gaudiis eorum.
3. Gratiarum actio
Patri sonet luminum,
Et reis remissio
Donetur peccaminum.
4. In tui memoriam
Dona congregatis
Hostium victoriam
Meritis beatis.
5. Iustus Deus iustitias
Servi sui dilexit
Et ad caeli delicias
Dilectum iam evexit.

Ad Magnificat.

- A. Claret dies,
claret sollemnitas,
Quo Gerardi
refulsit sanctitas,
Chorus caelum
propulset vocibus,
Reddat melos
sanctis affectibus.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

*Trinum et unum
adoremus Dominum,*

*qui felici martyrio
coronavit beatum Gerardum.*

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. In sede pestilentiae
Sanctus Dei non sedit,
Sed cathedram iustitiae
Christi martyr accedit.
2. In timore laetitiae
Christi martyr servivit
Et documentis gratiae
Devotus oboedivit.
3. In Dei tabernaculo
Gerardus habitavit
Et terso vitae speculo
De hoste triumphavit.
4. Sanctus contuso vertice
Martyrio sacratur
Et sic a summo iudice
[Honore] coronatur.
5. Innocens iste manibus
Ascendit [montem] Domini
Et sanctae legis passibus
Servit aeterno numini.
6. Iuste iustus laetabitur
In auctore bonorum,
In quo sperans laudabitur
Rectitudo sanctorum.

Responsoria.

1. Urbs praeclsa Venetorum,
Laudes Dei nuntia,
Decorata luce morum
Dei providentia,
Qui Gerardum dat decorum
Intra tua limina.

V. *Gloriosa dicta sunt de te,
civitas Dei.*

2. Dei gratia praeventus
Devotus efficitur,
Salutaribus intentus
Regulae subicitur,
Via carnis non detentus
Via Christi graditur.

V. *In quo corrigit adolescentior
viam suam? in custodiendo
sermone tuos.*

3. Adulescens mente cernit
Paradisi gaudia,
Pauper sepulcri decernit
Videre magnalia,
Vita mundus mundum spernit
Et parentum grandia.

V. *Beatus vir, cuius est au-
xilium abs te, ascensiones in
corde suo disposuit in loco
lacrimarum.*

4. Autrum quaerens carnem terit
Mauri contubernio,
Rex ingressus hunc reducit
Maceratum eremo
Et in praesulem elegit
Et magistrum populo.

V. *Dominus dabit verbum evan-
gelizantibus virtute multa.*

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Deus praeclaris meritis
Sanctum mirificavit
Et hostibus perterritis
Electum sublimavit.
2. Beatus, quem elegeris,
Deus, de mundi carcere,
Beatus, quem assumpseris
Omni deleto crimine.

3. Mundus mundum abhorruit,
Ut cedrus elevatus
Et sicut palma floruit
Spe vitae sublimatus.

4. Iustus Deus iustitias
Servi sui dilexit
Et ad caeli delicias
Dilectum suum vexit.

Responsoria.

1. Veneratur hic dilectus
Et pater efficitur,
Crescit numerus electus
Et fide concipitur,
Templa struit, sed perfectus
Humilis cognoscitur.

V. *Permanet in aeternum in
conspectu Dei, misericordiam
et veritatem eius qui requirit.*

2. Mentis fastum hic detestans
Dat manum ad fortia
Et leprosis stratum praestans
Relevat mancipia,
De silvis ligna sequestrans
Prava fugit otia.

V. *Videant pauperes et laetentur,
quaerite Deum, et veniet animo
nostro pravo.*

3. Donis prophetiae plenus
Futura praenuntiat
Regi, sed mente serenus
Populis insinuat,
Quod seditionis [genus]
Illis superveniat.

V. *Os iusti meditabitur sa-
pientiam, et lingua eius lo-
quetur iudicium.*

4. Sacra dies illucescit,
Quo vir sanctus celebrat,
Sed de morte spes accrescit,
Quod ipse praedixerat,
Christi fides hunc erexit,
Ne quid[quam] iam timeat.

V. *Considerat peccator iustum
et quaerit mortificare eum.*

In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Ait fratribus: ad cenam
agni [Dei] ducimur,
Turbam videns fraudis plenam
Mente non concutitur,
Sed ostendit hanc amoenam,
Dum saxis opprimitur.

V. *Dominus autem non dereliquit eum in manibus eius
nec damnabit illum, cum
iudicabitur illi.*

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Ad laudes gratiae
surgat ecclesia,

Collect. ms Caletani Constantini saec. 17. Cod. Alexandrin. 95 (II). —
In 1. Vesp. A 2, 1 Laetabundo. — A 2, 3 Gaudio. — A 5, 1 iustitiam.
— In 2. Noct. A 2, 2 Dominus de mundi. — A 4, 4 evexit. — A 5 und
6 prosaisch. — In 3. Noct. A ad laud. prosaisch. — R 2—4 prosaisch.
— In Laud. A 3, 2 ipse. — A 3, 3 Quem neciteris iudiciis. — 4, 1 alto
= exalto. — Ad Bened. A prosaisch. — In 2. Vesp. ad Magn. A wie in
1. Vesp.

37. De s. Gerardo Potentino.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Laudet, eia, salvatorem,
Qui Gerardum confessorem
Sibi dedit in pastorem
Potentina contio.

2. Qui dum circa Dei forum
Lucra quaerit talentorum,
Regni consors fit caelorum
Spreto nequam otio.

Cui spem veniae
donat memoria
Martyris inclita.

2. O aurora
super terram diescens
Et lux meridiano
caelos illustrans,
Nos in vim luminis
recipe foris lucere
Et intus suaviter
ardere concede.

3. Prima luc[er]nis propriis
Lux ipsa mundo rutilat,
Quam nectaris indicis
Vita fuscata nubilat.

4. Gerardi alto merita,
Dum frenis continentiae
Norma carnis est subdita.

* * * * *

5. Legit fructum ecclesia
Praeclare iam [virtutis],
Quos cernit per indicia
Praeclarae iuventutis.

3. Lege vigil in divina
Christi fulsit in doctrina
Quasi stella matutina
In nebulae medio.
4. Hinc adeptus est aeterna,
Domo gaudet in superna,
Qui refulsit ut lucerna
Sanctitatis radio.
5. Tua nos oratione
Salvans in hac regione
Fac et caeli mansione
Christi frui gaudio.

R. Sancte Gerarde, tuis
famulis succurre benigne
Et fac nos omnes
meritis iungi tibi digne,

V. Ora devoto
pro clero, pro grege toto
Intercede pie,
da prospera fine remoto,
Sentiat ut celebrans
hoc festum dona salutis.

Ad Magnificat.

A. Ad honorem salvatoris
exsultet ecclesia,
Nam Gerardi confessoris
Rutilant sollemnia,
Ortus causa cum canoris
Vocibus Placentia
Laudet, causa sed honoris
Gaudeat Potentia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus regem summum
Mentibus supplicibus,
Qui Gerardum confessorem
Caeli iunxit civibus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Venit ab Italia
Domino ducente Gerardus.
2. Ipse Placentinus
civis placuit bene Christo.
3. Fitque Potentinus
doctor sic postea praesul.

Responsoria.

1. Praesulis eximii
festa cane, contio laeta,

Et dignas laudes
persolve Deo sine meta;

V. Gaude, festa cohors,
gaudet provincia tota.

2. Ecclesiam rexit,
dictando magnificavit
Commissumque gregem
faciendo, docendo, beavit,
- V. Sobrius, ornatus,
prudens, mitisque pudicus.

3. Pervigil et sollers,
cautus, patiensque benignus,
Cultor iustitiae,
rectus, pius, undique dignus,
- V. Lector et assiduus,
doctor, largitor egenis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quadam die visitando
dum iret parochiam
Quandam, beatæ Mariæ
venit ad ecclesiam.
2. Sitientes fratres eius
nec non et familiae
Vinum, quod non erat ibi,
magis petunt anxie.
4. Fertur aqua de mandato
praesulis sanctissimi,
Signat aquam et fit vinum
saporis dulcissimi.

Responsoria.

1. Cernentes socii
tantum mirabile signum,
Immensæ reputant
hunc laudis munere dignum,
- V. Sed Domini famulus
refugit praeconia famae.
2. Exigit a sociis
sibi fida mente caveri,

Ne nisi post mortem
praesumant visa fateri,
V. Spernens adplausus
vacuos vulgaris honoris.

3. Praesentis vitae
dimittens lubrica castra
Terrea commutat
caelo, dum migrat ad astra,
V. Pro carnis pugna
caelestem sumere palmam.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Anno migrat in octavo,
Iam relicto mundo pravo
Tendit ad caelestia.
2. Gaudet chorus angelorum,
Sacrum sacer auget chorum,
Caeli gaudet curia.
3. Ibi perstat advocatus,
Nostros levigat reatus
Voce precatoria.

Responsoria.

1. Flet populus, gaudet
caelum, caelestia pangunt
Agmina, dulcisonis
melodiis organa tangunt,
V. Quod datur his socius,
quod amicus crescit amicis.

2. Congaudet aegris
subita veniente salute,
Pelluntur morbi,
febresque fugantur acutae,
V. Redduntur claudis
gressus et lumina caecis.

3. O lumen patriae,
populi dux, gloria cleri,
Digneris precibus
nos, sancte Gerarde, tueri,

Illustra patriam,
populum rege, protege clerum,
V. Ut tecum simus
per saecula cuncta dierum,
Cernentes pariter
lumen de lumine verum.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Cantemus Domino
laudum praeconia trino,
Ut per patronum
praebeat omne bonum.

2. Laudemus Dominum
iubilantes voce canora,
Cuncta Deo resonent
in sacris laudibus ora.

3. Psallamus pariter
caelesti cantica regi,
Ut mereamur eo
cuncta regente regi.

4. Laude creatori
benedicite cuncta creata
Exsultando Deum
sibi dicite cantica grata.

5. Caelum, terra, mare,
simul his contenta resultent,
Cymbala, psalterium,
reboantia tympana pulsent.

Ad Benedictus.

A. Exsulemus in hac die
cummulato gaudio
Celebrantes sancti viri
festa cum tripudio.
Sancte nos Gerarde iuva
tuo patrocinio,
Ut possimus collocari
supero palatio.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Euge, Dei serve bone,
iam intrasti gaudium,
Post triumphum iam coronae
percepisti praemium;
Nos, qui sumus in agone,
Sic duc per hoc devium,
Ut caelesti mansione
Consequamur bravium.

In Commemoratione.

Ad Benedictus.

A. Tua nos oratione
Salvans in hac regione
Fac in caeli mansione
Christi frui gaudio.

Ad Magnificat.

A. Supplicat ex animo
tibi plebs tua, sancte Gerarde,
Impetret ut per te
posse placere Deo.

Collect. ms. Card. de S. Severina anni 1529. Cod. Arch. Vatic. X 98. —
Zu dem Officium finden sich folgende Benedictiones:

In 1. Nocturno.

1. Confessor, praesta tua nos promere gesta.
2. Serve Dei vere, nos, sancte Gerarde, tuere.
3. Sis nobis praesto, quotiens precamur, adesto.

In 2. Nocturno.

1. Nos rege, confessor et Christi maxime messor
2. Et populum dita virtutibus, Israelita.
3. Culpae pellat onus veniam donando patronus.

In 3. Nocturno.

1. Auxilium turbis confessor condonet urbis.
2. Atque gregi dona, praesul, caelestia dona.

Bruchstücke dieses Officiums Acta SS. Oct. XIII. 471 aus P. Campi, Historia di Piacenza II, 382 ff.

38. De sancto Germano Antissiodorensi:

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Virtutum titulis
Germanus laude perenni
Floridus a populis
veneretur non prece segni.

Hic Germanus
artium studia
Liberalia
voluntarius
Amplectitur,


2. Parabatur
[huic] eloquentia,
Praeditabat
iuris scientia,
Pontifici
[erat] iustitia
mox futuro.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ex illustri
ortus prosapio

2. Cum inventus effloruit
Dignatus est traditur,



Ut regeret populos
Diversis ducatibus
Constitutos.

Responsoria.

1. Divina virtus, omnium
Artifex mirabilium,
Germanum, ducem gentium,
Pastorem fecit ovium.
V. *Elegit eum Dominus ex omni
carne et excelsum fecit illum.*
2. Cum sacerdos efficitur,
Hordeo corpus pascitur,
Cilicio comprimitur,
Cinis pro lecto sternitur
V. *Iugis ei erat gemitus, oratio
perseverans.*
3. Loquuntur sibi mutuo
Cives caelestis patriae,
Sed quod vivus cum mortuo,
Hoc admirandae gratiae.
V. *Mirabilis Deus in sanctis
suis, mirabilis in altis Do-
minus.*

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Tonsuratur in clericum,
Qui princeps erat militum,
Sed haec fuit mutatio
Dexteræ excelsi.
2. Processu vero temporis
Diu in lege Domini
Meditatur, sacerdotium
Suscepit invitus.
3. Erat autem fide igneus,
Torrens caelestis eloquii
Et praeceptorum operarius
Dei indefessus.

Responsoria.

1. Destinati supplicio
Mortis reatus pondere
Orationis pretio
Redimuntur a carcere.
V. *Dirupisti, Domine, vincula
eorum et liberasti eos.*
2. Extremum diem clauserat
Volusiani filius,
Quem ad vitam accelerat
Germanus, Dei nuntius.
V. *Dextera Domini fecit vir-
tutem, dextera Domini ere-
xit eum.*
3. Vir nobilis ex genere,
Nobilior in opere
Sanctitatis, a carcere
Carnis migravit hodie,
Quem Christus ante transitum
Invitavit ad meritum
Reserando introitum
Ipsi perennis gloriae.
V. *Quam dilectu tabernacula
tua, Domine virtutum! beatus
vir, cui parasti ea!*

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Post decessum antistitis
Domino revelante
Ab omnibus concorditer
Episcopus eligitur.
2. Noctibus nunquam vestitum,
Raro cingulum, raro
Calceamenta detraxit.
3. Prostratus super cineres,
Artatus in cilicio,
Quiescere vix poterat
Multo fessus martyrio.

Responsoria.

1. Pontifices, qui venerant
Ad viri Dei transitum,
Altercando diviserant
Inter se patris habitum.
- V. *Regina sumpsit capsulam
sanctorum reliquias conti-
nentem.*
2. Imperatrix sanctissimum
Corpus involvit sericis,
Quod transmisit ad Gallias
Victa prece pontificis.

- V. *Rogaverat enim, ut gleba sui
corporis patriae redderetur.*
3. Patronum excepit
civitas propria,
Sepulti corporis
custos ecclesia,
Cuius miraculis
fulget et gloria.
- V. Personans laudibus
clerus cum populo
Ruit obviam
eius vehiculo.

Brev. Atrebatense imp. Atrebatii 1595. — In 1. Noct. A 2, 3 Praedicationibus. A 2, 5 sq. Iustitiae pontifici. — Zugehörige Hymnen: Ad Vesp. et Matut.: „Sanctorum meritis . . . vocum concordia“; ad Laud.: „Iste confessor meritis praeclarus“ (Anal. XI, 146).

39. In Translatione s. Gertrudis Nivellensis.

In 1. Vesperis.
Antiphonae.

1. Gertrudis festa
veneremur sacraque gesta
Cum laetitia.
2. Huic viluit mundus,
placuit super omnia Christus
In pudicitia.
3. Corpus demacerat
et mundi lurida calcat
Prae abstinentia.
4. Aetatis iuvenis
annosaeque mente pudica
Cum diligentia.
5. Pauperibus calida,
surdis caecisque medela
Per miracula.

Ad Magnificat.

- A. Ave, Gertrudis, virgo grata,
Ex regali stirpe nata,
Leprosos mundare non sprevisi
Propter amorem Iesu Christi;

Caecis viam demonstrasti,
Pauperibus nummos collocasti,
Quibus tua hospitia
Dedisti suavissima.
O virgo, fideliter
Oraque suppliciter
Iesum, Mariae filium,
Ut nobis det hospitium
Hic et in suo palatio
Cum aeterno gaudio.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

In cordis iubilo
laudemus cunctipotentem,
Qui sibi Gertrudem
iunxit super omnia sanctam.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Gertrudis meritis
vivamus caelibe vita
Per saecula.

2. Congaudendo pias
canat haec plebs nunc sibi laudes
Per haec festa.

3. In cordis iubilo
Gertrudis gaudet in alto
Perenni gaudio.

Responsoria.

1. *Diem recolamus festum, quo
Gertrudis virginis corpusculum
summa cum laetitia est trans-
latum,*
V. Corpus virgineum
meritis mirisque coruscum.
2. *Beatae Gertrudis corpori factus
est sollemnior orationis locus,
ut per eius intercessionem
populo suo miscreatur Deus;*
V. Multum enim assidua
valet oratio munda.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Carnalem spreuit
sponsum, Christo sed adhaesit
Mente casta.
2. Non regem audivit,
sua verba statim refutavit
Abominans illa.
3. Ob haec vota fugit,
templum Domino praeparavit
Haereditate paterna.

Responsoria.

1. *O pia virgo, quae gaudes ex-
sultando cum Domino,*
V. Fac, ut laetemur
aeterna morte fugata.
2. *Laudemus Dominum in cordis
iubilo, quia beneplacitum est
ei in te, o pia virgo;*

- V. Esto soror nostra, ut
bene sit nostris animabus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Haec patre defuncto
matris monito oboedivit
Ut supplex filia.
2. Arae prostrata
sursum fit clarificata
Luce insueta.
3. Comam decidit
sacroque velamine vixit
Monastica vita.

Responsoria.

1. *Deus, sanctorum tuorum
splendor mirabilis, meritis
precibusque Gertrudis vir-
ginis*
V. Haec plebs christicola
potiatur caelibe vita.
2. Exsultet caeli regio,
Et mundialis machina,
Abyssus atque maria
Laudent Deum per saecula,
V. Namque Dei genitus
humilem iunxit sibi sponsam.

3. Patri natoque pariter
Sit decus, laus et gloria
Cum spiritu, qui iugiter
Regit, gubernat omnia,
V. Cui pia Gertrudis
congaudet omne per aevum.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Haec praecerat multis
Nivel monialibus annis,

Edocuit docta
pastorum dogmata sacra.

2. Ipsa sacris litteris
inhaesit tempore cuncto,
Et pastoris onus
facit, ut sibi maxime praesit.

3. Ter decies ternos
haec cum compleverit annos,
In Christo dormit,
per maxima mira refulsit.

4. Exacto decimo
Nivellae ferbuit anno
Ignis in exstructo
claustro, cui praefuit ipsa;
In flamma sursum est
eius conspecta figura.

5. Ignis ei cessit
cunctis astantibus illic,
Daemon et expavit;
nobis sua gratia prosit.

Ad Benedictus.

- A. O Christi virgo, Gertrudis,
Intercede pro nobis miseris
Ad te confugientibus
Apud Christum Dominum,
Ne pro reatu criminum
Vexemur in perpetuum.

In 2. Vesperis.

- R. Gertrudis, decus virginum,
Honor, exemplar, gloria,
Nostorum nexus criminum
Solve [ora]tu, o pia,
Nobis virtutum cumulum
Procura precum copia,
Nostrae salutis aemulum
Nequam premens in hac via.

- V. Virgo, coniuncta virgini,
Domino supplicemini,
Tuos rege per devia;
Lumen videre luminum
Post huius vitae terminum
Fac nos in caeli patria.

Gertrudis divae virginis Officium triplex secundum tria eiusdem virginis festa, suavissimis historiis et hymnis illustratum. Impr. Coloniae supra autiquum forum. In fero viro. Anno Domini 1513. — In 1. Noct. **R** 3 ganz prosaisch. — In 2. Noct. **R** 1 ganz prosaisch. — In 2. Vesp. **R** 10 Christo supplicamini. — Ibid. 11 regi. Dazu der Hymnus ad 1. Vesp.: Plaudite mater ecclesia | Gertrudis — Das 3. (resp. 1). dieser drei Officien ist das Anal. XXVI, Nr. 19, mitgeteilt.

40. In Consecratione s. Gertrudis.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Hodiernae
lucis sollemnia
Congaudendo
colat ecclesia,
Qua Gertrudis velamine
Consecratur Dei munere.

2. O virtutum tu speculum,
Posce nobis suffragium,

Ut hoc possimus consequi,
Quo te gaudeamus perfrui.

3. In vocis iubilo
laudemus Dominum,
Qui est mirabilis
conditor hominum,
Quem virgo conspicit
in caeli patria,
In hymnis splendida
penetrans atria.

4. Laudemus Dominum
virginis filium,

Quem laudant virginum
chori nobilium,
Inter quos inclita
Gertrudis rutilat,
Cui nostra contio
gaudens coniubilat;
Quae pudicitiae
gestans insignia
Praestet cultoribus
dona perennia.

5. Sancta Gertrudis,
Intercede pro miseris
Ad te confugientibus
Apud Christum piissimum,
Regem atque Dominum,
Ut det nobis veniam peccatorum,
Et emendationem morum
Et gaudium sempiternum.

R. Virgo carens fraude,
celebri dignissima laude,
Velo vestitur
et virginibus stabilitur;
Mater sacrata
nunc gaudet luce beata.
V. Huius per merita
potiamur caelibae vita.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Annua iucundo
rutilant sollemnia mundo,
Gertrudis Christo
sacratur corpore sancto.
2. Praesulis Amandi
iussu mater venerandi
Claustro Gertrudem
velamine consecrat almam.
3. Virgo claustralis,
sacrata Deo monialis,
Pro cultu morum
curam capit ipsa sororum.
4. Virgo Deo teste
servat commissa modeste,
Christum mente ferens,
scripturae semper inhaerens.
5. Virginis ergo merae
famulos, pie Christe, tuere
Daque sibi gratum
nostrum fieri famulatum.

Officium triplex s. Gertrudis impr. Coloniae 1513. — In Laud. A 1, 2
rutilat. — A 1, 3 Christi. — Zugehörige Hymnen: In 1. Vesp. Assunt
festa iubiliae; ad Laudes Iesu corona virginum | Tete Gertrudis
coluit.

41. De s. Guilelmo Vercellensi.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. A teneris annis
Christi famulus Guilielmus
Contempsit mundum
Domini praecepta secutus.
2. Ferrea vincla sibi
circumdans membra domabat,
A vitiis liber,
virtutum munere plenus.

3. Aspera vestis ei
fuerat, vestigia nuda,
Sic patiens supplex
visebat limina sacra.
4. Apuliae tandem
feliciter attigit arva;
Felix, quae tantum
suscepit terra patronum!
5. Contentus modico
tenebat corpus aceto

Gratia caelestis
cuius sacra corda repleat.

Exemplis, verbis
virtutum dogma docebat.

6. Crux sibi deliciae,
fuerat crux gloria summa,
Post mortem vita
frueretur ut omne per aevum.

Responsoria.

4. O pie confessor,
votis, Guilelme, faveto
Atque tuis precibus
nobis concede iuvamen,
Iudicis ut faciem
mereamur cernere laeti,
V. Cum pius et iustus
veniet dare digna quibusque.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Filia dispensans
caeci vestigia patris;
Iustitiae solem
flexis genibus rogitantem
Solo ex odore
Guilelmus vidit adesse.
2. Iamque domum repetit
tenebris miserandus opacis,
Confestim lumen
Guilermo orante recepit.
3. Per iuga Laceni
gradiens confessor et orans
Aspexit Christum,
cuius flagrabat amore.
4. O nimis excelsa,
nimis admiranda potestas!
Imperat ille feris,
fiunt praecepta iubentis.
5. Regna poli cupiens
multis comitantibus ire,

Responsoria.

2. Ardore quidam nimio
Sancti quidem itineris
Dum sacri viri monitis
Non vult praebere assensum,
Omni mora deposita
Mox accepta licentia
Iter aggreditur.
V. Cum autem iter faceret,
Est affectus verberibus.
4. O Guilielme pater,
famulorum suscipe vota
Nosque tuis precibus
festum solenne colentes
Commendes iugiter
Christo, cui tu placuisti,
V. Pectore devoto
nos ut servire queamus.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. O sanctissime confessor
Guilherme Domini,
Supplicantum famulorum
exaudi precamina,
Tuis semper illis sancta
tribue suffragia,
Ut horrendis nos erepti
poenis de tartareis
Tecum, pater, collaetemur
in aeternis laudibus.

Responsoria.

4. Virtutum meritis,
Domini confessor amande,
Sic vestris precibus
nostros absolve reatus,
V. Ut tibi coniungi
mereamur in aede polorum.

Collect. ms. Constantini Gaetani saec. 17. Cod. Alexandrin. 93 (III). — In 2. Noct. A 1, 5 Solis odorem. — In 2. Noct. R 2, 9 Multis est affectus. — In 3. Noct. A 1. 6 fehlt. — Alle im vorstehenden fehlenden Teile des Officiums prosaisch.

42. De sancta Hedwige.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Advigis mirabilis,
Ornata sanctis moribus,
Carne, mente spectabilis,
Nos iuva tuis precibus.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem gloriosum
Semper collaudemus,
Advigisque sponsum,
Christum adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Tempus puerile
Percurrens puella
Cor gessit senile
Aetate tenella.

2. Mens fuit angelica,
Forma gratiosa,
Vita evangelica
Morsque pretiosa.

3. Haec honestis moribus
Exstitit ornata,
Ceteris virtutibus
Plenius dotata.

Responsoria.

1. Sicut Rachel emicuit
Venustam habens faciem
Et quasi Lia genuit
Fecunditatis subolem;

V. Contemplari nititur

Deum mente pura,
Coniugi obsequitur
Legis reddens iura.

2. Postquam suscepit subolem,
Manere casta postulat,
Sponsum sanctum et nobilem
Ad castitatem provocat;

V. Carnis spurcitiae
Vitans conubia
Vota munditiae
Quaerit salubria.

3. Sponsi soluta vinculo
Se totam Deo dedicat,
Spreto praesenti saeculo
Ad caelum mentem applicat;

V. Hostis insidias
Cernens celeriter,
Mundi blanditias
Spernit viriliter.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanctum monasterium
Intrat feminarum,
Ubi ministerium
Agit gratiarum.

2. Divinum officium
Audiens ferventer,
Sacrum sacrificium
Sumit reverenter.

3. Flere mortem Domini
Iugiter conatur,
Pro te, Christe, dulciter
Saepe lacrimatur.

Responsoria.

1. Piis gestans visceribus
Miserias languentium,
Saniem suis manibus
Detergebat dolentium.
- V. Gemens cum gementibus
Se iis conformabat,
Gaudens cum gaudentibus
Singulos amabat.

2. Natus ipsius unicus
Dux exstitit Silesiae,
Quem gladius Tartaricus
Necat [dirae] malitiae,
- V. De cuius martyrio
Renuit plorare,
Optat desiderio
Cum illo regnare.

3. Pauperibus compatiens
Eos fovere studuit
Ac paupertatem diligens
Sua largiri voluit,
- V. Abstinerere nititur,
Multum vigilavit
Cilicio utitur,
Se quoque domavit.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Haec sanctis stigmatibus
Fertur insignita,
Cunctis aromatibus
Virtutum munita.

2. Humilis, pacifica,
Plena claritate,
Tribuit magnifica
Cum hilaritate.

3. Carnis nexu solvitur,
Gaudens ad caelorum
Regnum felix vehitur
Manu angelorum.

Responsoria.

1. Vitam, mores et habitum,
Crebra pandunt prodigia,
Felicem eius obitum
Clara clamant miracula.
- V. Mulieri perditum
Visum reparavit,
Cum ipsius meritum
Illa imploravit.

2. Clemens, antistes inclitus,
Advigem sanctis coetibus
Adgregatam divinitus
Colendam confert omnibus.
- V. Viterbii sollemniter
Haec canonizatur,
Ubi annualiter
Festum celebratur.

3. Gaudeamus in Domino,
Festum Advigis inclitum
Celebrantes, cum iubilo
Nostrum solvamus debitum.
- V. Venerandam praebuit
Pastor hanc matronam
Atque coli praecipit
Nobilem Polonam.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Rota molae premitur,
Puer et necatur,
Sed per Advigem redditur
Vita et sanatur.

2. Clauda gressum recipit,
Cum femur putrescit,
De quo vermis scaturit,
Sed sana recessit.

3. Tibiae gracilitas
Tantum inspissatur,
Quod gressus facilitas
Puero donatur.

4. Paralyti perditum
Latus cancerosum
Est usui redditum,
Factum virtuosum.

In Advige
qui est mirificus,
Donans ei
dona magnificus.

5. Membra paralytica,
Usu iam privata,
Virtute mirifica
Sunt consolidata.

In 2. Vesperis.
Ad Magnificat.

Ad Benedictus.

A. Benedictus
sit rex pacificus,

A. Magnificat rex gloriae
Advigem in miraculis,
Magnificam ecclesiae
Ostendit in prodigiis;
Magnificemus hodie
Ipsam laetis praeconiis.

Collect. ms. Constantini Gaetani saec. 17. Cod. Alexandrin. 95. — In
Laud. A 4, 1 In paraclisi.

43. De ss. Helaro et Taciano et Sociis.

In 1. Vesperis.
Antiphonae.

1. Haec vera fraternitas
Nunquam violanda,
Sancta nunc sollemnitas
Semper veneranda
Puros monet pueros
Sacrum luminare,
Caelum, terram, inferos
Deum collaudare.

5. Hierusalem, lauda
summa dignum laude,
Sed Aquilegia
summo plausu plaude,
Nam laurearis
patribus impensis,
Per quos ditaris
laudibus immensis.

Ad Magnificat.

2. Omnes gentes Deum laudent,
Patrem omnis gratiae,
Quae patronos sanctos gaudent
Datos Aquilegiae.

A. Salve, pater Hellare,
Doctor veritatis,
Ac grassante Caesare
Virga maiestatis,
Gregem tuum prohibe
Zelo pietatis,
Opem lapsis exhibe
Tuae sanctitatis.

3. Hi, qui iustis sociari
Meruerunt supplices,
Sunt scintillae, sunt praeclari
Reges, sunt et iudices.

4. Adest merces copiosa,
Vitam beans hominum,
Qui pro fide gloriosa
Fusionem sanguinum
Patientes moriuntur,
Dum et vivi recoluntur
Non habentes terminum.

Ad Matutinum.
Invitatorium.

Hodierna lux diei
Nos invitat laudes Dei
Cantibus exprimere,

Quos sanctorum festa quina
Recensentes lex divina
Docet sic incipere.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. A Numeriano
Caesare Romano
Praeses Aquilegiae
Datus est Baronius,
Cum effectū plenius
Fautor idolatriæ.
2. Regimen episcopatus
Hellarus dum recipit,
Ordinem diaconatus
Tacianus accipit.
3. Iniquorum verbera
Sancti non timentes
Meruerunt aethera
Terrea spernentes.

Responsoria.

1. Fulget mater ecclesia
Tantis dotata patribus,
Qui sunt in Aquilegia
Magnis quinque nominibus,
V. Dant isti pacem
mortem mordentque mordacem.
2. Sacer Monoffantus
Sacrilegos cantus
Gentium exemplo
Maior ministrabat,
Deos adorabat
Herculis in templo,
Cuius poena futilis
Opere mirabilis
Et famosa fuerat.
V. Plurimis numinibus
Multis haec hominibus
Necis causam dederat.

3. Plagis, scorpionibus,
Flagris et carbonibus
Membra beatorum
Feriuntur, laniantur.
Affliguntur, ustulantur
More pessimorum;
Sic ad astra pervenerunt,
Sic et regnum intraverunt
Omni plenum gaudio.
- V. Tanti fac itineris
Orphanos et muneris
Frui beneficio.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Orat praesul cum timore,
Spem apponit in amore
Liberari cupiens
A profanis inimicis,
Ut tam toto quam in micis
Deo sit oboediens.
2. Hellarus dum Christum orat
Et praesidium implorat
Mentis cum intuitu,
Fana templi sunt confracta,
Sunt in nihilum redacta
Flante sancto spiritu.
3. In aetate iuvenili
Vicit hostes et senili
Cultus spreto veteris,
Salvatoris hysopus,
Hellarus episcopus,
Doctus fide, litteris.

Responsoria.

1. Pontifice beato
Dominum precante
Ruit templum Herculis
Illo profugato,
Qui tam post quam ante
Mendax est in singulis.
- V. Tremat tota civitas,
Sicque Christi deitas
Scitur ex miraculis.

2. I lantis terra claruit
Semi-Martis tempore,
Quo theos inseruit
Arbores cum arbore,
Quibus inest flos suavis,
Fructus dulcis, cantans avis
Voce salutifera,
V. Sunt hae plantae, cultor pie,
Quae clarescunt ista die
Quinque caeli sidera.

3. O martyrur constantia
Constansque patientia!
Tu legis liberalitas
Et libera legalitas,
Nam verbis non perverteris,
Verberibus non frangeris,
Tu passim passa praedicas,
Te Christo regi dedicas.
V. Orbis totus admiratur,
Hinc ad fidem elevatur
Laudesque magnificas.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sunt transfixa gladiis
Corpora beata,
Rosea martyriis
In arce coronata,
Quae fruuntur praemiis
Morte iam sublata.
2. Isti quinque, tot talenta
Duplicantes per augmenta
Sapienti studio,
In amoenis angelorum,
Quibus pollet rex polorum,
Vivo splendent radio.
3. Qui pro fide veritatis
Bella mirae prohibitatis
Et squalorem carcerum
Cupiundo, capiundo,
Supportando, superando
Contrectastis asperum,

Aquileiae civitatis,
Multae locum sanctitatis
Conservate prosperum.

Responsoria.

1. Vinculorum unione,
Mortis quoque passione
Simul isti principes
Sociati sunt beati,
Sempiternae qui sunt nati
Gloriae participes.
V. Collegas quorum
faciat nos rector eorum.
2. Ritus vanos exuentes,
Mores sanos induentes,
Christi veste praediti,
Deum verum veneremur
His et vere sociemur,
Actu qui sunt incliti,
V. Divinorum dilectores,
Idolorum subversores
Summo bono consiti.

3. Sacerdos et pontifex,
Cuius dies agitur,
Tu virtutum artifex,
Impetra, quod petitur,
Ut nos tecum ad superna,
Lucet ubi lux aeterna,
Perducamur gaudia.
V. Quare festum hoc honestum,
Tam suave, tam modestum,
Celebrat ecclesia.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Pastor Aquilegiae,
Pacis patriarcha,
Vas misericordiae,
Pietatis arca,
Nobis assit *Hellarus*,
Ne suo nos tartarus
Voret cum monarcha.

2. Defleta gentilitas
 Degens in errore,
 Cuius est crudelitas
 Fervens iu furore,
Tacianus igitur,
 Hellari levita,
 Legem tutus sequitur
 Eius, qui est vita.

5. Recolentes proelia
 Tua, *Dionysi*,
 Fac habere prandia,
 Quae sunt paradisi.

Ad Benedictus.

3. Deo cum laetitia
Felix ille serviens
 Meruit felicia,
 Morte vitam finiens.

A. Ferunt mundo quinque sensus,
 Quinque dona, quinque census,
 Sancta quinque nomina,
 Caritatis semina:
Hellarus hilaritatem,
Felix fert felicitatem,
Tacianus taciturnitatem,
 Clamat *Largus* largitatem,
 Deo *Dionysius*
 Dat nos studiosius.

4. *Largus* sive *Largius*
 Iste nuncupetur,
Largus Christi filius
Largius dicetur.

Antiph. ms. Aquilegiense saec. 13/14. Cod. Semin. Goritien. B. A. — Sancto-
 rale ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Labacen. 71. B. — Brev. Aquileiense
 imp. Venetiis (Francisc. de Hailbrun) 1481. C. — Ebenfalls in: Brev. ms.
 Civitatense anni 1476. Cod. Civitaten. LXXIV (28). — Brev. ms. Civitatense
 saec. 15. Cod. Archiep. Utinen. Oct. 10. — Antiph. ms. Civitatense saec. 15.
 Cod. Civitaten. XLIX. — Antiph. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten.
 XXXIV. — Antiph. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten XLIV. — In
 1. Vesp. A 1, 1 Haec est vera B. — A 1, 5 Pueros monet C. — Ad Magn.
 A, 3 Acrassante B, Ac crassante C. — In 1. Noct. A 1, 4 Beronius. —
 R 1, 1 Fulge B. — R 1, 6 voracem C. — R 2, 7 penna fictilis C. — In
 2. Noct. A 2, 4 Vana B. — R 1, 1 Pantoere beato B. — R 1, 2 Domini C;
 Deum imprecante B. — In 3. Noct. A 2, 6 splendet BC. — A 3, 6 Con-
 tractastis BC. — R 1, 8 facies B. — R 2, 9 Summe C. — R 3, 9 Tam
 sane B. — In Laud. A 2, 1 Defleat C. — A 3, 2 iste. C. — Ad Bened.
 A, 7 Levita taciturnitatem. — In 2. Vesp. Ad Magn. A prosaisch.

44. In Memoria ss. Hermelandi et Baldi.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Christo plebs dedita,
 Sanctorum glebis praedita,
 Gratuleris hodie,
 Tota sis iucunda;

Erumpens in laudibus
 Sursum erectis cordibus
 Lauda regem gloriae
 Labe mente munda.
 Spem fide corroborata,
 Ecce, sanctorum corpora
 Hermelandi Baldique
 Tibi commendantur;

Votis ergo sedulis,
Dignis concentus modulis
A nobis nunc utrique
Laudes referantur.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Sinceris Christo mentibus
Exsulemus cum gaudio,
Qui sanctorum pignoribus
Nos honorat in stadio.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Laus litetur in sanctorum
Festo grata numini,
Nam in lege Domini
Fuit voluntas eorum.
2. Super Sion constituti
Montem sanctum Domini
Sunt honoris gemini
Serta tandem assecuti.
3. A fructu multiplicati
Caelestis pinguedinis
Dei vultus luminis
Claritate sunt signati.

Responsoria.

1. Lux, ecce, fulget hodie
Novae sollemnitatis,
Laudum litentur hostiae
In ara puritatis,
Ne sanctorum reliquiae
Auferantur ingratis.
- V. Psallat huius ecclesiae
Chorus pro tantis gratiae
Donis sibi collatis.
2. Mundum ad agni nuptias
Invitans rex caelorum
Servos praemittit varias
Promittens post laborum
Cursum vitae delicias
Mercedem meritum.

Dreves, Historiae Rhythmicae. VIII.

V. Horum sancti, nunc proprias
Quorum colis exuvias,
Typum tenent servorum.

3. Cultu laudum impendia
Sacrae devotionis
Promove, praesens ecclesia,
Paradisi colonis,
Quorum fulges praesentia
Congaudentque patronis,

V. Laudes eorum amplia
Vitae compescens vitia
Filiae Babylonis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Intraverunt Dei templum,
Ut orarent timidi,
Cunctis zelo fervidi
Praebentes exemplum.
2. Hoste strato cum dulcore
Praeventrice gratia
Viri sancti gloria
Coronantur et honore.
3. Sui semper procedebant
In conspectu Domini
Et idcirco termini
Lapsus prorsus eludebant.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Deum quaerens sine sorde
Haec est generatio,
Manus eius officio
Innocens et mundo corde.
2. Beati, remissae quorum
Erunt culpa penitus,
Illi nempe caelitus
Sorte fruuntur iustorum.
3. Exaudiri meruerunt
Clamantes ad Dominum,
Quia spei terminum
Suae Christum posuerunt.

Responsoria.

1. Assunt nobis celebra
Beatorum sollemnia
Hermelandi Baldique,
Digna laudum praeconia
Devote cum laetitia
Referamus utrique,
V. Ut horum prece praevia
Christi remittat gratia,
Quae gessimus inique.
2. Clara sanctorum merita
Signa praemonstrant inclita,
Nam ipsorum obtentu
De caelo datur pluvia,
Fugatur aegrimonia
Sanitatis adventu.
- V. Restaurantur deperdita,
Languorum cessant taedia,
Pulsi morbi detentu.
3. Te, Christe, laudant supera,
Terra, pontus et cetera,
Quaecunque condidisti,
Qui tot in vitae vespera
Nobis sanctorum pignora
Praeclara contulisti;
V. Nobis remitte scelera
Tibique nos confoedera,
Christe, quos redemisti.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Sanctorum testimonia,
Sacris quorum pignoribus

Praesens splendet ecclesia,
Facta sunt credibilia.

2. Nostra nunc terra iubilet
Laetanter illis serviens,
Laudum sonis invigilet
Festum sollemne faciens.
3. Ad te, Christe, pervigiles
Exstiterunt de luce,
Carnem ut firmi pugiles
Domantes multa cruce.
4. Cunctorum universitas
Christo confiteatur,
Per quem nostra nunc parvitas
Tot donis gloriatur.
5. Exuti carnis carie
Deum laudant in caelis,
In laude quorum hodie
Resultet nostra chelys.

In 2. Vesperis.

Super Magnificat.

- A. O Iesu, fidelium
Spes et gloriatio,
Per quem tot magnalium
Haec aula deposito
Digne gloriatur,
Firma fides mentium
Crescat et dilectio,
Da spectatum gaudium,
Quo pro vitae merito
Te dante fruatur.

Brev. Lochense imp. Turonibus 1536. — In 1. Noct. **R** 2, 3 praemiunt. — In 2. Noct. **A** 1, 4 Se praebentes. — **A** 3, 1 Sui. — Die **RR** aus dem Officium des Hauptfestes: „Lectiones de sermone Sacramentum cum tribus primis **RR** diei.“ — In 3. Noct. **A** 1, 3 lies: eius a vitio? — In Laud. Ad Bened. **A** keine.

45. De sancto Hyacintho.

In 1. Vesperis.

Super psalmum.

- A. Adest dies celebris,
Quo nobis mater ecclesia
In festo tanti luminis
Offert nova praeludia,
Dum Iacintum sanctissimum
Cunctis tradit hominibus
Venerandum per saecula.

Ad Magnificat.

- A. Iacinti, novi sideris,
Magnificemus gloriam,
Qui in vita pauperrimus,
Magnis dotatus meritis,
Semper auxit ecclesiam.
Quam pius, quam humillimus,
Exemplum dedit saeculis
Nunquam casurum mentibus.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Iubar, quod diu latuit,
Cunctis resplendet hodie.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Iacinti corpus tumulo
Laeta sumit Cracovia,
Sanctique viri spiritum
Caeli suscepit curia.
2. Quare frementis populi
Iacintus corda gentium
Verbo convertit humili,
Corda tangebat hominum?

3. Vir fuit evangelicus,
Qui sui patris monita
Secutus est divinitus
Caelesti plenus gratia.

Responsoria.

1. Iacentem mundum tenebris
Iacintus totum repperit,
Sed luce sancti flaminis
Totus accensus ferbuit
Et corda tangens hominum
Multos ad fletum compulit.
- V. *Fluminis impetus lactificat
civitatem Dei.*
2. Hic sanctorum confessorum
Gloria sanctissimus,
Hic studentum norma morum,
Vir est hic catholicus,
Suis vertens in stuporem
Patriam sermonibus.
- V. Ignitum verbum proferens
Inflamat corda frigida.
3. Inter flores hoc Iacinto
Flos non redolentior,
Inter gemmas pretiosas
Nulla gemma clarior,
Qui virtutum flos et morum,
Gemma splendens omnibus.
- V. *Date Deo voluntarias primi-
tias et purpuram et hya-
cinthum.*

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Te invocamus Dominum
In huius sancti gaudiis,
Exaudi tuum populum
Placatus suis meritis.
2. Verba prudentis hominis
Fluunt ex ore caelici,
Dum aqua sancti fluminis
Purgentur omnes populi.

3. Noster in caelis Dominus
Regnat, qui cunctis saeculis
Nos sui sancti precibus
Caeli coniungat angelis.

Responsoria.

1. Magnus praeco divinitus
Missus ad partes patriae,
Vir vere Dei caelitus
Cunctos subegit gratiae
Morbos curando omnium
Christi invocando nomine.
V. Verbo, vita, miraculis
Saevos repellit daemones.
2. Corpus afflictum iugiter
Subegit Christi legibus,
Quod calcans multipliciter
Non tulit mergi turpibus,
Sed dono Dei gratiae
Mundum servavit spiritum,
V. Carnem adversus animam
Rebellem sensit plurimum.
3. Exemplar datum humilis
Iacintus fuit saeculo,
Cracoviensem populum
Caelesti pascens pabulo,
Christi frequentans poculum
Et corporis mysterium.
V. Velum fecit de iacinto
Cortinasque purpureas.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quis vidit in caelestibus
Florentem tanta gloria,
Qui vitam in terrestribus
Conservat Dei gratia?
2. Virtute magna praeditus
Vicit omne mortiferum
Et mente semper fervidus
Caeli conscendit solium.

3. Terra relicta ceteris,
Spreta contemptu facili,
Pauper Iacintus statuit
Degere sibi humili.

Responsoria.

1. Patres Ivo, Dominicus,
Et Deus, rex altissimus,
Te doctum, sanctum, humilem
Fecerunt cunctis saeculis,
O vir inenarrabilis;
V. Iacintus, plebem supplicem
Conserva tuis meritis.
2. Scendenti caeli sidera,
Consecuturo praemium
Caelesti tibi curia
Occurrit rex psallentium;
Vir sancte, viso Domino
V. Levans ad caelum oculos
Cogis abire spiritum.
3. Orantibus discipulis
Pater relicto saeculo
Laetus ascendit spiritu
Toto plorante populo.
O vir, pater sanetissime,
Tuis succurre filiis,
V. Qui lacrimarum fluvio
Confidunt tuis meritis.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. In hora sui transitus
Iacintus pansis manibus
Caelo praemisit spiritum
Cunctis solutis fletibus.
2. „In te speravi, Domine,“
Decantans voce flebili
Sanctam efflavit animam
Aspectu visus angeli.
3. Cum venit ad versiculum
„In manus tuas, Domine,“
Relicta carnis sarcina
Redit ad suum dominum.

4. O virum ineffabilem,
Benedicendum iugiter!
Regnans in caeli solio
Nos benedic per saecula.

In manus tuas, Domine,
Meum commendo spiritum.

5. Laudantem sancti merita
Sanctorum iunge coetibus,
Ploranti sua scelera
Parce iacinti precibus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

Ad Benedictus.

- A. O quantus luctus populo,
Quanta lamenta fratribus,
Dum vir iacintus saeculo
Discessit tendens oculos
Ad Iesum, suum dominum,
Orans coniunctis manibus:

- A. Ave, gemma pretiosa,
Cunctis gemmis clarior,
Ave, florum flos, iacinte,
Omni flore purior,
Ave pie, ave bone,
Pastor noster inclite,
Tu qui potes, scis et vales,
Preces nostras suscipe,
Ut potenti tua prece
Nos trahas ad superos.

Miss. Cracoviense imp. 1545. — Vor dem Commune Sanctorum steht das vollständige Officium des Chores und des Altares. — In 2. Noct. R 3, 1 fehlt der Reim. — In Laud. A 3, 4 Rediit. — Zugehörige Hymnen: In 1. Vesp.: Laudibus celsis; Ad Matut.: Gaude, mater ecclesia; Ad Laud.: Aeterni regis maximus.

46. De s. Iohanne Evangelista.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O pater venerabilis,
Orbi cuncto mirabilis,
Lux evangelistarum,
O lux apostolorum,
Exemplar abstinenciae,
Insigne pudicitiae,
Imago veritatis,
Te laudat caeli curia
Christi felici gloria
Assumptum cum beatis
Chorisque apostolicis,
Propheticis, angelicis
Fac frui deitatis.

Beatorumque agmina

Adeptus est in praemium.

2. Hic a Deo praedilectus
Adhaesit Christo firmiter,
Cena stringens sacrum pectus
Obdormivit suaviter.
3. Alta voce coetus clamat:
O pie discipule,
Drusiana, quam amabas,
Fertur in hoc funere.
4. Mortem vicit hic mortalis,
Dum mortuos resuscitat,
Fervens oleum legalis
Iohannes in se superat.
5. Pendens Christus patibulo
Matrem Iohanni condonat
Et de puro discipulo
Virginis natum adprobat.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Iohannes velut aquila
Transcendens mentem omnium

6. Funde preces iam pro tuis
Devotis fidelibus,
Ut fruantur tamquam suis
Gaudiis caelestibus.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Venenum mortem continens
Crucis signo praemonitus
Iohannes, vitam instruens,
Sumpsit ob id intrepidus.
2. Revelator arcanorum
Se transtulit ad insulam,
Librum vitae atque morum
Scriptis hic christicola.
3. Mira virtus de Iohanne
In Pathmos extollitur,
Ubi dulce canit carmen,
Quo secretum panditur.
4. Sit qui venit benedictus
In honorem Domini,

Clamat populus electus
Civitatis Ephesi.

5. Cum hic esset scribe doctus
Confectus dulci senio,
Iesum vocat praelectus
Ferventi desiderio.

6. Sponte se submittit humo,
Unde manna provenit,
Liberum a mortis fumo
Iohannem Christus suscipit.

In 3. Nocturno.

Responsorium.

Supra pectus Iesu Christi
Tu, Iohannes, dormivisti,
Eius matrem recepisti,
Cruci cuius astitisti;
Veni, mi amor, audisti,
Cum ad caelos ascendisti.

- V. Sicut absque omni labe,
Ita sine carnis tabe
Iungi Christo meruisti.

Offic. ms. Faustae de Beccarinis in Monast. Visitat. BMV. (Ord. Cist.) saec.
16. Cod. Senen. F VI 22. — In 1. Vesp. Ad Magn. A, 7 Imago virginitatis.

47. De s. Iohanne Evangelista.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Qui Iohannem diligebat,
Adoremus dulcem Iesum.

In Nocturno.

Antiphonae.

1. Iohannes, fac in laudibus
Iesu nos occupari,
A quo debent in nubibus
Mortales iudicari.

2. Iohannes iam praeteritas
Nos culpas deploremus,
Et agat Dei bonitas,
Illas ne replicemus.

3. Iohannes, patrocinium
Nos tuum imploramus,
Quo caeli sic fastigium
Securi conscendamus.

- V. Sic Iohannes omnia
Paterna dimisit,
R. Quod Iesu vestigiis
Firmiter adhaesit.

Ad Laudes.

Super Psalmos.

A. Iohannes, cum collegium
Missorum congregavit,
Redemptor tunc te filium
Tonitruī vocavit.

V. Iohannes Iesu pectori
Caput adclinavit,
R. Cum suae mortis Dominus
Reum revelavit.

Ad Benedictus.

A. Iohannes, Iesu aemulus,
Dignus Dei apostolus,
Cum angelis laetatur,
Summi patris imaginis
Visu fruens et virginis
Iucunde delectatur.

Per Horas.

Ad Primam.

A. Iohannes, pie credimus,
Quod asinam minavit,
Quam Iesus, sicut legimus,
Dum fleret, equitavit.

V. A Iohanne caritas
Fuit praedicata
R. Suisque discipulis
Morte commendata.

Ad Tertiam.

A. Iohannes cenam ultimam
Cum Simone paravit
Iesu, qui morti animam
Pro populo donavit.

V. Iohannes multis lacrimis
Iesum sepelivit,
R. Post eius matri humilis
semper oboedivit.

Ad Sextam.

A. Iohannes, Dei filius
Prostratus tibi lavit
Pedes, quem Iudas impius
Argento commutavit.

V. Iohannes nunc in patria
Valde sublimatur,
R. De cuius magna gloria
Ecclesia laetatur.

Ad Nonam.

A. Iohannes amicitia
Plus cunctis Christo iunctus,
Dira fuit angustia
In sua morte punctus.

V. Iuxta crucem Domini
Iohannes pie stabat
R. Matremque cum filio
Amare deplorabat.

Ad Vesperas.

Super Psalmos.

A. Iohannes, multis lacrimis
Cum matre sepelisti
Iesum, quem poenis maximis
Affligi conspexisti.

V. Sic Iohannem virginem
Iesus peramavit,
R. Quod illi matrem virginem
Care commendavit.

Ad Completorium.

A. Iohannes cunctas Asiae
Ecclesias plantavit,
Quas singulas cotidie
Tam bene gubernavit.

V. In medio ecclesiae
Iohannes praedicavit,
R. Spiritu sapientiae
Quem Dominus implevit.

Super Nunc dimittis.

A. Iohannes inter procures
Est primos paradisi,
Ob cuius fructus uberes
Sunt plurimi gavisi.

Officium novum beati Iohannis, qui supra pectus Domini in cena recubuit.
Imp. Bononiae 1525. — Colophon: Impressum Bononiae in aedibus heredum
Benedicti, quondam Hectoris de Faellis Bononien. civium. Anno C. MDXXV.
Nonis Aprilis. — Vor jeder Hore:

V. Singuli Iohannem
semper collaudemus,
R. Eius ob honorem
Deo iubilemus.

48. De ss. Iohanne et Marciano.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Hi duo nostri martyres,
De clara tribu nobiles
In Lubrae civitate,
Gentiles in catholicos
Rapti sunt, in neophytos
Pro Christi caritate.
2. Sacer Abundus ducitur,
Ad supplicium vehitur,
Quem rogat Marcianus,
Natum ut restituat
Vivum, quem iam perdiderat,
Ut fiat christianus.
3. Sanctus illum resuscitat
Iohannem, qui dormierat,
Pristinae sanitati
Patrem natumque renovat,
Aqua salutis adgregat,
Fons vivus, deitati.
4. Tres decollari praecipit
Caesar, quos Christus suscipit
In gloria caelesti,
Quorum sacrata corpora
Humat clara Theodora
In praedio campestri.
5. Et post annorum spatia
Iubente Christi gratia
Hoc in templum delata
Marciani sanctissimi,
Iohannis sacratissimi
Corpora sunt beata.

Ad Magnificat.

- A. O gloriosi principes,
Patroni nostri proceres,
Qui praesulis ministerio
Crescentiani sedulo
In hac aula sedetis,
Quique Petri pontificis
Ope, summi artificis,
Miraculis fulgetis,
Ad Deum intercedite,
Devota mente poscite,
Ut plebem istam augeat
Virtutibusque muniat.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Christum regem collaudemus,
Iohanni et patri iubilemus.

Responsoria.

1. Defunctum gemens filium
Hic princeps Marcianus
Euntes ad supplicium
Iam cernit, quos insanus
Caesar tunc infidelium
Mittit Diocletianus,
- V. Ut vitam per martyrium
Abundus. Deo carus,
Finiretque Abundantius
Per impiorum manus.
2. Vir Marcianus inclitus
Inquiret, seiscitatur:

Qui sunt, quos chorus horridus
Pungit, trahit, minatur?
Audit, quod horum Dominus
Christus Iesus vocatur.
V. Per hunc virtutum omnium
Suis potestas datur,
Per hunc et cunctis etiam
Mors et vita donatur.

3. Hic, maestus dum illacrimat,
Obvius illis factus,
Orbum se nato clamitat
Cordis dolore tactus.
Abundus sanctus flagitat:
A quo est tibi raptus?
V. Hic leto raptum explicat
Anxio luctu fractus.

In 2. Nocturno.

Antiphonae

1. Herculem summum adorete
Et invicto Iovi tura date,
Nisi, ad tormenta properate.
2. Sancti martyres dixere
Et Diocletiano respondere:
Te confundat altus Deus
Et te profanet unus Deus.
3. Vobis terminum praefixi,
Ut deponatis legem Christi,
Et imolate diis veris,
Ut non deficiatis in his poenis.

Responsoria.

1. Sacer Abundus loquitur:
In Christo si nunc credis,
Anima tua salvabitur,
Et natum vivum habebis.
Tunc Marcianus utitur
Humiliter his verbis:
V. Quidquid tu, sancte, iusseris,
Implere me videbis.

2. Fer, ille inquit, filium,
Quem tantum deflevisti,
Videbis mirabilem
Virtutem Iesu Christi,
Quem creatorem omnium
Credas cordi non tristi,
V. Verum Dei filium,
Ut recte spondidisti,

3. Viri tunc huius nobilis
Cessat omnino fletus,
Qui[que] fuerat flebilis,
Incipit esse laetus,
Et mox Lubram ingreditur,
Sequitur eum coetus.
V. Filium tollit umeris,
Affert, ut suscitetur,
Rapido cursu graditur,
Christum ut imitetur.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Stulte, miser, insensate,
Redemptori tura date
Et adorete crucifixum
Et Trinitatem in idipsum.
2. Coepit imperator altercari
Et sanctos in eculeo levare
Iussit et capita truncari.
3. Dum ad necem mitteret insanus
Sanctos Christi, Marcianus
Exclamavit: Heu mihi,
Quia natum unicum amisit.

Responsoria.

1. Abundus orat, suscitavit
Iohannem, qui dormierat,
Patrem confestim renovat
Et natum, qui perierat,
Ex fonte, qui vivificat,
In mortem qui abierat.

V. Quos fides, spes et caritas
Sic implet, purgat, [re]creat,
Ut, qui [Christum] non noverat,
Mori pro Christo iam quaerat.

Ad locum autem venientes,
Nihil ipsum sustinentes,
Natum tollit ferens ad Abundum
Et simul pergit ad secundum.

2. Sic isti Christi athletae
Tunc pariter certantes,
Constantes et intrepidi,
In nullo murmurantes
Ab impio satellite
Percussi sunt orantes.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

V. Et sic in agni sanguine
Suas stolas dealbantes
Ad regnum summae gloriae
Volarunt collaetantes.

A. Ottone magno imperante,
Silvestro papa triumphante
Pax rediit ecclesiae,
A Slavinis timentes,
Adalbertum perimentes,
Eorum pium praesulem.
At pius imperator militavit
Slavoniam, inde corpus ad-

In Laudibus.

Ad Benedictus.

A. Marcianus cum abisset
Et ad locum pervenisset,
Ministri diri Satanae
Noluerunt tantum sustinere,
Usque quo natum adduceret;

portavit
Adalbertum et humavit

In mirabili ecclesia.

Inter duos pontes est constructa
Urbe Roma florida,
Ibi corpora deducta
Abundi et Abundantii,
Aliorum corpora multa
Et beata Theodora.

Offic. ms. Castellan. saec. 17. Cod. Borgian. L VII 26. — In 1. Vesp.
A 1, 5 in cophitos. — A 5, 2 Christi clementia. — Ad Magn. A, 3 misterio.
— In 3. Noct. R 1, 10 modo quaerat. — In Laud. Super Pss. AA ex
1. Vesp. — Ad Bened. A, 8 tollit illum ferens. — In 2. Vesp. Ad Magn.
A, 3 reddidit. — Ibid. 5 Ad Slavinis. — Ibid. 5 et 9 Ad Albertum.

49. De sancto Ioseph.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Fac, placeant summo
carmina nostra Deo.

Nunc venias properesque libens,
devote sacerdos,
Ut Mariae sponso
Christique cananus alumno.

2. Purifica, sana,
dita nos, maxime Ioseph,
Noster enim est animus
sordidus, aeger, egens.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Illustris patriarcha, Ioseph,
David inclita proles,

3. Qui peregrinus eras,
nobis esto peregrinis
Dux, comes et fautor,
scandala tolle viae.

4. Conscius arcani es,
quod nescivere priores,
Dum Christum tangis,
fers, refoves et alis.

Desuper intendas
nobis miserosque benignis
Aspicias oculis,
quos crebra pericula vexant.

5. Tu vir, tu dominus
matris Domini dominorum,
Et tibi subicitur,
qui regit astra Deus.
In terris igitur
es magno dignus honore,
Cui nunc in caelis
gloria magna datur.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. A propriis laribus
quondam fugis, at modo regnas
In caeli patria
felix, securus et omnis
Expers terroris,
labor, anxietas, metus absunt.

A. O Ioseph, adulescens
dictus, tu crescere fac nos
Virtutum gradibus,
donec Iesus videatur.
Incola dum terrae
fueras, hoc munus habebas,
Quod caeli dominus
dignatus erat tibi subdi.
Quid modo, divus, habes,
o quanta potentia, quanta est
Vis impetrandi,
quia, dum vir, dum pater orat
Uxorem et natum,
velut imperium reputatur.

Officium ex evangelio et probatis doctorum Bernardi: Petri de heliaco: et Iohannis Gerson: sententiis absque apochrifis(!) collectum de sancto Ioseph nutritore cristi: cuius festum. XIX. die marcii celebrandum instituit reuerendissimus et illustris princeps dominus Albertus ex bavarie ducibus: argentiniensis Episcopus. Et assumpserunt illustres et generosi domini de capitulo maioris ecclesie eiusdem. Impressum per Iohannem wehinger IX. die marcii: Anno dñi MDIII. — Zugehörige Hymnen: Ad 1. Vesp.: Claro de Davidis; ad Complet.: Quem patres Christum; ad parvas horas: O praecolenda trinitas. Alle drei Hymnen (letzteren als „ad laudes“) hat Morel (S. 146f.) mitgeteilt aus einem „Officium ex evangeliiis et probatis doctorum . . . sententiis. S. l. e. a.“, — allem Anschein nach eine frühere Ausgabe des vorliegenden Officiums. — Die anderen metrischen Teile des Officiums scheint Morel nicht bemerkt zu haben. — Das übrige der „Hystoria sancti Ioseph sponsi Marie: et nutritoris alumnique dñi nostri Ihesu Christi“ ist prosaisch.

50. De sancta Iuliana.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Plaudat mater ecclesia
Novis laudum praeconiis,
Quam Iulianae gloria
Festivis replet gaudiis.

2. Haec nata de nobilium
Praefectorum progenie
Patris, matris, insignium
Civium Nicomediae.

3. Ab annis puerilibus
Sacris imbuta moribus,

Sponsum Christum praelegit,
Cui totam se subiecit.

4. Sprevit omnem viri thorum
Hostis manens vitiorum,
Conservare volens statum
Virginalem illibatam.

R. Trahentes ad interitum,
Igni martyr proicitur,
Sed gaudens tradit spiritum,
Dum caput euse caeditur.

V. Honor, virtus et gloria
Sit Christo, sponso virginum,
Qui nos ad caeli gaudia
Ducat post vitae terminum.

Ad Magnificat.

A. Ad honorem Iulianae,
Contemptricis pompae sanae,
Persolvamus laudis melos
Hac qua die scandit caelos
In vestitu speciosa
Solis more luminosa,
Sponso Iesu praesentata
Sit pro nobis advocata.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem regum adoremus,
Voce, votis honoremus,
Qui Iulianam hodie
Heredem fecit gloriae.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Admirabilis, Domine,
Comprobaris in virgine,
Humanas quae blanditias
Sprevit atque delicias.

2. Caeli narrabant gloriam
Perpetuam se quaerere,
Non mundi transitoriam,
Quae noscitur deficere.

3. Haec est generatio
Quaerentium Dominum,
Perseverans natio
Sacratarum virginum.

4. In virginis labiis
Est gratia diffusa,
Nam caesa supplicii
Stabat inconfusa.

5. Deus noster refugium
Fuit Iulianae,
Patris nequam consilium
Faciens inane.

6. Dominum mirabilem
Virgo laniata
Fatetur laudabilem
Caelo iam beata.

Responsoria.

1. Iuliana nobilis
A patre flagellatur,
Ut immolet daemonibus,
Minime mutatur,
Vacat dei laudibus,
V. Christum Dei filium
Vocat in auxilium
Exposita verberibus.

2. Caesa datur Iuliana
Praefecto, quam puniat
Iudicis officio;
Movet iudex verba vana,
Ut eam emolliat
Carnali contagio;
V. Immortali servo quidem,
Inquit, soli puram fidem,
Nulli iam consentio.

3. In furore iudex motus,
Mente caeca captus totus
Virginem exspoliari,
Quatuor iubet mactari,
Ministrorum manibus.

V. In tormentis vultu laeta
Domini stabat athleta
Nullis laesa caedibus.

4. Praefectus coepit fremere
Se volens interimere
Caecus iracundia,
Mandans statim viris illis
Nudam appendi capillis
Die fere media.

V. Dura quassata procella
Cuncta tolerat puella
Mira patientia.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Fundamenta posuit
Sancta sanctis montibus,
Oleum haec habuit
Intrans cum prudentibus.

2. Cantate regi virginum,
Omnis terra, canticum,
Haec sancta propter Dominum
Carnis vitavit lubricum.

3. Dominus sapientia
Triumphum dedit virgini
De mundi malitia
Sanctorum iungens agmini.

4. Cantate mirabilia,
Quae Dominus ostendit,
Dum cuncta visibilia
Martyr haec vilipendit.

5. Dominus glorificavit
In aeterno solio
Virginem, quae triumphavit
Perpesso supplicio.

Responsoria.

1. Tyrannus magis saeviens
Illatis nil proficiens
Tormentis [crudelius],
Ollam plumbi bullientis
Super caput patientis
Fundi iubebat saepius,
V. Poenam libenter patiens,
Pro Christo mori cupiens
Nil reputabat carius.

2. Religata post catenis
Reservanda novis poenis
[Iuliana] ergastulo
Datur adminiculo
Sublato ministrantis;
V. Non defuit solacio
Divina miseratio
Angeli consolantis.

3. Nocte Satan veniens,
Angelum se mentiens
Bonum, dicit talia:
Cur tam dura pateris?
Tuis membris teneris
Sunt haec nimis gravia.
V. Christo placent minime
Nec tuae prosunt animae
Perpesa supplicia.

4. Dubitavit primitus,
Sed docetur caelitus
Capere daemonium;
Interrogat, quid ageret? —
Quod homines deciperet,
Hoc suum officium.
V. Amat fraudes, odia,
Quaelibet convicia
Nutrit cum discordia.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

A. Quasi rosa vel lilium
Plantata secus fluvium
Fructus fecit honestatis
Viam servans puritatis.

Responsoria.

1. Educta de carcere
Summe verberatum
Trahit Dei munere
Daemonem ligatum,
In lutum proiciens;
V. Vade, inquit, in infernum,
Christianos in aeternum
Sinas, leo rugiens.
2. Praeceptoris imperio
Rota grandis erigitur,
In ipsa dum extenditur
Carnificum officio
Tota conquassatur;
V. Angelus statim adfuit,
Rotam illam comminuit,
Mox virgo liberatur.
3. Numero quingenti viri
Signo viso tanti miri
Se fecerunt baptizari,
Qui sunt iussi decollari;
V. Centum triginta feminae
Confidentes in virgine
Viris petunt sociari.
4. Iuliana ad praemium
Virgo praesentata
Capite minuitur.
Corpus terrae linquitur,
Anima secura
Intrat caeli gaudium;
V. Christo mente semper iuncta
Vita vivit vita functa.

In Laudibus.

Super Psalmos.

- A. Dominus fortitudinem
Iulianae tribuit,
Quando nullam gravedinem
Tormentorum timuit.

Ad Benedictus.

- A. Flos Iuliana virginum,
Ora pro nobis Dominum,
Pro nobis, virgo Christi,
Ut mundi post exsilium
Intremus caeli gaudium,
Martyr, quod meruisti.

Per Horas.

Ad Primam.

- A. Haec est virgo sapiens
De numero prudentum,
Devote custodiens
Virgineum talentum.

Ad Tertiam.

- A. Ista virgo sapiens
Inventa margarita,
Mundana despiciens
Comparavit ita.

Ad Sextam.

- A. Benedixit creatorem
Suis [in] operibus,
Virginalem servans florem,
Datum caeli civibus.

Ad Nonam.

- A. Duo minuta protulit,
Quod est quadrans, obtulit,
Corpus tormentis tradidit,
Animam caelo reddidit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Glorificat miraculis
Iulianam divinitas,
In qua divinis oculis
Mira fulsit fidelitas,
Quam gratiarum titulis
Sollemnem fecit populis
Virginalis integritas.

Offic. ms. Faustae de Beccarinis in Monast. Visitat. BMV. (Ord. Cist.)
saec. 16. Cod. Senen. F VI 22. — In 1. Vesp. R, 3 tradidit. — In 1. Noct.
A 4, 1 virgineis. — A 5, 3 E patris. — A 5, 4 Faciens mane. — R 3, 8
caedibus laesa. — R 4, 3 Sua caecus. — In 3. Noct. R 1, 2 verberatam.

51. De ss. Iusto et Clemente.

Ad Vesperas.

Antiphonae.

1. Laetetur ecclesia
Mater voto mentis,
Recolens sollemnia
Iusti et Clementis.
2. Horum vera fraternitas
Probatur Deo grata,
Quam exornat integritas
Carnis immaculata.
3. Isti sunt triumphatores
Mundi, carnis inimici,
Vanitatis contemptores,
Dei facti sunt amici.
4. Patriarchae sectatores
Exiverunt patriam,
Divini praedicatores
Verbi petunt Italiam.

Ad Magnificat.

- A. Veneremur sanctos patres,
Iustum et Clementem fratres,
Quorum carnis fraternitas,
Magis perfecta caritas,
Mundi ac caeli socia
Pari locatur gloria.

Ad Matutinum.

Invitorium.

- Regem regum sempiternum
Dignis colamus laudibus,
Qui regnum dedit aeternum
Iusto et Clementi fratribus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Beati pestilentiae
Cathedram refugerunt,
Magis oboedientiae
Viam ambulaverunt.
2. Quare sancti disciplinam
Visi sunt apprehendere,
Evangelicam doctrinam
Docentem cuncta spernere.
3. Cum invocarent Dominum,
Audiri meruerunt,
Viros dolosos sanguinum
Sancti cum fugaverunt.
4. Verba percepit auribus
Dominus confessorum,
Orantium pro frugibus
Fame tribulorum.
5. Domine, mirabile
Nomen cognoverunt
Tuum, formidabile
Quod praedicaverunt.
6. In Domino fiduciam
lactaverunt totam,
Linquentes provinciam
Pergentes ad ignotam.

Responsoria.

1. Iustus et Clemens nomine,
De genere nobilium
Fratres partium Africae,
Refugiant mirifice
Consortium affinium,
Levi ne peccent famine.

V. Admiranda fraternitas,
Quam servat Dei pietas
Impollutam a crimine.

2. Exeuntes de patriae
Solo, relicto proprio
Fines intrant Italiae,
Vulterram dictam hodie
Pergunt Dei consilio,
Corruptam tunc perfidia.

V. Magnam gentem copiosam,
Rebus miris speciosam,
Nominatam Antonia.

3. Replent terram semine
Divini verbi, germine
Pleno fructum percipiunt
Sacramenta tribuentes,
Convertendo cunctas gentes,
Fideles sic efficiunt,

V. Orantes ab haeresibus,
Forinsecus ab hostibus
Civitatem eripiunt.

4. Orta fames cives ferit,
Gens clamabat, quia perit,
Confessorum auxilium,
Et ferte dicunt populis:
Cras vestris coram oculis
Videbitis suffragium.

V. Reperiuntur frugibus
Mane sanctorum precibus
Horrea plena civium.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Domine, sine macula
Tui confessores
Sacri montis per saecula
Fiunt possessores.

2. Domine, in virtute
Tua laetabantur,
A sua iuventute
Cum te sequebantur.

3. Domini potentia
Sanctis est collatum
Servare pudicitia
Cor immaculatum.

4. Exaudivit Dominus
Preces confessorum,
Liberans eos protinus
De manu malignorum.

5. Te decet hymnus, Domine,
Qui habitans in homine
Templum facis sanctitatis,
Omnis replens bonitatis.

6. Bonum nobis confiteri
Est Domino altissimo,
Psallere, qui misereri
Ut pater scit piissimo.

Responsoria.

1. Nocte sanctis orantibus,
Guandalis quiescentibus,
Omne bladum exterius
Simul fertur interius
Angelico praesidio;
V. Aeternae rex clementiae
Novum genus potentiae
Sanctorum dat arbitrio.

2. Iratae gentes efferae
Ad arma currunt propere
Spoliatae cibariis,
Pressae famis angustiis;
V. Faciunt pro lapidibus
Afflictis plagis variis
Proici panes hostibus.

3. Mira res et laude digna.
Fit clementia benigna,
Turba nocere cupiens,
Gustato pane furiens,
Turbata coepit fugere,
Quaeque praerupta petere.
V. Instante tota civitas
Ad laudes surgit debitas
Tanto recepto munere.

4. Una voce tollitur
Iustus, constituitur
Pontifex civitatis,
Docet mundum spernere,
Caelum semper quaerere,
Locum securitatis;
V. Novus praesul factus gregis
Formam tenet summi regis,
Sedem humilitatis.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. Sanctorum sapientiam
Narrabat omnis populus,
Eorum providentiam
Quia cernebat oculus.

Responsoria.

1. Fabricant ecclesiam,
Domum orationis,
Foris portam Antoniae,
Praestant ibi gratiam
Causa devotionis
Euntibus cottidie;
V. Vacabant sacris studiis,
Hymnis, psalmis, ieiuniis,
Doctrinarum vigiliis.
2. Elegerunt asperrimum
Ferarum animalium
Locum valde deterrimum,
Daemonum infernalium,
V. Consecrant Dei laudibus,
Fit sacrum domicilium
Cunctis purgatum sordibus.
3. Carnis degentes sensibus
Sucurrebant dolentibus,
Quibuscunque languoribus
Suis orationibus,

- V. Imperant daemonibus,
Pellunt de corporibus,
Assistunt invocantibus.

4. Iusta iustis venit dies,
Quo perennis datur quies
Viantium laboribus,
Reddatur simul gloria
Conformis, par victoria
Iusto et Clementi fratribus.
V. Ecce, vere datur vita
Digna mortali finita
Domini confessoribus.

In Laudibus.

Super Psalmos.

- A. Terret poena detrahentes
Beatis confessoribus
Duos, qui fiunt rigentes
Corporis membris omnibus.

Ad Benedictus.

- A. Benedictus rex gloriae
Sit, qui caelestis patriae
Regni confert munus
Sanctis, quorum precibus
Nobis supplicantibus
Det trinus et unus.

Per Horas.

Ad Primam.

- A. Horarum vigiliae
Per hos sunt custoditae,
Nunc ad bonum gloriae
Audiunt *Venite*.

Ad Tertiam.

- A. Fideles isti Domini
Servi sunt probati,
Suo dantes nomini,
Quae sunt operati.

Ad Sextam.

- A. Beati servi vigiles
Hi patres sunt inventi,
Bono pastori similes,
Errantibus intenti.

Ad Nonam.

- A. Horum sacrata servitus
Deo grata probatur,
Quae festum sancti spiritus
Semper concomitatur.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Magnificat divinitas
Confessores virtutibus,
Sanctorum immortalitas
Probatur ex operibus,
Gratiam praestantium
Quibuscunquelanguentibus,
Optatum praesidium
Cunctis [dant] petentibus.

Offic. ms. Faustae de Beccarinis in Monasterio Visitationis B.M.V. (Ord. Cist.) saec. 16. Cod. Senen. F VI 22. — In 1. Noct. A 3, 3 sanguinem. — R 2, 1 patria. — R 2, 7 gente copiosa. — In 2. Noct. A 6, 3 Ei psallere. — A 6, 4 piissime gegen den Reim. — R 4, 2 Iustus sic. — In 3. Noct. R 2, 2 sq. Ferarum locum animalium valde. — Ad Prim. A, 1 Et harum vigiliae. — Hymnus: Felicis alma gloriae (Anal. XLIII, 210).

52. De s. Iusto Tergestino.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Fulget clara dies,
a Christo magnificata
Martyrio sancti
Iusti nimis atque dicata;
Hanc omnes Christi
merito venerantur amici,
Ecclesiae sanctae
per quam pereunt inimici,
Hanc Tergestini
cives recolunt pretiosam,
Per quam se noscunt
turbam superare dolosam;
Ergo pio Christo
pie tu nos redde patrone.

Ad Nocturnum.

Invitatorium.

- Regem iustorum,
quem Iustus, frater eorum,
In regno vitae
laudat, rogitare venite.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Iste beatus vir,
nomine Iustus, sapienter
Absque reatu legit
in actu vivere semper.
2. Adversus Iustum
populi mala sunt meditati,
Quos pia mens risit
Iusti super astra beati.
3. Ad Dominum Iustus
clamavit voce beatus
Et de monte Dei
fuit hac in valle iuvatus.

Responsoria.

1. Tempore, quo vanus
regnabat Maximianus
Eius et insanus
collega Diocletianus,
In Tergestina
micuit ceu stella marina

Urbe sacer Iustus,
vitiis vir semper inustus.

V. Iste fide, verbis
pro Christi iure superbis
Obstabat magnus
martyr, mitis velut agnus.

2. Sanctum credentes
postquam genuere parentes
Iustum, se Christo
mundo commisit in isto,
Actibus in sanctis
observans iussa tonantis.

V. Pro regno Christi
quia mortem sponte subisti,
Gaudes in caelis
cum iustis, Iuste fidelis.

3. Dum sacer hic turbae
Tergesti ferret in urbe
Iustitiae lumen
fidei condendo cacumen,
Magnatius praeses
barathri mox frenduit heres
In servum Christi
minitans sibi verbere tristi;

V. Tunc Iesu dignus
martyr, per cuncta benignus,
Exoptans Christum
minitantem non timet istum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Iustitiae solem,
quia Christum Iustus amavit,
Hunc scitote, pii,
Dominus quia mirificavit.

2. Iste domum Domini
fidei virtute regebat,
Qui fidei scuto
ceu sidus in astra nitebat.

3. Gloria, laus et honor
Christus Deus atque corona
Martyris est Iusti,
sibi dans caelestia dona.

Responsoria.

1. Vir Domini Iustus,
fidei sub tegmine tutus,
Non dubitans Christum
venerari tunc crucifixum,
Coram praefecto
respondit fame recto;

V. Hic inquisitus
fidei de iure peritus,
Mente quidem sana
contemnens idola vana.

2. Tunc sanctum vanus
Magnatius ille tyrannus
Carcere conclusit,
sed, cum lux altera fulsit,
Orantem istum
renuit de carcere ductum.

V. Hunc iussit servis
crudelis affligere nervis,
Laudantem Christum
Dominum, Iesum crucifixum.

3. Iste mori lucrum
pro Christi nomine multum
Credidit et Christum
semper coluit crucifixum,
Optans post istam
caelestem ducere vitam;

V. Verus amor Christi
sic iusto praefuit isti,
Quod nihil in terra
cuperet nisi sola superna.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Iustus te Dominus
dilexit, Iuste beate,

- Per quem sunt gentes
Christo credendo renatae.
2. In sancto sanctus
iam Iustus monte quiescit,
A Christo Domino
qui nunquam corde recessit.
3. In caput huius te
lapidem summum posuisti,
Iesu, tuque corona sibi
pretiosa fuisti.
- Responsoria.
1. Postquam vel poenae
vel sponsio vocis amoenae
In sanctum vere
Iustum non praevaluere,
Ipsam per mortem
vult praeses perdere fortem;
V. Hic solum Christum
quia praedicat in cruce fixum
Atque diis terrae
contemnit tura referre.
2. Ergo praefatum
Iustum per saecula beatum
Praeses damnavit
nec non sibi membra li-
gavit,
Sub multo plumbo
pelagi dans ipsa profundo;
V. Prudens iste nimis,
dum sic pateretur in imis,
Laudabat Iesum
pro mundi crimine laesum.
3. Funibus et plumbo
Iustum per membra ligatum
De pelagi fundo
solvit maris unda beatum,
Martyris ergo Dei
dedit aequor signa tropaei,
Cum non est tanti
[mare] passum vincula
sancti.
- V. Praecipiente pio
tunc noctis tempore Iusto
Condita sunt digno
sua digne membra [se-
pulcro].

Antiph. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVII. — Das Weitere fehlt, da leider ein Blatt aus der Hs. entfernt worden. Dasselbe Officium findet sich auch in den Acta SS. Nov. I, 430 u. f., aber in einem so unheilbaren Zustande, daß es nicht einmal möglich war, die fehlenden Laudes-Antiphonen daraus zu ergänzen. Der Text verdient verglichen zu werden als lehrreiches Beispiel dafür, was ein Abschreiber aus einem Texte zu machen imstande ist.

53. De s. Katharina Senensi.

- In 1. Vesperis.
- Super Psalmos.
- A. Virginem Katharinam maximis
Hodie veneremur laudibus
Quae meritis pollens amplissimis
Vitae fuit exemplar omnibus,
- Unde sertis ornata plurimis
In supernis refulget sedibus.
- Ad Magnificat.
- A. Quae sub divo
patre Dominico
Iussa caeli
complevit omnia,

Comitante
coetu angelico
Alta poli
conscendit atria,
Digna virgo,
quam dulci cantico
Rite, pie
colit ecclesia.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Christum, regem regum,
supplices adoremus,
Qui immortalis gloria
virginem Senensem
dotavit Katherinam.

In Nocturno.

Antiphonae.

1. Lumen Senensis patriae,
Haec sacra virgo Domini
Multum adiecit gloriae
Praedicatorum ordini.

2. Claris orta natalibus,
Religione praedita,
Magnis aucta virtutibus,
Vita florebat inclita.

3. Cum solo pane vescitur
Caelestis alimoniae,
Fama per orbem spargitur
Ingentis sanctimoniae.

Responsoria.

1. Salvatoris nostri clementia
Sororum decoravit ordinem
Sub arta vitae paenitentia
Digne per Katharinam virginem,
Cuius ampla refulget gratia
Late per omnem mundi cardinem.
V. Stella caeli haec orta saeculis
Lumen praebet salubre populis.

2. Virgo fortis in sexu fragili
Tutum salutis iter eligit
Et Christum mente sequens
humili
Carum gratiae munus attigit,
Cum amore fragrat mirabili
Poenas sponsi ferre, quem
diligat;
V. Nam toti mundo salutifera
In se Christi suscepit vulnera.

3. Ad instar puri nitens speculi
Orbem taetris purgat a vitis,
Omni carens labe piaculi
Summi regis potitur nuptiis
Post pretiosi pignus annuli.
V. Nos suis ducat meritis
Ad caeli domicilium,
Quae sertis floret inclitis
Stans ante Christi solium.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Alma virgo Katharina,
Verbo potens et opere,
Luce fruitur divina,
Semper felix in aethere.

2. Quae recte Christum coluit
Amore semper intimo,
Haec exaltari meruit
Honore caeli maximo.

3. Plena fruentem copia
Caelestes alunt nuptiae,
Quam diva pavit hostia
Miro cum fructu gratiae.

4. Pro flagris tunc asperrimis
Et duro ferri cingulo
Bonis gaudet uberrimis
Nunc in perenni saeculo.

5. Divino laudes nomini
Dantur, cum trinam lauream
Accepit sponsa Domini
Aulam scandens aetheream.

Nos consortes reddat fruentium
Caritate perennis gloriae.

Ad Benedictus.

Per Octavam.

- A. Haec sponsa clarissima,
Quae signa faciens potissima
Saepe morbos sanavit plurimos
Et feroces demulcens animos
Pacis dedit foedera gentibus,
Nos suis salvet dignis precibus.

Ad Benedictus.

- A. Lux effulgens matutina,
Salubris cura populi,
Det nos frui Katherina
Aeterna pace saeculi.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

Ad Magnificat.

- A. Sororum gemma paenitentiae,
Katherina, decus Etruriae,
Quae dono Christi, regis omnium,
Diadema suscepit hodie,

- A. Felix virgo Katherina,
Mente nitens et corpore,
Nos praeservet a ruina
Extremo vitae tempore.

Antiphon. ms. S. Katharinae Divoduren. saec. 14. Cod. Vatican. s. n. (ol. 122 bis). — In Noct. R 2, 2 elegit. — Ad Laud. Ad Bened. A, 5 dedit tendera.

54. De s. Katharina de Suecia.

In 1. Vesperis.

Ad Matutinum.

Ad Magnificat.

Invitatorium.

- A. O beata sponsa Christi,
Katharina, mernisti
Apud regem angelorum
Suscitatrix mortuorum
Fieri quam plurimum;
Felix tui depressio
Superbis fit repressio
Et robur humilium.
Tu pro nobis, virgo pia,
Roga regem omnium,
Ut donet vera gaudia
Praesens post exsilium.

Regi Christo iubilantes
Laudum per insignia
Exsultemus venerantes
Katharinae sollemnia.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Nata virgo Katharina
Regalis prosapiae
Rara continentiae
Mox refulsit gratia.

2. Katharina puellula,
Flagellata (a) daemonibus,
In amore radicata
Christi stat robustius.

3. Adulta virgo nubilis
Duci desponsatur,
Quem sanctis suis monitis
Castum Christo lucratur.

Responsoria.

1. Facto voto castitatis
Sponsa, sponsus pariter
Sub aspectu deitatis
Mundum ludunt fortiter,
Spreta spe posteritatis
Deo vivunt dulciter.

V. Carnem sub cilicio
Iugiter premebant,
Precibus, ieiunio
Semper insistebant.

2. Dum sic ambo continenter
Christum colunt sedulo,
Urget daemon fraudulenter
Cadere proposito,
Hinc in sanctos impudenter
Fratrem movet odio.

V. Nam dum frater observavit
Horum castimoniam,
Quasi stultos obiurgavit
Exprobrans ignaviam.

3. Sanctae matris et avorum
Sequitur vestigia,
Romam petit, ut sanctorum
Veneretur limina
Et ut Christi passionem
Recolat intimius,
Terra sanctae regionem
Visitat devotius.

V. Sicut quondam patriarcha
Dereliquit propria,
Sic maritum Katharina
Spreta liquit patria.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Postquam virgo Katharina
Exsul Romae habitat,
Matrem piam comitata
Sancta loca visitat.

2. A maligno est tentata
Coniugis memoria,
Quem mox Deus ad beata
Caeli duxit gaudia.

3. Maria matri reserat,
Quam felix eius filia,
Quod pauper facta spreverat
Opes cum mundi gloria.

Responsoria.

1. Quidam comes inflammatur
Veneris incendio,
Ab hoc sancta postulatur
Iungi matrimonio;
At repulsus comes nocte
Abditur in vineis,
Ut hanc raptet facto mane,
Sed privatur oculis.

V. *Apertis comes oculis, nihil videbat; ad manus autem illum trahentes introduxerunt ad sanctam Katharinam, qua orante cum matre pro eo confestim cecidit caligo ab oculis et visum recepit.*

2. Virgo Christi passionem
Cogitabat sedulo,
Semper sponsi unionem
Affectabat serio,
Ut referret talionem
Ex affectu intimo.

V. Quaerit Iesum toto corde,
Eius mortem cum maerore
Tractat fundens omni die
Lacrimas pro sanguine.

3. Matris ossa, virgo pia,
Dum defers in Sueciam,
Ne errares hac in via,
Stellam habes praeviam,
Cuius luce Deo duce
Recta petis patriam.
- V. Quot perversi sunt conversi
Sacris tuis monitis,
Quot infirmi sunt curati
Precibus et meritis!

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quanto sese deprimebat
Humilis nobilitas,
Tanto magis elucebat
Nobilis humilitas.
2. Quando Tiberis alte suum
Superabat alveum,
Grave Romae civitati
Minitans exitium,
Haec rogata tactu pedum
Dimovet imperium.
3. Sicut coenobitas fugit
Suis votis non contentos,
Katharina sic diligit
Factis votis delectatos.

Responsoria.

1. Tordonis manum praesulis
Post mortem virgo comprimit,
Hoc, ut fidelem subditis
Impendat curam, innuit,
Quem vivens iuvat gratia
In Romana curia
Pro confirmanda infula.
- V. Quod viva verbis, precibus,
Exemplo, zelo, monitis,
Post mortem fecit nutibus,
Sic salus facta plurimis.

2. Post labores hic completos
Vocaris ad praemium,
In amplexus sponsi laetos
Properas et gaudium.
Gaudet terra, plaudit caelum
Sidus mittens lucidum,
Quod ad tui stetit promptum
Funeris obsequium.
- V. *Stella, quam viderant viri
timorati cum aliis luminari-
bus in aëre, antecedebat funus,
usque dum veniens staret
supra, ubi sacrum pignus
conditum fuit.*

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Sicut Ioseph et Maria,
(Sic) Eghardus et Katharina
Carnali sine copula
Casta fuerunt lilia.
2. Devota meditatio,
Preces et ieiunia,
Iugis humi cubatio
Erant horum media,
Quibus pellebant vitia;
Sequamur haec vestigia.
3. Pompam despexit vestium
Non sequens morem principum,
Hinc oculis nobilium
Ipsius vestis lacera
Divinum per miraculum
Putatur praestantissima.
4. Ab ancillis obiurgata
Gaudens fert ludibria,
A vicinis damnis laesa
Reddit beneficia.
5. O Katharina filia,
Non cedis matri mortua
Miraculorum gratia.
Sancta mater, felix nata,

Nobis per vestra merita
Caeli donentur gaudia.

Ad Benedictus.

A. Gestant reges et magnates
Corporis exuvias,

Multis modis student omnes
Tangere reliquias;
Eius sanctos imitantes
Mores simus humiles,
Ut pro nobis fundat preces,
Deprecemur supplices.

Officia propria sanctorum et aliarum festivitatum ordinis Salvatoris, vulgo S. Birgittae, Romano Breviario accommodata, recitanda a monialibus Anglicanis civitatis Ulyssiponensis. Ulissipone 1690. — Daraus mitgeteilt von Robert Geete in: Svenska Litteratursällskapets Tidskrift Samlaren. 1903, 5—11. — Trotz der jungen Quelle (eine noch jüngere zitiert Chevalier, Repert. Hymnol. Nr. 12 685) nehme ich dies Officium, als ein augenscheinlich älteres Produkt, hier auf. Ad Mat. Hymnus: Exsultet aula caelica.

55. De sancto Kentigerno.

In 1. Vesperis.

R. In septentrionali Wallia,
Non longe ab Albania,
Sancta colit ecclesia
Kentegerni sollemnia,
Cui volatilia,
Ferae, pisces, flumina
Parent ut mancipia
Domino clientia.
V. Eius flatu facula
Sopita pro invidia
Succenditur in Scotia
Sine ignis materia.

Ad Magnificat.

A. Alme praesul Kentegerne,
laudum digne iubilo,
Qui dum lumen tenebroso
praebuisti populo,
Lux scintillis splenduisti
crebris in candelabro,
Tibi laudes decantantes
repraesenta Domino.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Caelestis regem patriae
Adoremus cottidie,

Qui Kentegernum hodie
Coronavit glorifice.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Stirps regalis Britannorum
Kentegernum protulit,
Quem Servanus, vir non vanus,
Litteras edocuit.
2. Iste ab infantia
Iugum portans Domini
Praesulari stragula
Promeruit indui.
3. Aemulorum ausibus
Obviat puerulus
Vitam dando volucris,
Quam necarant invidi.

Responsoria.

1. Christi miles Kentegernus,
plenus Dei gratia,
Regi regum militavit
ab adolescentia,
Qui per eum ampliavit
electorum agmina,

Dum moneret legis hostes
tuba evangelica.

- V. Eructando flumina
salutaris scientiae,
Plebem lavit tepidam
de tabe apostasiae.

2. Mirantes pavent aemuli,
Quod vita redit volucris,
Quam necarant improvidi
Avulso lento capite.
Virtutum haec primordia
Sunt facta in Albania
Per Kentegerni merita,

- V. Qui illaesum quondam rubum
inflammavit stipite,
Sine rogo accendebat
corilum mirifice.

3. Qui elixas condiebat
dapes in lebetibus,
Hunc defunctum lamentatur
herus cum clientibus,
Sed culinae redit vivus
Kentegerni precibus
Albaniam fugientis
citatis anfractibus.

- V. Siste gradum, praebe vadum,
fuga ponti rheumata,
Doctor clamat, ad quem amat
assequens vestigia.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sacro flatu pueri
Conscintillant spatulae
Viridantis corili
Ut faces ignicomae.

2. Pulsat aures Domini
Vox orantis pueri
Pro defuncto famulo,
Qui revixit concito.

3. Stupet Ledonis alveus
Mallenae ructans fluctibus,
Quod salebre divortia
In se grassant reciproca.

Responsoria.

1. Olim fetae arcam Dei
vaccae Dagon obruto
De Accaron ad Bethsames
plaustrant sine scrupulo,
Sic de Ckernach functum tauri
reddunt nullo praevio,
Qui in Glasco funeratur
Kentegerni merito.

- V. More Simeonico
Accepto oraculo
Aeger viso puero
Obiit in Domino.

2. Cultro lupi exaratus
Ager ac tellure satus
Germinavit triticum,
Furibundus rex caecatus
Mitis est illuminatus
Per virum authenticum.

- V. Silvestri apro praevio
Compaginatur praedium,
In quo sancto collegio
Fit Asaph monasterium.

3. Crudi moris rex infaustus
Et exosus clericis
Documentis obviavit
sanctis sicut magicis,
Doctilogum calce pellens
instigante vernula,
Quem festina mors detrusit,
rexque languet podagra.

- V. Qui submersit Pharaonem
Et Goliam obruit,
Regem nequam et tironem
Dira nece perculit.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Kentegernus nunquam nimbi
passus est discrimina,

Nec dumtaxat nix vel grando
eius rigant pallia.

2. Lupino fissum vomere
Agellum sevit pulvere,
Mirante superficie
Albescit caespes segete.

3. Crimen suum palliavit
Regina per anulum,
De profundo quem portavit
Pisciculus laticum.

Responsoria.

1. Aporia ingruente
vir largus dirigit,
Miro modo recreandus
opera, qua vigit,
Cum horrisonum avari
flumen lambens horrea
Classicaret sine rate
ad eius mapalia.

- V. Qui mare scidit Moysi
Et Iordanem Iosue,
Annonam sancto praesuli
Cludam fecit vomere.

2. Cudenti in ferrugine
glauca fabro mittitur,
Quod per culpam incuriae
vado lac effunditur,
Nec commiscetur gurgiti
liquor nec defluitur,
Virtutum in congerie
sic Kentegerni cuditur.

- V. Vervex gregem comitatur
Amputato capite,
Quod in petram transmutatur
Ut uxor Loth Sodomae.

3. Iubente Petrus Domino
Inescat piscem hamulo,
In quo reperto statere
Didragmam iussit solvere;
Sic Kentegerni merito
Reginae piscis baiulo

De stagno aurum attulit,
Quo velut insons claruit.

- V. Reginam rex supplicio
Mortis pro adulterio
Torquebat, sed redemptio
Miranda fit in annulo.

Prosa.

1. Gens Cambrina cum regina
Plaudite tripudio,
Vibex fletus, dolor, metus
Et mortis condicio

2. Iam cassatur et purgatur
Vitali remedio,
Lympha celat, quod revelat
Ichthys herae clanculo.

3. Latet regem, per quam legem
Ditetur cum annulo,
Ensem tortor condit, horror
Sedatur prae gaudio.

4. Laudes ergo Kentegerno
Decantat haec contio,
Metam auro quod reperto
Traxit de ergastulo
Velut insons.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Eia, laudes decantemus,
iubilemus Domino,
Kentegernum venerantes
laudum cum praeconio.

2. Per coronam auream
In peplo angelico
Et columnam flammeam
Notus est in cuneo.

3. Sospitati pristinae
Mortuum mirifice
Kentegernus hominem
Reddidit et volucrem.

4. Benedictus Kentegernus
Gregem suum visitans
Larvas fugat, aegros curat,
Plebs exsultat obvians.

Ipsum omnes proclamemus
cum precum instantia,
Ut de mortis terra ducat
nos ad caeli gaudia.

5. Laudes Deo decantare
Suevit in frigidis
Undis artusque siccare
Super frontem silicis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

Ad Benedictus.

- A. Sacrosanctam Kentegernus
servans parcimoniam
Fame, siti et algore
eius pavit animam,
Dum in aquis decantaret
frigidis psalterium
Ac quadruidano cibo
foveret corpusculum;

- A. O paradoxe pontifex,
Per orbis vasta climata
Quem phalanges uranicae
Et siderum officia
Et elementa omnia
Alternata per prodigia
Carum declarant Domino,
Qui poli regit dindima
Ab illo nobis vendica
Perennis vitae praemia.

Alexander Penrose Forbes, *Lives of S. Ninian and S. Kentigern*, Edinburgh 1874. p. XCIV sqq. „from a ms. Breviary of the latter half of the thirteenth century, lately acquired for the Advocates Library.“ — In 1. Noct. **R** 2, 9 cipite. — In 2. Noct. **R** 1, 6 redant nullo. — **R** 3, 4 sine magicis. — In 3. Noct. Prosa 2, 4 Ixtis (*ixsus*). — Ibid 4, 2 quo aeperto. — In Laud. Ad Bened. **A**, 11 mortis torre. — In 2. Vesp. **A**, 9 vendita.

56. De s. Laurentio Sipontino.

Ad Vesperas.

Antiphonae.

1. Ad hanc urbem Sipontinam
properet Apulia,
Convocetur Beneventum
et victa Campania
Ad colenda patris nostri
festiva sollemnia.
2. Felicissimus Felici
successit Laurentius,
Aulae regis triumphalis
Constantini maximus,
Quo patrono gratuletur
Sipontinus populus.

3. Viduata suo sponso
Sipontina civitas
A Zenone confirmari
cleri petit unitas,
Et concessa illi fuit
patris nostri sanctitas.
4. O Laurenti, membrum Christi,
pontifex mirabilis,
Terris templum recepisti
conditum ab angelis
Et nunc caelestis cum illis
omnibus amabilis.
5. Gratuletur et laetetur
Sipontina contio

Laudes Deo referendo
et sancto Laurentio,
Qui hanc regit et gubernat
suo patrocinio.

Ad Magnificat.

- A. Martyr volens adorari
Et Siponti venerari
Stephanus immobilis
Portu stetit, voto quaerit
Domum sui nominis;
Qua promissa est concessa
Cunctis via facilis,
Et reliquias portantes
Intrant urbem, visitantes
Domum summae virginis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus regem magnum
confessorum omnium,
Qui pastorem nobis dedit
beatum Laurentium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Urbs beata Constantini
genuit Laurentium,
Educavit et instruxit
adiuvans imperium,
Quem donavit Sipontinis
ad salutem omnium.
2. Urbs antiqua Sipontina,
gaudeas in Domino,
Qui te tanti confessoris
munit patrocinio,
Terra regit et gubernat
ac maris navigio.
3. Consecravit hunc beatum
pontifex Gelasius,
Eius magnae sanctitatis
et virtutis conscius,

Rogans verbis et exemplo,
ut putetur socius.

Responsoria.

1. Urbs laetare Sipontina,
gaudeat Byzantium,
Nam quo patre nos laetamur,
dedit illa filium
Ad honorem tui cleri
et salutem civium.
- V. Laudes Deo referas,
Sipontina civitas,
Qui patronum tibi dedit
[beatum] Laurentium.
2. Ut est facta Sipontinis
digna postulatio,
Et Zenonis celebrata
exstitit concessio,
Ad nos pater adventavit
celeri navigio.
- V. Hic martyris Stephani
communitus brachio
Et mamillae Agathae
Caelesti subsidio.
3. Postquam sanctus portum cepit
cum sanctis reliquiis,
Donec votum praesul dedit,
mox stetit immobilis,
Quod celeriter formarat
templum protomartyris.
- V. Hinc intravit civitatem
tendens ad ecclesiam
Matris nostri salvatoris,
dignam petens veniam.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hunc suscepit consecratum
Sipontinus populus
Laudes Deo referendo
quasi gemens servulus
Et pastori obviando
velut patri filius.

2. Vere felix hic monstratur
caeli fultus gratia,
Nam instinctu Michaelis
datur ei filia,
Quae Romanae sanctitati
possit esse socia.
3. Plebs pagana haec impugnans
et Samnitum moenia
Michaelis fulminatu
sternitur per devia
Et prostrata trucidatur
divina potentia.

Responsoria.

1. Tandem Romam consecrandus
vir beatus adiit
Et Gelasio sacratus
felix praesul rediit,
Sed a Deo informatus
sanctitate praefuit.
- V. Hic inunctus et instructus
Romano pontifice
Digna lege in hac sede
Multis annis praefuit.
2. Hunc beavit et artavit
Michael archangelus,
Dans favorem, ut sub eo
sit Montanus populus,
Qui pro loci sanctitate
dicitur Angelicus.
- V. Hic hortatu Michaelis
cepit ius regiminis
Civitatis atque cleri
et caelestis lapidis.
3. Turba Neapolitana
bello citans Samnium
Et Siponti ut pagana
quaerens exterminium,
Fulgur sensit malesana
et humanum gladium.
- V. Nam beatus praesul noster
hoc vidit per somnium,
Quod virtute Michaelis
iret in exitium.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hunc dum Totila impugnat
trucem equum dirigens,
Quasi agnum mitigavit
super illum residens,
Et ad regem properavit
multa signa faciens.
2. Civitate liberata
condidit ecclesiam,
In qua totam designavit
Siponti parochiam,
Qua pictura prophetavit
teneri memoriam.
3. O Laurenti, membrum Christi
et comes mirabilis,
Postquam carnem exivisti,
iam regnas cum angelis,
Sed ut felix exstitisti
es et venerabilis.

Responsoria.

1. Haec dum Totilae flagellum
obsideret moenia,
Ferum equum sancto misit,
multa plenum mania,
Quem sedavit equitando
sanctitate nimia;
- V. Quem ut vidit rex crudelis
remissa saevitia,
Condonando civitati
remisit ad propria.
2. Hic habendo prophetiae
sanctitatem duplicem
Aulam fecit praecursoris
depingendo silicem,
Quam parochiae praedixit
recuperandae vicem.
- V. Hic habendo sanctitatis
et virtutis calicem
Ad pingendum suae manus
adaptavit pollicem.

3. Laudes Deo hoc in festo
demus annis singulis,
Quia stetit ut in terris
patronus mirabilis,
Sic in caelo stat cum Deo
et regnat cum angelis.

V. Gaudeamus et ad preces
nunc sit quisque humilis,
Nam, ut fuit hic benignus,
cunctis venerabilis.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Praesens festum venerantes
laudes demus Domino,
Qui Sipontum exaltavit
tanto beneficio,
Et hanc aulam assignavit
beato Laurentio.

2. Gaude, puer, gaude, senex,
gaudeat et iuvenis
Sipontinae civitatis
decus portans luminis,
Et hoc festo cantet clerus
dulce melos carminis.

3. O Laurenti, pater pie,
audi preces populi
Te clamantis et precantis,
tui devoti filii
Ut sint tibi commendati
velut veri servuli.

4. Gaudeamus et laetemur,
clerici et milites,
Et nobiscum gratulentur
nobiles et humiles,
Et hac die nuptae cantent,
et exsultent virgines.

5. Hic Eliae, Deum rogans,
sensus cepit duplicem,
Nam futura praesignavit
et sanavit debilem
Ac superbum conculcavit
et erexit humilem.

Ad Benedictus.

A. Res miranda et colenda
Siponti per saecula,
Quo, Laurenti, tibi dedit
angelus oracula,
Beneventum simul sensit
tua beneficia,
Et domita sub te fuit
Totilae superbia.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Lumbos cinxit et praecinxit
beatus Laurentius
Ac lucerna fulgens fuit
et servorum servulus,
In hac sede digna sedit
sanctitatis cumulus.

Acta SS. Febr. II, 62 sq. — Vorher (p. 56) die Note: Triplicem illius vitam damus, quam ex veteri codice manu in membrana exarato, qui in ecclesia Canonicorum Sipontinorum Manfredoniae asservatur, descriptam nobis transmisit Antonius Beatillus noster [S. I.]. . . . Tertia non tam vita est, quam Antiphonae et Responsoria, ut vocant, Officii ecclesiastici. . . . Porro duplex erat horum metrorum exemplar: unum priori Vitae praefixum, alterum secundae, in lectiones partitae interiectum.“ Der Text ist nach dem ersteren mitgeteilt; Varianten aus dem zweiten: In 1. Noct. **R** 1, 3 Nam quem patrem laeta tenes. — **R** 2, 1 Ut ex facta a Siponto. — In 2. Noct. **R** 2, 1 beavit et ornavit; zu arctavit am Rande die Bemerkung: alias dotata. — **R** 2, 4 zu Montanus am Rande die Bemerkung: Garganus. — In 3. Noct. **A** 3, 3 carnem exuisti. — **R** 1, 4 plenum insania. — **R** 3, 3 Qui fuit ut. — Das zweite Exemplar schließt mit dem 3. Resp. der 3. Noct. In dem ersteren folgt nach dem eben genannten Resp. samt Versikel noch folgendes „Aliud Responsorium“:

Caeli aulam dum mandaret
pontifex Gelasius
Consecrari, convenerunt
primitus Laurentius,
Hi[n]c Sabinus Canusius,
Salpensis Palladius
Et Iohannes Rubesanus,
Tranensis Eutitius
Et cum illis Venusinus
affuit Austerius.
Hoc vetavit Deo missus
Michael archangelus
Dicens: Domum istam feci
et sacravi caelitus.

V. Quibus visu dum astaret
summi regis nuntius,
Ut cessarent ab incepto
monuit archangelus.

57. De s. Leonardo Lemovicensi.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

Antiphonae.

A. Confessor Christi,
sublimi proxime patri,
O Leonarde tuis
hodie succurre ministris,
Digna laude tua
recolentibus inclita festa,
Et, qui peccati
sumus undique mole gravati,
Clemens dignare
relevando iustificare.

1. Christe, tui sancti
confessoris Leonardi
Laude pia praesta
nobis sacra solvere festa.
2. Adflictis operante Dei
virtute potenter
Auxilium meruit
conferre salubre frequenter.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

3. Hic vir despecto
mundi praesentis honore
In sancto studuit
Domino servire timore.
4. Hinc algore, fame
fragilis instantius artus
Corporis edomuit,
daret ut sibi praemia Christus.

Cuncta gubernantem
Dominum laudemus in unum,
Qui famulum dignum
sibi praevидit Leonardum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

5. Iste, salutaris
baptismi gurgite tinctus
Est fidei verae
prudenter dogma secutus.

1. Hymnis almiluis
Christo pariter iubilemus,
A quo supremum
decus est Leonardus adeptus.

2. Hic aetate tener
didicit mundana cavere,
Mundo corde Deo
satagens et mente placere.

3. Sedulus ardenti
studio praebebat ovanter
Auditum sacris
evangelii documentis.

Responsoria.

1. Servus Christi Leonardus,
coruscans virtutibus,
A primaevo coepit Deo,
servire attentius,
Sanctitatis incessanter
insistens operibus.

V. Claruit eximiis
Francorum gentibus ortus.

2. Sanctitate roboratus
fidelis Christi famulus
Erat, rebus vir benignus
perfectus in omnibus,
Trinitati summae semper
obsequens viriliter.

V. Edidit hunc alitrix
Gallia nobiliter.

3. Elegit sanctum
de plebe Deus Leonardum,
Nomine, virtute
magnificavit eum.

V. Solveret Vae, quosque
vinctos, sanaret et aegros.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. In terris degens
Christi miles Leonardus
Membra voluptati
carnis sua non dedit ulli.

Dreves, Historiae Rhythmicæ.

2. Qui postquam coepit
probitatis viribus uti,
A Domino meruit
dare morbida membra saluti.

3. Fulget in excelsis
coniunctus coetibus almis,
Perpetuo potiens
doni cum principe summo.

Responsoria.

1. Incrementis adulescens
Bonitatis hic succrescens
Tanta Dei sublimari
Gratia promeruit,
Ut reginae aegrotanti
Prae dolore pariendi
Sospitatem redderet.

V. Ad Dominum lacrimando
preces fudit Leonardus.

2. Vere miranda
magnalia sunt Leonardi,
Noverat adflictis
dare caelica commoda cunctis,

V. Quo fundente preces
[vina fiunt] latices.

3. O felix dilecte Deo
Leonarde coheres,
Custodi nos et
nostri dignare reatus
Iam nexus laxare tui
virtute precatus;

V. Nobis ergo bonus
petimus succurre patronus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Demus digna Deo
laudis praeconia summo,
Qui sibi dilecto
regna dedit Leonardo.

2. Iste Dei sanctus
divino robore fretus
Sanavit multos
morbi valetudine pressos.

3. Te, clemens, aeterne Deus,
proni rogitamus,
Suscipe vota precum
tibi devote famulantum.

Responsoria.

1. Quidam servus Leonardi,
dira vinctus compede
Augebatur taetrae trusus
angustia speleae,
Cui sanctus in vestitu
candido apparuit
Atque potenter eum
solvit et eripuit.

V. Ecce, daturus opem
tibi misertus ait: assum.

2. Miles erat positus
angustiis artis in antris,
Qui graviter diris
constringebatur habenis,

V. Huic Christi famulus
mox subvenit Leonardus.

3. O beati Leonardi
veneranda praeconia!
O immensae admiranda
caritatis opera!
Qui, dum saeculi des exit
[prospera] labentia,
Supernae felicitatis
promeruit gaudia.

V. Reddidit aegrotos
validos, alacres tribulatos.

4. O disruptor vinculorum,
Pater et dux captivorum,
Conservator infantium,
Liberator praegnantium
Et curator languentium
Superatorque daemonum,

Leonarde, fidelium
Audi preces servulorum,
Impetrans nobis gaudium
Ante regem saeculorum.

V. Reginam et plebem
qui succurristi
Ac regem dolentem
qui confortasti,
Leonarde.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Laudibus alma tui
dilecti festa colentes
Fac pie provisi,
Deus, heredes paradisi.

2. A puero sanctus
athleta Dei Leonardus
Moribus, eloquiis
praefulsit et actibus almis.

3. Iste salutaris
baptismi gurgite tinctus
Est fidei verae
prudenter dogma secutus.

4. Sancti Remigii
veris rutilans documentis
Elegit placitam
Domino deducere vitam.

5. Digne iam superis
est civibus associatus,
Qui culmen renuit
praesumere pontificatus.

Ad Benedictus.

A. Alme Deus trine,
qui cuncta regis sine fine,
Agminibus concede piis
meritis Leonardi
Iustorum nos spirituum
feliciter addi.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O bone protector,
clemens Deus, optime rector,

Custodi famulos
semper ab hoste tuos
Et fer opem nobis
ipsius propter amorem,
Cuius sollennem
das celebrare diem.

Offic. ms. S. Leonardi Lemovicens. saec 15. Cod. Sangenovefian. 122 (BBL. Fol. 32). — In 1. Noct. **R** 1, 2 fidei coruscans. — **R** 1, 4 regi summo servire. — In 3. Noct. **A** 2, 3 Sanat. — **A** 3, 4 famulatum. — **R** 1, 7 sq. Pentameter. — **R** 3, 7 sq. promeruit felicitatis. — Hymnen de Communi.

58. De ss. Liberata et Faustina.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

Ad gloriam
Dei et fidelium
Discretionis
verae celsitudini
Innotescat
sacratissimas virgines
Liberatam et Faustina
Secundum carnem sorores
Nobiles quidem genere,
Sed longe nobiliores
Vita et conversatione.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Agnum, sponsum virginum,
Venite adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virginibus sacris
pangamus carmina laudis,
Ut penetret caelos,
quod damus, ecce, melos.

2. Virgo Liberata

Ioannatis libera nata,
Et Faustina soror,
candida sicut olor,

3. Moribus ornatae

claraque propagine natae,
Spreverunt aevum
suntque secutae Deum.

Responsoria.

1. Mentis tuorum visita,
Christe, redemptor omnium,
Et nos salva per merita
Tam beatarum virginum,
Quae per mundi climata
Tibi dant obsequium,
V. Quocumque pergis, virgines
Sequantur atque laudibus
Post te canentes cursitant
Hymnosque dulces consonant.

2. Liberata et Faustina

Sorores tunc geminae,
Mundi recusant nuptias
Sancto calentes flamine,
Modo metunt manipulos
Pro rite iacto semine.

V. *Eantes ibant et flebant mit-*
tentes semina sua.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgineas mentes
miroque pudore nitentes
Replevit citius
spiritus, ecce, pius.
2. Quando virum flebat
laniataque crine dolebat
Gemitu miro
sponsa relicta viro,
3. Tunc animos vincunt,
opes patriamque relinquunt,
Perdiderant matrem
destituuntque patrem.

Responsoria.

1. Templā struunt, vigilant,
ieiunant, iugiter orant,
Carnis membra domant
Christoque placere laborant,
- V. Haec nempe mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputant.
2. Dolebat pa-
ter lugens nimium,
Coniunx cessit
nullum (hinc) consilium,
Quis super his
dabit auxilium.
- V. *Fuerunt illi lacrimae
suae panes die ac nocte.*

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sic duce Marcello
devicto denique bello
Comum tunc quaerunt
donaque multa ferunt.
2. Igitur hic orant
commissaque crimina plorant
Pluraque templā struunt,
flumina prope fluunt.

3. Finis sic vitae
fuit illis denique rite,
Suntque labore brevi
regna secuta Dei.

Responsoria.

1. Virgineos artus
replevit spiritus almus,
Funera, cum flebat
coniunx orbata marito.
- V. *Deduxit eos Dominus in
portum voluptatis suae.*
2. Sic Comum properant,
opibus patriaeque resignant
Armillasque ferunt
et munera plurima secum.
- V. Has iustus sequitur,
Marcellus nempe sacerdos.
3. Urbs Comensis gratuletur,
Hymnis tota iucundetur
Hodie clementius,
Quam thesauro tam praeclaro
Sublimavit Dominus.
- V. *Gaudeat terra nostra, tantis
irradiata fulgoribus et tan-
tarum virginum splendore
lustrata, totius saeculi sentiat
se amisisse caliginem.*

In Laudibus.

Antiphonae.

1. O felix virginitas,
quae Christo dum attendit,
Omnem mundi gloriam
prorsus vilipendit.
2. Quam felix germanitas,
quae se talem exhibuit,
Quod in caeli solio
consociari meruit.

3. Propter fidem sedulam
Suae caritatis
Quasi bina lilia
Odorem dant suavitatis.

Comensis ecclesia
totaque resultat.

In 2. Vesperis.
Ad Magnificat.

4. Benedicat terra Deum,
Quae sic est ditata,
Quod tantarum virginum
Membris est lustrata.

- A. Sponsae Christi carissimae
Spretis mundi illecebris
Piis vacabant studiis,
De corporis ergastulo
Ergredientes libere
Regna tenent caelestia;
Cuncti fideles, plaudite.

5. Virginum corporibus
nimium exultat

Brev. sec. ritum patriarchalem Comensis ecclesiae imp. Comi (Gotardus de Ponte) 1519 et 1523. — In 1. Noct. **R** 3 prosaisch. — In 2. Noct. **R** 3 prosaisch. — In Laud. Ad Ben. **A** prosaisch.

59. De s. Lucia Salernitana.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

Crucis Christi delicias
Informat haec novitias
Exemplis et doctrina.

1. Iam splendor, lumen luminum,
[In] Ecclesia micuit,
Nam lux, quae radiavit,
Lucia, consors virginum,
Candor lucis apparuit,
Ad caelos evolavit.

5. Virgo Lucia, gaudeas,
In laude semper floreas
Ad Christum perduc florem,
In annis puellaribus
Delectamenti facibus
Spretis quae das odorem.

2. Cuius perfecta sanctitas
Per mundum duxit rivulos,
Qui scaturiant, aquarum,
Istius fontis claritas
Sororum traxit ramulos.
Ad matrem filiarum.

Ad Magnificat.

3. Haec virgo spernens gloriam
De mundo fert victoriam
In ordine Minorum,
Dumque Francisci studia
Sectatur, est in gratia
More patrum priorum.

- A. O proles nobilium,
O virgo, splendens lilium,
Ex te sidus claruit,
Quod nos illustravit,
Castitas per saecula,
Refulgens Christi vernula,
Lucia lux micuit,
Quae crucem amavit.
In te rosa rutilat,
In te fructifer pullulat
Requiescens spiritus,
Dulcis vis odorum,
Cuius replet sanctitas
Sorores Christo deditas,
Per te nobis aditus
Pateat polorum.

4. Lucia docens filias,
Cuius est ad iuenculas
Caelestis disciplina,

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi, qui mundo claruit,
Cuncti demus honorem,
Lucia cruci prae-buit
Crucem amans amorem.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Haec virgo prudentissima,
Virgo fulgens, flos florum,
Lucia splendidissima
Virginum intrat chorum.
2. Francisci tenens formulam
Haec virgo Deo grata
Illuminavit regulam
Sponso Christo dicata.
3. Mundi spernens delicias
Vult Christum invenire,
Per corporis miserias
Ad caelum studet ire.

Responsoria.

1. Francisci sequens regulam
Cum sancta paupertate,
In voto Christi sedulam,
Perfectam caritate,
Lucia virgo plantulam
Se plantat sanctitate.
- V. O iuvenem virgunculam,
Quae se Christo tam parvulam
Dedicat castitate.
2. In mundo spernens vivere
Mundum suppeditavit,
Quae morum fulgens opere
Sorores informavit,
Sic botrum Christi colere
Studens fructificavit.
- V. Dum fructus venit legere
Legionis fructiferae
Fructus multiplicavit.

3. In paupertatis nidulo
Iacens virgo sacrata,
Virtutum pollens titulo
Christo configurata,
Sine nummorum loculo
Vivit alleviata.

V.
.
.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Pauper affectans vivere
Pauperibus se vinxit,
Adnullans se in cinere
Cilicio [se] cinxit.
2. Tamquam fidelis docuit
Sorores castitatem
Et semper eas monuit
Sectari sanctitatem.
3. Delectat evangelium
Christi semper audire,
Desiderat in superum
Gaudium introire.

Responsoria.

1. Haec est virgo paupercula
De numero prudentium,
Amatrix margaritae,
Quae castigatur ferula,
Sorores paenitentium
Docens: istic venite;
- V. Cunctis datur haec formula:
Quem gessit virgo filium,
Ad ipsum omnes ite.
2. Amica crucis plangere
Crucifixum non desinit,
Quem docens ipsa plangit
Pro dulci ferens pondere,
Crucis iugiter meminit,
Nec eam dolor angit;

V. Per crucem credens vivere
 Psalmos huic dulces concinit,
 Quam tractans manu tangit.

3. Vivens [in] caeli gaudio
 Lucia cum tripudio
 Cum Christo iucundatur,
 Splendorem dans palatio
 Lux lucet, cuius radio
 Mundus illuminatur;

V. Cursu laboris praevio
 Sursum felici bravio
 Fruens deliciatur.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Crucem diligens iugiter
 Cordi suo adfixit,
 Quam dulce pondus suaviter
 Eam laedens adfixit.

2. De petra trahit oleum
 Et de rosa odorem,
 De testa crucis rubeum
 Et lili candorem.

3. Virgo Lucia macerat
 Corpus se flagellando,
 Sic ad caelestem properat
 Curiam exultando.

Responsoria.

1. Carnis virgo
 spernens delicias
 Metit granum,
 excutit paleas,
 Caeli solum
 captat divitias,
 Deo laudis
 offert primitias;
 V. Virgo virtutes varias
 Sponso portat ad nuptias.

2. De paupertatis horreo
 Dum studet spicam vellere
 Virgo, suo corporeo
 Dum castigatur verbere,
 Fit panis, quem offert Deo
 Pro sui fructus munere;

V. Sic pro pane cinereo,
 Quem fletu rigat ubere,
 Pane cibatur melleo,
 Quod est cum Christo vivere.

3. Felix virgo, quae laetaris
 Gaudio polorum,
 Quae cum pace iam cibaris
 Pane angelorum,
 Quaesumus, reminiscaris
 Supplicum tuorum,

V. Iam corona puellaris
 Tibi datur pro amaris
 Vitae meritorum.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Sancta Lucia gaudeat,
 Choris [con]iuncta virginum
 Habet, quem adamavit;
 In caelo gaudens floreat,
 In quo lucet lux luminum,
 Qua Dominus regnavit.

2. Agnus vocat ad nuptias,
 Invitat ad delicias
 Luciam castitate,
 Non quaerit haec inducias,
 Sed spernit mox divitias
 Pro Deo, iubilare.

3. Haec in te tota sitiens,
 O tu fons indeficiens,
 Deus, ad te de luce
 Vigilavit, quem diligens
 Frequentavit non neglegens,
 Amplexans te in cruce.

4. Amatrix crucis Domini
Det crucifixi nomini
Gloriam tractans crucem,
Hanc tenet manu dextera
Ut benedicant opera,
Per quem transit ad lucem.

5. Laudans factorem omnium
Monet turbam fidelium
Hunc solum [adorare],
Quem cymbalis pulsantibus
Et tympanis sonantibus
Non cessat personare.

Ad Benedictus.

A. O lux lucens ecclesiae,
Virginis tam egregiae!
Amat Lucia pauperes,
Spernit mundi degeneres
Mens intus ditata,
Cuius in claustro lectulus
Pauperculus et nudulus,
Crucifixo coniungitur,
Christo passo conectitur,
Cruci conformata;
Post finis sui terminum
Virgo cum turba virginum
Scandit ad caelos fulgida,
Splendet ut lumen lucida,
Pulchre laureata.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Gaude, plebs fidelium,
Plaude, conventus ordinum,
Lucia, candor virginum,
Tuum lauda factorem,
Tibi dantur monilia
Gemmis effulgentia
Dantibus splendorem.
O vita caelestium,
Quae lampade non vacua
Venit ut virgo fatua
Oleum non ferens,
Sed evigilans aperit,
Sponsum digne repperit,
Hunctoto corde quaerens.

Alia Antiphona.

O Iesu, lux signorum,
Fons luminum et stella
Signis radiosa,
Dulcissimus flos florum
Manat ex tua cella,
Virgo speciosa.
Ex rosis hunc hortorum,
Lucia nobi(li)s bella
Radiat ut rosa.
Balsamus unguentorum,
Tus, cedrus et fiscella
Non sic pretiosa,
Sicut est vis odorum,
Quo replet nos puella
Signis gratiosa.

Offic. ms. S. Mariae Magdalenae Salernitanae saec. incert. s. n. Daraus bei Caietanus, Octavius, Vitae Sanctorum Siculorum, Panormi 1657, Tom. II. Animadverss. p. 70 sqq. — In 1. Vesp. A 1, 5 luci. — A 2, 3 Per multum. — A 3, 4 studium. — A 5, 3 produc. — Ad Magn. A, 14 Christo dedicatas. — In 3. Noct. R 3, 9 In te meritorum. — A 5, 3 solem. — Hymnen: Exsultemus et laetemur Ad Vesp. et Noct. und Summi regis palatio (ad Laudes). Das Officium folgt dem des hl. Franciscus s. Assisi.

60. De s. Lucia de Monte Virginis.

In 1. Vesperis.

R. Extremum peragens
felix Lucia laborem

Virgo beatorum
merito perrexit in arcem,
Qua divina videns
diademata virginitatis

Fulgebit semper;
tua nunc solacia praebens
Sidereum regem
nobis deposce favorem,

V. Implora veniam,
cura nos, cuncta secunda.

Ad Magnificat.

A. Sponsa Dei, Lucia, memor
[huius] esto catervae,
Quae tua gesta canens
a te petit auxiliari,
Natalis cum grata tui
sollemnia pollent,
Et te quaerentes
scelerum fac peste carere.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Praecelso regi,
cui machina subiacet orbis,
Qui sibi sacravit
Luciam dote beatam,
In labiis huius
memores et corde canamus.

In 2. Nocturno.

R. Flos sudans rorem
ascendit ad montis honorem
Et super hunc florem
Deus inspiravit odorem,
Flos virgo, ros grata salus,
odor aura salutis.

In 3. Nocturno.

A. Multorum dulci
medicamine vulnera curans,
Aula Dei radians,
domus et deitatis amica,

Fer curam nostri
nobisque, benigna, faveto.

Responsoria.

1. Carnis terens
adulescentiam,
Dei tantum
quaerens notitiam,
Regnum linquens,
notos et patriam,
Gressum vertit
in Lotharingiam;
V. *Optans Christo sponso con-
iungi voluntarie mundanam
vicit gloriam.*

2. O lampas ecclesiae,
Rivum fundens olei,
Medicina gratiae,
Nutrimentum fidei,
Tutelam praesta pavidis,
Calorem minus fervidis,
Languidis medelam.
V. In te [virgo] veritas,
Oliva fructifera,
Cuius lucet puritas
Et resplendent opera.

In Laudibus.

Antiphonae.

2. Gaudia festivae
percurrant ora diei,
Christicolae plebis
celebrat qua laeta [caterva]
Virgineum decus ad
laudem Domini Luciam.

3. Haec est virgo nitens,
quae clara iam tibi sponsa
Obviam processit,
factura perenniter illic
Obsequii pensum,
divis sociata choreis.

4. Aula capax lucis
verique domus pia solis,
Quae medicante manu
miseros compassa fovebas,
Nunc petimus nostris
occurre per omnia morbis.

5. O felix ancilla Dei,
nos pondere pressos
Exonera et fessos
mordacibus exue culpis,
Aetheris et pateat
te supplice ianua nobis.

Acta SS. Sept. VI, 101. „Ex apographo transmissio,“ leider nicht vollständig mitgeteilt. — In Laud. A 3, 2 iam te. — A 3, 4 illi.

61. De s. Marcellino Ebredunensi.

Lectio 1.

O beate Marcelline,
glorioso pontifex,
Qui fuisti praedicator
et dux innocentiae,
Intercessor sis pro nobis
ad regem clementiae.

Lectio 2.

Qui ab Africa venisti
te ducente Domino
Parentibus inconsultis
et relictis omnibus,
Citra mare remeasti
versus partes Alpium;
Impetra, ut deleantur
sordes nostrum omnium.

Lectio 3.

Benignissime confessor,
domino praedilectus,
Qui serpenti venenoso
eras non incognitus
Et sodalem elegisti
beatum Vincentium,
Ut opprimeres errorem
perfidorum omnium,
Praebe nobis, te rogamus,
bonum patrocinium.

Lectio 4.

Sancte pater Marcelline,
nobilis progenie

Fideque nobilior
erga regem gloriae,
Per diversas mundi partes
docuisti populum,
Ut errorem relinquendo
sequerentur Dominum;
Funde preces, deprecamur,
pro nobis ad Dominum.

Lectio 5.

Sanctissime Marcelline,
Pontifex egregie,
Illustrator veritatis,
monstrans viam veniae,
Custos gregis Iesu Christi
[et] doctor assiduus,
Nomen suum praedicasti,
electorum socius,
Sis tuorum devotorum
adiutor perpetuus.

Lectio 6.

Pater sancte, Marcelline,
nobis suspirantibus
Manum tuam sic extende
cum fletu poscentibus,
Ut exutos a peccatis
in caeli palatio
Tuis precibus oblatis
caelorum altissimo
Valeamus collocari
cum sanctorum gaudio.

Brev. Ebredunense imp. Lugduni 1520. — Diese Lektionen folgen auf das Officium votivum des Heiligen mit der Bemerkung: „Sequentes lectiones possunt dici, quando placuerit.“ — Lect. 2, 1 Qui ab infantia venisti. — Lect. 3, 5 sodalam.

62. De sancta Martha.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Assunt festa magnifica,
Nova pangamus cantica
In laude Christi hospitae.
2. Martha Dominum suscepit
Et sollicite refecit
In hospitio suo.
3. Iesus Martham peramabat,
Se tangentem ipsam sanat
A profluxu sanguinis.
4. Erat Martha valde pia
Et fecunda et benigna,
Gratiosa omnibus.
5. Hanc baptizat Maximinus,
Vir praeclarus et divinus,
Et custodit sedule.

Ad Magnificat.

- A. O praeclara
Domini hospita,
Roga Deum,
ut nostra debita
Pietate
relaxet solita
Nosque ducat
ad regna caelica.

Ad Nunc dimittis.

- A. O felix Dei famula,
Digna laude per saecula,
Martha, Christi discipula,
Pro nobis deprecare,

Ut a peccatis expiati
Efficiamur Deo grati
Et in caelis collocati
Digne possimus dicere
Alleluia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Sanctae Marthae hospiti,
Christo iubilemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanctae Marthae sollemnia
Nobis assunt celebria,
Iucunda, salutaria.
2. Sancta Martha interpellat,
Christum iudicem appellat
Pro sororis requie.
3. Iesus Christus pascebatur,
Martha vero laetabatur
Pro suscepto Domino.

Responsoria.

1. Splendent Marthae sollemnia,
Tota Christi ecclesia
Petat eius suffragia;
V. Plebs fidelis et devota
Festum colat mente tota
Marthae, Christi hospita.
2. Beata Martha nobilis,
Carne Christo amabilis,
Exsultat Iesu Domino
Suscepto in hospitio;

V. Sancta Martha satagebat,
Soror vero audiebat
Verba Christi dulcia.

3. Prece Marthae Lazarum
Christus suscitavit,
Iam foetentem mortuum,
Quem ipse amavit;

V. Dei gloriam videbis,
Ait Christus, et habebis,
Martha, si credideris.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sancta Martha egregia
Stirpe descendit regia.
2. Fecit se foras deferri,
Ut caelum possit intueri
Et poni in cinere.
3. Passio dum legitur
Christi, Martha transit,
Ut *In manus* dicitur,
Spiritus emit.

Responsoria.

1. Aqua sancta iacitur
Ad draconis mortem,
Christi crux ostenditur,
Quem ligat ut ovem,
V. Dei freta pietate
Populoque comitante
Ad draconem properat.
2. Fecit Martha statuum,
Ornatam veste fimbria
Ad Domini imaginem;
- V. Herbae sub illa crescentes
Atque fimbriam tangentes
Multos sanant languidos.
3. Iesus Marthae obitum
Funere levavit,

Quae per annum integrum
Febre laboravit,

V. Laudes Christo referebat,
Febres magnas sustinebat
Corde semper hilari.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Adest dies laetitiae,
In qua Martha egregia
Sedem recepit gloriae.
2. Iesus, Fronto episcopus
Corpus Marthae sepeliunt
Officiumque finiunt.
3. Hospes mi, pauperulam
Tuam me custodi,
Caelesti hospitio
Facias reponi.

Responsoria.

1. Ante sui obitus
Octo dierum spatium
Videt sororis animam
Duci ad caeli curiam;
- V. Sonant voces peramoenae,
Animaque Magdalenae
Ducitur ab angelis.
2. Sancta Martha praesentiens
Suum vicinum exitum
Astantibus innotuit,
- V. Ut attente vigilarent
Obitumque observarent
Accensis luminibus.
3. Veni, mea
dilecta hospita,
Intra mea
regna caelestia,
Ut gaudeas
per cuncta saecula.

V. Tuo me hospitio
Suscepisti, Martha,
Ego te recipio
In sanctorum sancta.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Martha sine alimentis
Atque navis armamentis
Cum multis includitur.
2. Servos suos Christus pavit,
A periculis salvavit
Misitque Marsiliam.
3. Tandem ad quam adierunt
Populumque converterunt
Fidei ad gratiam.
4. Erat ibi quoddam nemus,
Ubi draco erat saevus
Mirae magnitudinis.

5. Sancta Martha nemus intrat
Et draconis collum ligat
Proprio cum cingulo.

Ad Benedictus.

A. O lucis invisibilis
Amatrix, Martha nobilis,
Nostros depelle tenebras,
Quae luce caeli habitas.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

O salvatoris hospita,
Beata Martha inclita,
Nunc felix iuncta Domino,
Ora pro nobis miseris,
Ut sociemur superis.

Antiph. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVII. add. saec. 15. A. — Brev. ms. Civitatense anni 1476. Cod. Civitaten. LXXIV (28) B. — Auch in Antiph. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten. XLIV. — Antiph. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten. XXXIX. — Brev. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Archiep. Utinen. Oct. 10. — In 1. Vesp. Ad Magn. A, 4 delicta B. — In 3. Noct. R 3, 4 caelica AB.

63. De sancto Matthaeo.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Gaude, diva
radix levitica,
Tanti rami
dans nobis gaudia,
Magis tamen
plaudat ecclesia
Apostoli
dotata gloria,
Matthaei re-
gnantis in patria.
- R. Dum Matthaeus Christum fatur,
Maurorum regis filia

Vivo verbo inspiratur
Caelibum tunc constantia,
Sicque Christo desponsatur
Insignis Ephigenia,

V. Quae lilium
sibi convallium
Habet iunctum,
Mariae filium.

Ad Magnificat.

A. Transfert Dei
ad Mauros filium
Matthaeus dans
eis consilium,

Ut credentes
post hoc exsilium
Suscipiant
triumphi lilium.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Virginalem puerum
Ore collaudemus,
Apostolorum Dominum
Mente adoremus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Fontem vitae reserare
Venit Matthaeus Mauriam,
Veram lucem nuntiare
Reis donantem veniam.

2. Morem gerens hominis
Deum incarnatum
Describit et nominis
Sui caelibatum.

3. Documentis populum
Erudivit gratiae,
Praemii nunc cumulum
Tenet Dei facie.

Responsoria.

1. Mundum gyrans
percurrit stadium,
Gentes caecas
vocat ad bravium,
Hostem fugat
assumens gladium
Verbi vi clavium.

V. Fontem vitae monstrat
Christi, qui proclamat:
Quicumque sitiat,
Veniat et bibat.

2. Transit gentes
alienigenas,
Mauros, Indos
et Macedonicas
Iugo Christi
subdens terricolas,
Parans caelicolas;

V. Vocatus a
Christo dixit: Assum;
Quem promovit
mox in apostolum.

3. Patriarcha orphanorum,
Exterge sordes mentium,
Luctus aufer pupillorum
In hac valle gementium
Et in coetu angelorum
Consortes fac gaudentium.

V. Rex coronat
fortes et pugiles,
Christo iungat
Matthaeus humiles.

In 2. Nocturno.

1. Domesticis, inquilinis
Et dogma evangelicum
Christus nuntiis cum binis
Mittit et apostolicum.

2. Agonizans
claret miraculis,
Plebem munit
divis signaculis,
Parans iugi-
bus tabernaculis.

3. Atrox carnis martyrium,
Susceptas plagas vulnerum,
Perfidorum ludibrium
Habebat ad solacium.

Responsoria.

1. Huius corpus
lictor transforat,

Quando Christi
corpus consecrat;
Dante Christo
Sic mors abscesserat,
Vita redierat.

V. Mox assistit
caeli militia
Ducens illum
ad vera gaudia.

2. Cunctos salvavit languidos
Oppressos vi daemonii,
Peccati faece morbidos
Vi Christi [sanat munii];

V. Signis, verbis
reficit variis
Aethiopes
sponsi cellariis.

3. Radiavit splendens
miris prodigiis,
Missus in salutem
terrarum filii
In effecto rutilo,
Quos curavit,
Baptizavit
Errorum pulso nubilo,
Gaudens cordis iubilo.

V. Coniunctus sanc-
torum solacio
Illic plaudit
[laeto] tripudio.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Eligebat sanctus
Mundi ludibrium,
Tale Christo tantus
Dāns sacrificium.

2. Rubens martyr sanguine
Fide gratulatur,
Deum poli agmine
Clare contemplatur.

3. Orat prece sedula
Deum clare visum
Nobis dare per saecula
Tuum paradisum.

Responsoria.

1. Verbo vitae
dum pascit populum,
Peccatorum
frangens ergastulum
Beatorum
promittit poculum
Simulque saeculum;

V. Ex abundanti gratia
Praestat caeli palatia.

2. Visitanti
desertas Indiae
Partes minas
pater invidiae
Dat Matthaeo,
plebes perfidiae
Ad adyta
vocat tragoediae,

V. Per quem tamen
eversor latriae
Effugatur
a pagis Mauriae.

3. Opem, Christe, promisisti
Apostolos laudantibus,
Dum per eos transmisisti
Salutem oberrantibus,
Semper ergo nos fac sisti
Tibi tuis astantibus.

V. Qui Matthaeum adiunxisti
Felicium agminibus,
Nos a morte salva tristi
Eius beatis precibus.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Sidus oppressum nebula,
Humano latens pallio,
Nunc claritate sedula
Splendet in caeli solio.

2. Datus mundi vespere
Mundo senescenti
Parare in aethere
Vitam paenitenti.

3. Anguis fraude lividus
Mauros excaecavit,
Quos Matthaeus fervidus
Fide, spe sanavit.

4. Ore, corde pariter
Levi veneremur,
Cuius prece iugiter
Nece protegemur.

5. Supplex assessor iudicis
Christo supplicabit
Pacem, quam viris caelicis
Digne impetrabit.

Ad Benedictus.

A. Dum Matthaeus
Christum annuntiat,

Plebis clamor
mortuum resonat
Regis fili-
um, quem resuscitat
Sicque Mauros
errore liberat.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O lux Macedoniae,
Sceptrum maiestatis,
Candor Aethyopiae,
Hortus voluptatis,
Venam fontis gratiae
Reserasti gratis,
Illustrator Indiae,
Nos adde beatis.

Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Carlsruhe. St. Pet. 32. — In
1. Vesp. Super Ps. A, 6 plaudet. — R, 7 sq. sibi lilium. — R, 9 vinctum.
— Ad Magn. A, 7 sq. Triumphi suscipiant. — In 2. Noct. A 2, 3 Plebs.
— R 2, 4 Vi Christi daemonii. — In 3. Noct. R 2, 2 sq. partes Indiae.
— Das Officium folgt dem Schema des Dominicus-Officiums Anal. XXV,
Nr. 85. — Hymnen: Ad Vesp.: Psallat devota contio; Ad Laudes:
Fulget in choro martyrum (Mone III, 132).

64. De sancto Nicolao.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Sacris duxit originem
Nicolaus parentibus,
Sanctitatis imaginem
Servans a puerilibus.

2. Ortus sui prima die
Rectus stetit in pedibus,
Quarta et sexta semel pie
Matris fatus uberibus.

3. Sanctus redemit virginum
Trium turpem infamiam
Clam, nolens laudes hominum,
Auri donando copiam.

4. Divina providentia
Nicolaus almificus
Ponitur in ecclesia
Episcopus mirificus.

Ad Magnificat.

A. Veneremur inclita
Nicolai merita,
Qui a pueritia
Plenus sapientia,
Sanctitatis fuit norma,
Caritatis vere forma,
Ut sit nobis propitius
Per eum Dei filius.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Summum regem adoremus,
Hymnis, votis honoremus,
Qui Nicolaum hodie
Stola dotavit gloriae.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ortus ex venerabili
Nicolaus progenie
Proposuit amabili
Vacare sapientiae.
2. Primo die, quo nascitur,
In pedibus erigitur,
Sanctitatis praesagium
Futurae mox indicium.
3. Vitam continentiae
Inde genitores
Eligunt, modestiae
Vere sectatores.
4. Semel lac sanctus sugebat
Quarta cum sexta feria,
Sanctior semper fiebat
Divina plenus gratia.
5. Juvenum lascivias
Juvenis vitabat,
Potius ecclesias
Vigil visitabat.
6. Scripturarum memoriter
Audita retinebat,
Quae postmodum viriliter
Servare cupiebat.

Responsoria.

1. Defunctis parentibus
Coepit cogitare
Divitiarum copiam
In pauperum inopiam
Velle erogare,
Spretis vanis laudibus,
- V. Thesaurizare studuit,
Ut Dominus consuluit,
In caelorum aedibus.

2. Servus fidelis Domini
Vicino sibi homini
Aurum coepit porrigere,
Tres putanti filias
Ad humanas infamias
Pro paupertate tradere.
- V. Aurum proiecit tertio,
Ne virgines comercio
Turpi cogatur ponere.

3. Ignarus, tanti muneris
Quis esset auctor operis,
Horam coepit custodire,
Gratus volens caute scire
Virum tantae clementiae.
- V. Custodiens vigilias
Homo pater familias
Invenit noctis tertiae
Virum tantae clementiae.

4. Clero totius civitatis
Pro pastore congregatis
Monstrat eligendum
Divina providentia,
Quem morum pudicitia
Facit reverendum.
- V. Vox emissa caelitus
Nicolaum penitus,
Docet promovendum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ut visio docuit,
Nocte venientem
Praesulem constituit
Clerus renitentem.
2. Cathedram superbiae
Fugit sublimatus,
Privatae modestiae
Statum meditatus.
3. Humilis erat doctrinae,
Quam inspirabat unctio,
Sanctae dator disciplinae,
Quae competeat vitio.

4. Caritatis operum
Sectator studiosus,
Pater erat pauperum
Ut praesul gloriosus.

5. Vitabat colloquia
Cuiuscunque vanitatis,
Risum sapientia,
Laesiva puritatis.

6. Vitam sine macula
Pontifex ducebat,
Caeli tabernacula
Quia sitiēbat.

Responsoria.

1. Nautis pereuntibus
Iam prope naufragium
Certum moriendi
Adest invocantibus,
Tribuens auxilium
Firmum evadendi.

V. Apparentem Dei virum
Cognoverunt, spem nimum
Donantem se petendi.

2. Dura fames perculit
Viri Dei provinciam,
Nicolaus reppulit
Tantae pestis miseriam,
Multiplicando triticum.

V. Annis duobus nemini
Defecit cibus semini,
Omni collatum homini.

3. Daemonis praestigium
Ne possit offendere,
Docet navigantes
Tale [hic] praeludium
Oleum effundere
Viros ignorantes,

V. Daemon ut disparuit,
Nicolaus adfuit,
Illos sic admonuit.

4. Scholares tres hospitio
Susceptos ferit gladio
Hospes per avaritiam,
Libros putans pecuniam
Noctis intra silentium;

V. Suscitans hos benigne,
Increpans virum digne
Criminis tanti conscium.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

A. Narrat omnis ecclesia,
Qua pater providentia
Vacavit sapientiae
Thesauris, non pecuniae.

Responsoria.

1. Nullius noxae conscius
Eripuit tres anxios
Velatos stantes capite,
Ligatos flexo poplite;

V. Nicolaus iustitiae
Zelo datos sententiae
Liberavit indebitae.

2. Peregrini fastigium
Assumendo daemonium
Occidit patris filium,
Celebrantis convivium
Nicolai sollemniis;

V. Mox viventem genitoris
Patri reddit, ne doloris
Fatigetur suspiriis.

3. Falso laesae maiestatis
Carceratos infamia
Suae sanctus pietatis
Liberavit clementia;

V. Monet iudicem, immunes
Ut dimittat hos impunes,
Minis duris per somnia.

4. Coronandus ad gloriam
Angelos habet obviam,

A quibus introducitur:
Intra, fidelis, gaudium,
Tibi paratum praemium.

V. Orans sanctus decantavit:
In te, Domine, speravit
Meum cor; sic exspiravit.

In Laudibus.

Super Psalmos.

A. In caeli tabernaculis
Refulget sanctus gloria,
Gloriosus miraculis
Coruscat [in] ecclesia.

Ad Benedictus.

A. Sancti patris pauperum
Signorum innumerum
Olei manatio
Est nota declaratio,
Desudans ex ossibus
Cunctos curat languoribus.

Per Horas.

Ad Primam.

A. Reddit vitae vita functum
Iacentem in bivio,
Curru tritum corpus cunctum,
Perditum periurio.

Ad Tertiam.

A. Consolatur patrem maestum,
Annuum colentem festum,
Filiu a Deo datum
Sibi reddens captivatum.

Ad Sextam.

A. Fures cogit reddere
Imagini, quae tulerant,
Quorum dato verbere
Afflicta membra fuerant.

Ad Nonam.

A. Vir de clara progenie
Vas aureum ecclesiae
Vovit, sibi votum [gratum]
Si donaverit optatum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Felix pater, gratiarum,
Nicolae, variarum
Dona praestans, caecis visum,
Functis vitam, maestis risum,
Tua prece nobis dona,
Ut devicta carnis trabe
Transeamus sine labe
Ad caelestis vitae bona.

Offic. ms. Faustae de Beccarinis in Monast. Visitat. BMV. (Ord. Cist.)
saec. 16. Cod. Senen. F VI 22. — In 1. Vesp. A 4, 1 praesentia. — Ad
Matut. Invit., 2 adoremus. — In 1. Noct. R 4, 3 sq. umgestellt. — In
2. Noct. A 2, 2 Fuit sublimatus. — A 2, 4 Statum sublimatus. — A 3,
3 Sanctaeque. — R 1, 7 Apparente. — R 2, 1 pertulit. — R 2, 7 cibo. —
R 4, 8 conscii. — In 3. Noct. R 1, 1 conscii. — R 1, 2 Erepsit tres
anaias. — R 2, 5 sollempnis. — In Laud. Super Ps. A, 1 tabernacula.
Ad Bened. 6 Cunctis. — A Prim. A, 1 vitam vitae. — Ibid., 4 periurium. —
Ad Sext. A, 3 Cuius dato.

65. In Translatione s. Nicolai.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Gaude plaudens,
fidelis contio,

Tantae laudis
dotata gaudio,
Nam lucerna
latens sub modio
Novae lucis
resplendet radio,

Dum antistes,
plebis victoria,
Iam per orbem
fulget in gloria.

Ad Magnificat.

- A. O praesul egregie,
Limes aequitatis,
Doctor sapientiae,
Candor puritatis,
Auctor innocentiae,
Veniam peccatis
Apud thronum gloriae
Posce cum beatis.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Venite, magnifice
Iubilemus
Et pro tanto pontifice
Honorem demus
Domino.

Ad Nocturnum.

Antiphonae.

1. In lege Dei docilis
Studet clarus virtutibus
Puer, cunctis amabilis
Mundanis spretis opibus.
2. Constitutus in acie
Praesulum oraculo
Totum se confert gratiae
Christo vacans sedulo.
3. Doctor apostolicus,
Honor confessorum,
Est effectus caelicus
Civis angelorum.

Responsoria.

1. Gemma beatorum,
Nicolae, salus miserorum,

Inclite dux Christi,
dum transferri meruisti,
Dulcis odor manat,
tua virtus languida sanat;

V. Natum voce pia
flectas cum matre Maria.

2. Farris adauctus cumulus
Gentis supplet inopiam,
Aurique datus sacculus
Patris pellit tristitiam,

V. Tumbae sacrae
salubris rivulus
Nicolai
testatur gloriam.

3. Mundi decus, forma cleri,
Nicolae, norma veri,
Te quaerentes revereri
Iuva sanctis precibus
Apud Christum, regem tuum,
Ut conservet gregem suum
Iungens caeli civibus.

V. O maestorum
dulce solacium,
Cunctis pium
praesta subsidium.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Gemma decorem induit
Dudum lucens in gloria,
Cuius virtus exhibuit
Aegrotis beneficia.
2. Servite cum laetitia
Nicolao pontifici,
Videntes mirabilia
Multa per illum effici.
3. Terra suum protulit
Fructum praeter morem,
Dum pro flore contulit
Olei liquorem.

4. Hymnum Deo dicite
Flumine quassati,
Sancto benedicite,
Opi suae grati.
5. Praesul, salvator virginum,
Auctor pietatis,
Laudat in caelis Dominum
Fruens cum beatis.

Ad Benedictus.

- A. Nicolae,
decus fidelium,
Virginalis
custos munditiae,
Vas virtutum,
candoris lilium,
Tuae pandens
sinum clementiae

Te quaerentes
duc post exsilium
Cum beatis
ad thronum gloriae

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. O pastor, dulce bravium,
Desolatorum gloria,
Mentes illustrans omnium
Verbo, signis et gratia,
Translationis gaudium
Colentes cum laetitia
Transfer ad regni solium
Post huius vitae stadia.

Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Carolsruhan. St. Pet. 32. — In Laud. A 1, 2 lies: Dudum iacens ingloria? — A 3, 1 praetulit. — In 2. Vesp. Ad. Magn. A, 8 stadio. — Hymnen: Ad Vesp.: Ad est dies sanctissima; in Laud.: Regi caelorum.

66. De sancto Paride.

Ad Vesperas.

Antiphonae.

1. Praeclarus dies rutilat,
In quo Paris, almificus
Christi pontifex, draconis
De faucibus nos eruit.
2. Hic Athenis huc advenit
Nos quidem redimere,
Hostis senis quos invenit
Sub cultura vivere.
3. Religatus relegatur
Durus hostis et prostratur,
Draco furens adplicatur
Ad profunda pelagi.
4. Ingratanter hoc suscepit
Plebs insana, dum accepit
Viri sancti victoriam.

5. Mens caecatur, dum antiquo
Famulatur inimico,
Nam cultorem trinitatis,
Amatorem deitatis,
Plebs immensae caecitatis
Nece dignum comprobatur.

Ad Magnificat.

- A. Rex regum vere,
populi miseri miserere,
Ad te clamantis
summis precibusque pre-
cantis,
Qui Paridem laetum,
sollenni laude repletum,
Ad patriam vitae
ducis, quam maxima rite
Gaudia concreseunt,
flores nitidique virescunt.

Invitatorium.

Rectorem caeli
veneremur corde fideli,
Qui nos per Paridem
fecit habere fidem.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Vir Domino dignus
rector populi que benignus
Urbem salvando
nos salvet purificando.

2. Urbs felix dira
laniatur [daemonis] ira,
Daemonis infestus
sed tandem pellitur aestus.

3. Ad sancti tactum
loculum draco desinit actum
Atque maris fluctus
subiit per devia ductus.

Responsoria.

1. Christi confessor,
Paris, almificusque sacerdos
Caelorum [caeli]
loca nactus iure perenni,
Augeat augmentis
nos sanctis ac documentis;

V. Celsa petens laetus,
Domini virtute repletus,
Gaudia cuncta ferat
crimen et omne terat.

2. O custos habilis,
Dux venerabilis,
Custodi populum,
Quaesumus, inclitum,
Tu [cunctas] maculas
Cordis [et] abluas,
Ut valeat solium
scandere perpetuum.

V. Hunc tu purifica
Cunctis a vitiis
Necnon salvifica
Praeclaris meritis.

3. Ad tactum sancti
Paridis iugiter venerandi
Serpens immitis

Cogitur ad crebras
pelagi remeare tenebras.

V. Invitus pergit,
invitus in horrida mergit,
Non linquens solitum
sponte sua loculum.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hoc mirum digne
peragens sanctissimus ille
Protinus a turbis
in moenia ducitur urbis.

2. Tunc plebs infelix
stat nondum corde fidelis,
Insontis clarum
dant corpus in ora ferarum.

3. Hae mites factae,
rabiem nescire coactae,
Suppliciter tantum
coeperunt lambere sanctum.

Responsoria.

1. Rumor directus
populi mox attigit aures,
Quod quidam sanctus,
senio iam corporis actus,
Urbem salvaret
hostem pellendo superbum;

V. Haud mora nempe fuit,
sexus uterque ruit
In sanctum Domini
taliam suscipiens.

2. Duceris in patriam,
patriae defensor herilis,
Traderis atque feris,
sed ovans illaesu haberiis,
V. Morsibus alma nimis
dantur tua membra ferinis.

3. Cives turbati
Paridis virtute beati,
Sed iam credentes
eius pia facta videntes
Pastorem dignum
statuunt patriae gregis illum.
V. Dignum quoque gerens
cunctaque saeva terens,
Efficitur [gratus]
sic omnibus ille beatus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sic cunctis gratus
factus pater ille beatus
Antistes plebis
sanctae stabilitur et aedis.

2. Huius vita satis
fuit eximiae pietatis,
Nullum spernebat,
cunctos pietate regebat.

3. Aegros quaerebat
propriis opibusque fovebat,
Illos salvabat
signo crucis et vegetabat.

Responsoria.

1. O pater alme Paris,
qui tantus adesse probaris,

- Nos te laudantes
festumque tuum celebrantes
Auxiliare tuis
almificis meritis,
V. Ut caeli solium
mereamur adire perenne.

2. Ex eius templo
fons manans sanctificatus,
Ex quo gustantes
nimium quoque febricitantes
Incolumes remeant;
V. Concurrunt populi
vario languore coacti,
Sed precibus sancti
incolumes remeant.

3. Flos patriae floret
cunctis dans semper odorem,
Quem, pie rex regum,
voluisti scandere caelum
Sic dicens: Intra in regnum Dei.
V. O virum admirabilem, cui
Dominus dignatus est tantam
impertiri gratiam dicens:
Intra in regnum Dei.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Alme Dei pontifex,
Praesul honorande,
In servos tuos respice,
Paris venerande,
Quos reduxisti, domine,
Ad semitam salutis,
Rege, tuere, confove
Baculo virtutis,
Quo fugasti pestiferae
Iuga servitutis.

Officia ss. Reparatae, Paridis, Amasii etc. imp. Neapoli (Ioan Salsbacchius) 1533. — In 1. Vesp. Ad Magn. 2 miserere. — In 2. Noct. R 3, 4 nimium eoque. — Ad Laud. Alles prosaisch. Zugehörige Hymnen: Ad Vesp.: Gratulemur concinentes; ad Laud.: O quam mira, Iesu, fuit. Von den in dem Drucke mitgetheilten Officien wird bemerkt: „quae omnia fuerunt diu Sidicino in architemplo servata neque antehac tradita impressoribus“.

67. De sancto Petro.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Aethereos patres,
divos de lumine soles,
Bethsaidae thalamus
germano protulit ortu.
2. Hos Iudaea potens,
regali germine pompanis,
Christo sub veteris
nutrivit grammate legis.
3. Ex patribus geminis
sed dum Deus infima sumpsit,
Sic ab utroque micans
dux et rex, unctio, flamen
Sancivit proceres,
per quos fera sceptrum domaret.

Responsoria.

1. Fluctibus abstractis
ceduntur flumina mundi,
Turbida lucifluis
clarescant quo vada lymphis,
Unicus unde sator
Iordanis ginnat abyssos.

V. *Benedicite, aquae omnes,
quae super caelos sunt,
Domino.*

2. Suscipit ex merito
deitatis primus amator
Discere amantinos
Acherontis frangere trabes
Et virtute potens
regnorum ferre tridentem.

V. *Beatus, quem elegisti et
assumpsisti, Domine.*

3. Errores primae
resecat nova gratia culpa,
Petrus in hostilem
dum vires exserit aurem;
Nil minus id pandit
medico medicante cicatrix.

V. *Hic sanat contritos corde et
adligat contritiones eorum.*

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Praescius omnipotens
Gallilaeae litora lustrans
Sensit in aequoreis
splendens lumina campis.
2. Nec mora, rex reges
creat et cognomine ditat
Et facit heredes,
triplices disponit honores.

3. Cuius ad imperium
victicia arma capescunt
Inclita praeclaris
peragentes bella tropaeis
Et placitis firmans
pacatum legibus orbem.

Responsoria.

1. Cedens proposito
Petrus fidei pede lapso,
Unius allophilae
tremefactus voce puellae,
Quos ferat, addiscit
gratis sibi redditus illi.

V. *Cuius dum mentis moti sunt
pedes et effusi gressus.*

2. Inter divinae
quondam convivia mensae
Tres dedit audaces
confessio trina timores,
Terque regenda Petro
traduntur ovilia sancto.

V. *Gloria et honore coronatur
et constituitur super opera
Domini.*

3. *Sculpsit petra Petrum
poliens redditque quadratum
Et super hunc locat hos,
quos diva litura supernos
Mittit in usque polos
vitae solidante cemento,*
V. *Civitatem magni regis montes-
que Sion et latera aquilonis.*

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sed dum multiplices
Petrus ferit ore penates,
Fascibus Ausoniis
invictus parcere spernit.
2. Nam, nisi victor erit,
bellator cedere nescit
Atque Saturnalem
deitatis vendicat urbem.
3. Exsequitur celebres
felix bellator agones
Hostis apostatici
dum fraudes trudit ab altis,
Arcibus ipse poli
victor vexilla reponens,
Militiae metam
superatis cladibus explens.

Collect. ms. saec. 10. Cod. Vatic. Regin. 592. add. saec. 11. — In
2. Noct. R 3, 2 poliensque reddit.

68. In Inventione s. Quintini.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Eligius praesul,
Quintinus, martyr honorus,
Quorum festis
iam nunc incumbimus actis,
Subveniant nobis
meritis precibusque benignis.

Responsoria.

1. Vestis panzodion
nodo religata quaterno,
Caelitus adlabens,
mundari pendula poscens
Velle Dei numen
totum signaverat orbem;
V. *Omnis carnis parati cibi et
praeparatio illorum.*
2. O virtus celebris,
quod principis umbra beati
Morbos et clades,
languores, funera, pestes
A quocumque fugat,
prisca valetudine ditat,
V. *Ossa conturbata et mentes
saucias animasque gravatas.*
3. Laudibus insignis,
quem perpes gloria cingit,
Leges in populos
statuens velut archisenator,
Saecli iura tenens,
regum diademata solvens,
Orantes turmas
vitiolum solve catenas,
Caelica caesareo
praetendens gaudia dono.
V. *Excrescit ut pluvia doctrina
tua, fluit ut ros eloquium
tuum.*

2. Martyr mirificos
passus dire cruciatus
Praesul et egregios
lucratus mente maniplos,
Submissae vobis
semper succurrite plebi.
3. Nomine pro Christi
poenarum milia passe

Angustaeque viae
praesul, qua tendis in aethra,
Pro nobis Dominum
famulis orate subactis.

4. Domine vulnifice
Christi testisque laudate,
Assertor fidei
verae praesul et luculente,
Impetrate gregi
veniam vitaeque coronam.
5. Martyris eximii
confessorisque benigni
Impetret oratus,
quod nostra non prece quimus.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Thesauri sacri
celebre festum recolentes
Aeternum columen
speciosa voce canamus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Orbita solaris
satagit nos festa novare
Corporis inventi
Quintini, martyris almi.
2. Cuius sancta Deo
texit servante vetustas
Membra trecentenis
annis et quinque viginti.
3. Cuius praesidiis
virtus rutilabat opimis
Languentum membris
infesta peste gravatis.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quidam Martinus,
regis cantor vitiosus,
Corpus nacturum
iactabat se fore sanctum.
2. Qui praesumptivae
mentis molimine [pravae]
Aggreditur sanctam
cumbo divellere terram.
3. Slivae moxque manus
eius haesere ligonis,
Plebs stupet, haeret, hebet,
refugit, miratur et horret.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Vermibus ephesis
manibus stillantibus eius
Amisit vitam
divino verbere laesum.
2. Hoc gentis nostrae
signo radiante per aures
Multo magnificus
ditatur munere sanctus.
3. Martyris ob meritum
mirabile praesulis atque,
Harmonicas quorum
digne persolvimus odas,
Quorum subsidiis
semper [fruamur] honestis.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Eligius praesul
Quintini martyris artus
Quaesitos studio
vigilanti repperit agro.

- | | |
|---|---|
| <p>2. Visibus humanis
 ter centum quinque fuerunt
 Annis absconsi
 Christo servante viginti.</p> | <p>5. Tunc pater Eligius,
 tanto de munere laetus,
 Corpus susceptum
 condivit more sacrorum.</p> |
| <p>3. Perfodiens cumbum
 terebrando ligone venustum
 Lux et odor pariter
 cunctis fulsere verenter.</p> | <p>Ad Benedictus.</p> |
| <p>4. Pignora cum caperent,
 clavos capitisque capillos,
 Dentibus abstractis
 profluxit lympa cruoris.</p> | <p>A. O Quintine sacer,
 nostras iam suscipe preces,
 Eligio Christum
 poscens cum praesule Iesum,
 Conferat ut veniam
 nobis vitaeque coronam.</p> |
- Brev. S. Quintini imp. s. l. et a [1520].

69. De sancto Quirino.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Martyr, praecinctus Domini virtute, Quirinus
 Fluctus errorum pressit moderamine morum,
 Praebens exemplo, Christi sit gloria templo.
2. Laeto conatu stetit in Domini famulatu,
 Eius ad aspectum rogitans sibi cor fore rectum,
 Divinum nomen ferret quo laudis honorem.
3. Summa inflatus seu corporis iste beatus
 Illum sitivit, qui fons sine limite vivit,
 Eius virtutem quo cerneret atque salutem.
4. Angelicus coetus, Dominum benedicito laetus,
 Ipse quod in regno iussit fulgere superno
 Hunc meritis gratum, cum martyribus decoratum.
5. Laudibus exsultet caelum, mare, terra resultet,
 Rex quia caelestis manet huius gloria testis
 Cum sanctis cunctis caelorum lumine functis.

Brev. ms. Tegurin. saec. 15. Cod. Lambacen. CLXIX. A. — Brev. ms. Tegurin. saec. 14. Clm. Monacen. 19302 B. — In 1. Vesp. Ad Magn. O rex caelestis famulis miserere scelestis, Anal. XXVIII. S. 156; alles andere Prosa.

70. De Reliquiis Ecclesiae s. Frambaldi Silvanectensis.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Ad laudem regis gloriae
De thesauris ecclesiae
Lapides pretiosi
Prodeunt in propatulo
Radiantes in populo
Virtute luminosi.
2. Attolamus praeconio,
Ne lateant sub modio,
Lucernas claritatis;
Hi sunt iubar ecclesiae,
Exemplar sanctimoniae,
Speculum sanctitatis.
3. Vicens vigore spiritus
Vigor, antistes inclitus
Baiocae civitatis,
Hanc exornat ecclesiam,
Quam collaudat ad gloriam
Divinae maiestatis.
4. Ad laudis assint cumulum
Laudes sanctorum praesulum
Silvini et Gerbaldi,
Quos hic in sede propria
Comitatur praesentia
Gloriosi Frambaldi.
5. Assint cum rosis lilia,
Reginarum consortia
Ac beati Baumiri,
Quibus sanctis corporibus
Et sacris nos quam plurimis
Datum est insigniri.

Ad Magnificat.

- A. O quantis magnificat
Vos Christus honoribus,
Quos et hic mirificat
Signis et virtutibus
Et secum glorificat;
Assit vestris precibus

Nobis, quos laetificat
[Hodie] his laudibus.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoret ecclesia
Regem saeculorum
De sanctorum gloria
Gaudens confessorum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sancti legem Domini
Corde meditantur,
Per quos Christi nomine
Plebcs adgregantur.
2. Praecepta dominica
Docent et consilia
Contemnentes lubrica
Pro perenni gloria.
3. Sic suos mirificat
Sanctos rex virtutum,
In caelo glorificat,
Hic dat iter tutum.

Responsoria.

1. Sonet vox in laudibus
Summae bonitati,
Nam accepti ratio
Nos monet et dati,
Ne de tanto munio
Reddamur ingrati;
- V. Gratiarum sit actio
Pro tanto beneficio
Divinae largitati.
2. In carnis huius carcere
Carne mortificati,
Non sibi soli vivere
Sed Christum amplexati,
Plurimorum proficere
Student utilitati;

V. Docentes bona facere,
Mundana vana fugere,
Pro Christo mala pati.

3. Intima brevi tempore
Christo foenerantes
Et cum multo fœnore
Lucrum deportantes
In promissum gaudium
Intrant gloriantes, —

V. O quam felix commercium! —
Pro terrenis caelestium
Regna commutantes.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Laetentur in te, Domine,
Sancti, quos hic inhabitas
Et quos aeterno lumine
Tua replet aeternitas.

2. Militans ecclesia
Sanctos hic honorat,
Quos Christus in gloria
Corona decorat.

3. Hic qui sine macula
Sanctos honorabunt,
Tua tabernacula,
Deus, habitabunt.

Responsoria.

1. Adflicti paenitentia
Carnis vicerunt vitia
Despecto mundi flore,
Cesserunt his daemonia,
Spreverunt temporalia
In spiritus ardore.

V. Ex hac trina victoria
Coronantur in gloria
Et [maximo] honore.

2. In praesenti periculo
Ferebant in propatulo
Lucernas sanctitatis,

Exemplum dantes populo
Lumbosque suos cingulo
Praecincti castitatis.

V. Christo vacabant sedulo
Et proximis in osculo
Mutuae caritatis.

3. Per istorum precamina
Nostra delere crimina,
Salvator mundi, velis,
Vitae nostrae discrimina,
Tua virtute termina,
Protector Israelis;

V. Reiecta carnis sarcina
Transferamur ad agmina
Beatorum in caelis.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Tu sanctis es, Domine,
Pars hereditatis,
Totus cum dulcedine,
Torrens voluptatis.

2. Sanctorum generatio
Christum quaerunt et sitiunt,
Mundum habent fastidio
Et, quae sursum sunt, sapiunt.

3. Sanctorum suffragio
Tecta sunt peccata,
Ne sint in iudicio
Cunctis revelata.

Responsoria.

1. Si narrem miracula,
Narrando deficiunt
Lingua, vox et manus,
Nam mors, error, vincula,
Daemon, lepra fugiunt,
Aeger redit sanus.

V. Ne sanctorum singula
Facta retexamus,
Haec de multis paucula
Gesta recolamus.

2. O virtutum rosaria,
O lilia fragrantia
Sanctitatis odore!
O clara luminaria,
Vos sidera micantia
Veritatis splendore!
- V. Opem nobis impendite,
Mentes nostras accendite
Caritatis ardore.
3. In circuitu, Domine,
Tuo lux nunquam deficit,
Ubi lumen de lumine,
Christus, electos reficit,
Ibi sanctorum animae,
Quas sanctus ardor afficit;
- V. O quam felix iucunditas
Est in tanta dulcedine
Et quam mira suavitas
Aeterno frui numine!

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Cinctis lumbis deportemus
Lucernas in manibus,
Ut sic laudes praesentemus
Sanctis confessoribus.
2. Creatori iubilantes
Cum cordis laetitia
Gloriemur exsultantes
Cum sanctis in patria.
3. Vigilantes hic de luce
Post mundi vigilias
Perducamur Christo duce
Ad sanctorum nuptias.
4. Sacerdotes [praelecti],
Summo benedicite,
Ad superna iam profecti
Nos illuc ascribite.
5. Laudes demus altissimo,
Fervore cordis intimo
Regnantem contemplemur,
Ut post praesens exsilium
Per sanctorum suffragium
Cum ipsis coronemur.
- Ad Benedictus.
- A. Confessores
excelsi meriti,
Vestram nobis
opem porrigite;
Patres sancti,
pastores incliti,
Nos in viam
pacis dirigite.
- Ad Magnificat.
- A. Tu, Christe, nostrum gaudium,
Adesto nostris precibus,
Qui cum sanctorum milibus
Veniens ad iudicium
Apparebis in nubibus,
Da sanctorum cultoribus
Cum Sanctis vitae praemium.

Brev. Silvanectense imp. Parisiis 1521. — In 1. Vesp. A 4, 3 Gerbaudi; dann müßte auch ibid. 6 Frambaudi geschrieben werden. — Ad Magn. A, 2 Nos. — In 2. Noct A 3, 3 In tua. — R 2, 2 Ferebat. — R 2, 7 vacabta. — In 3. Noct. R 3, 1 sq. tuo Domino lux. — Zugehörige Hymnen: In 1. Vesp. p. et Mat. Sanctorum nobis meritis; in Laudibus: Voces attollat populus.

71. De sancta Reparata.

Ad Magnificat.

- A. O beata Reparata,
virgo prudentissima,
- Quae cum Christo thronum tenes
in caelesti curia,
Famulorum supplicantium
attende precamina,

Tua prece fac, ut Christi
perfruamur gratia.

Ad Matutinum.

Invitorium.

Virginis ad festum
Reparatae convenientes
Reddamus Christo
grates indeficientes.

In 1. Nocturno.

Responsoria.

1. Virgo, satis grata
reparatori, Reparata,
Nos sponso repara
danti tibi regna beata,
V. Ut sponso cari
mereamur sponsa vocari.
2. Gaude, virgo Dei,
quae praesidis ante tribunal
Promerita es sisti
pro dulci nomine Christi.
V. Molles adfatus,
terrores et cruciatus
Aequae contemnitis
pro dulci nomine Christi.
3. Eia, virgo decens,
monitus attende salubres,
Esto nostrorum
cultrix devota deorum;
V. Hoc decet, hoc fas est,
Christum coluisse nefas est.

In 2. Nocturno.

Responsoria.

1. O iudex insanis,
non sunt libamina vanis

Diis impendenda,
Christo sunt haec referenda,
V. Qui mare quique solum
condidit atque polum.

2. Mox ad tormenta
manus est conversa cruenta,
Virginis et corpus
duros tolerat cruciatus,
V. Lampades ardentes,
plumbum fornacis et ignes.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virgo prudens, fide fervens
in aetate tenera,
In amore Christi [sui]
permanet inconcussa.
2. Christum verum esse Deum
clamat, voce praedicat,
Deos illos falsos esse
ratione comprobat.
3. Christo, inquit, soli debet
immolari hostia,
Per quem fiunt, vivunt, crescunt
et reguntur omnia.

Responsoria.

1. Virgo virum fortem
fragilis, iuvenem duodennis
Vicit et ad vitae
festinat regna perennis,
V. Pervigili cura
reprobat, refugit peritura.

Offic. SS. Reparatae, Paridis etc. imp. Neapoli 1533. — In 1. Vesp. Ad Magn. A, 7 Et tua prece. — In 1. Noct. R 1, 6 sponso. — R 2, 6 contemnitis. — In 2. Noct. R 2, 6 ignis. — Hymnen: Ad Vesp.: In titulos Reparata tuos; ad. Laud.: Fervida lampas adapta tibi.

72. De sancto Richario.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Rector orbis et redemptor,
nostra dele crimina,
Qui sancti tui Richarii
laetamur praesentia,
Cuius pro nobis, rogamus,
assit intercessio.

In 1. Nocturno.

Responsoria.

1. Dilectus est in omnibus
Et laudibus et actibus
Et modo suis meritis
Praesidium [est] populis,
V. Confessor fuit inclitus
Et clarus in virtutibus.
2. Cum quidam claudus parvulus,
Privatus suis gressibus,
Sancti sepulcrum Richarii
Contigisset fide [bona],
Sanatus est continuo,
V. *Fide munda qui ad eum
convenerat et puro obsecra-
verat corde.*

3. Dum vincti viam transeunt
Catenis collo subditis
Sanctum precantes Richarium,
Protinus saeva illius
Meritis vincla solvuntur;
V. Efferimus (inquiunt) te laudibus,
Ut tuis nos suffragiis
Liberes a piaculis.

In 2. Nocturno.

Responsoria.

1. Dum saeva quondam patriam
Clades voraret, plurimos

Oppressit, quosdam graviter,
Sancti Dei de famulis,
Sed eius sacri tumuli
Tactu salutem capiunt.

- V. *Fide munda quotquot ad eum
confugerant et puro obsecra-
verant corde, nullus ex eis
periit.*

2. Richari, tu nostrum decus,
Fretus divino oraculo
Tu contempsisti saeculum
Et invenisti Dominum;

- V. Paupertas tibi placuit,
Mundi pompa displicuit,
Non tibi quidquam defuit,
Mens tua Deum habuit.

3. Verbis fultus et sensibus
Et dogmatum mysteriis,
Repletus [donis] supernis
Et pietate exstitit,
Cuius ante mausoleum
Taetri fugantur daemones.

- V. O (pretiosa) sacerdotum gloria,
O magna lux ecclesiae!

In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Confessor Christi fueras
Et saeculum contempseras,
Sequendo evangelium
Scandisti caelum arduum,
V. O Richari, decus nostrum,
Fretus divino oraculo.

2. Efferimus te laudibus,
[O] sancte pastor Richari,
Et postulamus precibus,
Ut tuis nos suffragiis
Liberes a piaculis,

V. Dilectus Deo in omnibus
Et laudibus et actibus (tuis)
Profusis te gemitibus
Imploramus [et] precibus.

3. (Sancte) Richari, Christi
confessor,
Audi rogantes servulos
Et impetratam caelitus
Tu defer indulgentiam.

V. O sancte Richari, sidus aureum,
Domini gratia servorum gemitus
Solita suscipe clementia.

In Laudibus.

Super Psalmos.

A. Debilis ad sancti
veniebat saepe sepulcrum,
Quidam contractus
meritis salvatus est eius.

Ad Horas.

Ad Tertiam.

A. Qua moriebantur
plures, dum peste laborat,
Frater salvatur,
tumulum dum contigit eius.

Ad Sextam.

A. Vir sanctus Domino
fundens pia verba precatur,
Produxit fontem
sterili de caespite vivum.

Alia Antiphona.

Verbis fuit et sensibus
Et dogmatum mysteriis
Dei repletus spiritu
Et pietate utilis.

Ad Nonam.

A. Nexus culparum
nostrarum solve, redemptor,
Qui sancti meritis
rupisti vincula ferri.

Alia Antiphona.

Confessor Christi fueras
Et saeculum contempseras,
Sequendo evangelium
Scandisti caelum arduum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Interventu, Christe, sancti
poscimus Richarii,
Nos ab omnibus noxiis
absolve reatibus,
Ad caelum quem sublimasti
floridum virtutibus.

In Commemoratione Sancti.

Die Dominica.

A. In terris merito
te christicolae venerantur,
Caelica quem socium
laetatur habere caterva.

Feria secunda.

A. Votis supplicibus
te, pastor sancte, rogamus,
Commenda Christo,
quos doctrinis genuisti.

Sabbato.

A. Iam regnaturus
cum Christo celsa petisti,
Ora pro nobis,
ne detineamur ab imis.

bibliothèque d'Abbeville, intitulé *Horae diurnae de Saint-Riquier*.“ In 2. Noct. **R** 2, 2 divino miraculo; vgl. in 3. Noct. **R** 1, 6. — **R** 2, 7 tibi quicunque defuit. — In 3. Noct. **R** 2, 8 gemitibus te. — Ad Horas. Ad Tert. **A**, 1 Quia. — Alles Fehlende prosaisch. Der Herausgeber bemerkt zu diesem Officium: „On lit dans Hariulf: Albinus (Alcuinus) antiphonas quoque et responsoria vel hymnos de eodem sancto composuit, ut magni patris festivitas nihil minus congrui officii habere videatur. — Nous pensons que cet office, aujourd'hui incomplet par l'absence de quelque pages est celui dont parle Hariulf; ce qui lui donne un mérite tout spéciale dans l'histoire de Saint-Riquier.“ — Es ist noch beizufügen, daß Saint-Riquier eine Benediktinerabtei war, während dies Officium die Form des Cistercienserbreviers aufweist.

73. De sancto Severo.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Gloria sanctorum,
Deus, accipe votaprecantum
Nosque tuas laudes
in Severo venerantes
Respice placatus
nostros solvendo reatus.

Ad Magnificat.

- A. Magnificemus in excelsis
Christum venerantes,
Qui sanctum Severum
in sede locavit Olympi,
Angelico fruitur
ibinunciadematēgaudens;
Unde, pater, humiles
odas tu respice nostras.

In 1. Nocturno.

Responsoria.

1. O Severe gloriose,
Servis tuis condescende,
Sub obtentu meritorum
Solvens nexus delictorum.
V. Post vitae cursum
trahe nos ad gaudia sursum.

2. Mellifluum florem,

divino rore madentem,

Sicut apīs studio

mellis, sic quique frequentant

Severum praesulem

vitae documenta docentem,

V. Ut gelidos fontes

cervi quaerunt sitientes.

In 2. Nocturno.

Responsoria.

1. Rex caelorum, pie Deus,
Ad te spectat laus illius,
Tu per eum nobis parce
Ac redemptis miserere.
V. Plasma tuum, Christe,
defende benignus ab hoste.
2. Sancte Severe, Christi praesul,
Audi rogantes servulos
Et impetratam (nobis) caelitus
Tu defer indulgentiam.
V. O sancte Severe, sidus aureum,
Domini gratia servorum gemitus
Solita suscipe clementia.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ad hunc montem suspirare
Fac nos, pater sanctissime,

Ut exutos carne gravi
Excipiat aula caeli.

Responsoria.

1. Miles Christi gloriose,
Severe sanctissime,
Tuo pio interventu
Culpas nostras ablue,
- V. Ut caelestis regni sedem
Valeamus scandere.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Induit omnipotens
virtutum cyclade sanctum
Severum, pietatis opus
de corde sequentem.
2. Servivit Domino
sanctus pangendo sacerdos
Et meruit penetrare
polorum regna beata.
3. Aurora croceo
clari sub tegmine solis
Pausante hic psallebat
ovanter carmina Christo.
4. Pervigili sanctus
cura Severus ovile
Christi comissumque gregem
sine labe regebat.

5. Laudibus omnigenis
confessor corde canebat,
Ore etiam Domino
psallens non deficiebat.

Ad Benedictus.

- A. O Severe, tuis,
pie pastor, caelitus assis,
Te memorem nostri
faciat clementia Christi,
Ac per eam, Christe,
nobis, petimus, miserere.

In 2. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Hic athleta tuus,
celebris pietate patronus,
Post invictorum
certamina plena laborum
Migrat ad aethereas
hodie gaudendo choreas.

Ad Magnificat.

- A. Exsultemus Deo omnes
Hunc in sanctis collaudantes;
O Severe sacer, ave,
Preces audi, culpas dele,
Nos his festis fac adesce
Et aeternis non deesse.

Brev. S. Mariae Erphordien. imp. Nurembergae 1497. A. — Brev. ad morem Severiani Collegii Erphordien. imp. Moguntiae 1518. B. — In 2. Noct. R 2, 1 Sanctus Severus A. — Alles hier Fehlende prosaisch.

74. De sancto Siffredo.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. In his sacris sollemniis
Exsultet aula caelica
Et promptis desideriis
Pangat hic chorus cantica,

Cum de Siffredi praemiis
Recensentur mirifica.

Ad Magnificat.

- A. Siffrede, terror daemonum,
Dans tribulatis gaudia,

Iam turba supplex hominum
Tua poscit auxilia,
Ingemiscens exsilium
Aspirat ad sublimia,
Quae te colit, ecclesia.
Ergo, gemma pontificum,
Exerce mirabilia,
Agmen fuga terrificum,
Quod volat per inania,
Pium tuere populum,
Ne prematur insania
Illius fraudulentia.

Alia Antiphona.

Ad sacra sancti
Siffredi sollemnia
Mente devota
fidelium agmina
Simul occurrant
atque dent praeconia,
Ut ad caelorum,
quae percepit, gaudia
Nobis cedatur
ascendendi gratia,
Et conregnemus
per eius suffragia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus Christum regem,
confessorum Dominum,
Qui pontificem Siffredum
supra caeli solium
Condonavit percepturum
angelorum gaudium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Christi miles Siffredus
Campaniae finibus
Exstitit oriundus,
Qui suam satis claram
Honestavit prosapiam.

2. Hic adhaerens genitori
Comes individuus
Omnibus renuntiavit
pompis mundialibus,
Optans, ut efficiatur
Lirinensis monachus.

3. Hunc ut vidit pater clarus,
pontifex Caesarius,
Omni studio instruxit
adornatum moribus
Et provexit Arelatem
admirandum omnibus.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Quem austerae vigor vitae
perfecit laudabilem
Et signorum sequens virtus
reddidit mirabilem,
Cum viderent sanctum virum
in praesenti caelibem.
2. Vendascenses tunc pastore
desolati populi
Conqueruntur aggregati,
ne subdantur alteri,
Ne sine ductore lapsi
videantur comprimi.
3. Ad Arelatis
festinantes moenia
Ante Caesarii
provolvuntur genua,
Petunt Siffredum,
ad sua suffragia
Consensit praesul
motus querimonia.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Siffredus hoc ut comperit,
Ne fiat factum, distulit

Et nititur aufugere,
Quod se videt eligere.

2. Tunc violenter capitur
Et praesul benedicitur,
Proponitur in cathedra
Cum magna plebis gloria.

3. Ecce, praesul beate,
qui de te gloriamur,
Salutis adiumentum
a te experiamur;
Audi, Siffrede, preces,
quibus te deprecamur,
Ut semper tecum bonis
perfrui mereamur.

R. O pontificem beatum,
o sacratum praesulem,
Qui tuum familiarem
huius vitae exsulem
Et defunctum suscitasti
et fecisti caelibem,
Tu nostram fragilitatem
interventu protege
Et caeleste nobis regnum
interpellans obtine.

V. Per tuam, pastor ovilis,
dignam confidentiam
Nostram, petimus, fulciri
praesentem miseriam,
Ut perduci mereamur
ad perennem gloriam.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Ad hoc motus pater pius
consolari nititur
Et certatim affluentes
temperare lacrimas,
Ne mutarent in lamentum,
quod laetandum cernerent.

2. Illi hoc audito nullum
fieri dant remedium,

Plangunt in commune damnum
adfuturum proprium
Et precantur dilatari
sui patris exitum.

3. Ut cognovit praesul sanctus
lamentantem populum,
Increpando arguebat,
dicens, ut ad Dominum
Corda vertant et exquirant
ab eo auxilium.

Ad Benedictus.

A. Celebrantes festum diem
Siffredi pontificis
Dominum benedicamus,
salvatorem omnium,
Cui hodie Siffredus
suum misit spiritum;
Ideoque nos poscamus
eius adiutorium,
Ut cum ipso conregnemus
laeti in perpetuum.

Alia Antiphona.

O castitatis lilium,
Siffrede, dux humilium,
Lucerna confessorum,
Castiga saevientium,
Se passim ingerentium
Incentiva morborum,
Et tamquam praeivium
More laudantium
Laudis influe radium,
Deo nostro decorum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Siffrede, vir beate,
o pastor egregie,

Quem confidimus regnare
in caelis cum Domino,
Te potentem exorare
deprecamur supplices,

Ut pro nobis intercedas
fidenter ad Dominum,
Qui te secum regnaturum
dat per omne saeculum.

Brev. ms. Carpenteractense saec. 14. Cod. Vatican. Borgh. 53 A I. —
In 1. Noct. A 3, 1 Tunc ut vidit. — Alle RR prosaisch mit Ausnahme
des letzten. — In Laud. die zwei ersten AA prosaisch.

75. De s. Siro Ticinensi.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Salvatorem Syrus sequens
Praedilectum Christum, praebens
Sacramentum matrem virginem,
Gradum tenet principalem,
Virum docens singularem,
Nam verum Deum hominem.
2. Atritus Ticinensium
Cum laude praesidentium
Per Syrum fit catholicus,
Hic salutem sitiebat,
Ad quos istum dirigebat
Auditor apostolicus.
3. Erigitur ecclesia
Et datur Christo gloria,
Cum transit sacrilegium;
Collaudemus veritatem,
Sancti Syri probitatem,
Qua pelletur daemonium.
4. Cum viris apostolicis
Nutritus in canonicis
Attentius praedicabat
Ecclesiae mysteria
Tollebatque fastigia
Idolorum, quae damnabat.
5. Confirmant hunc miracula,
Cum suscitatur plantula
Orante matre humili,
Panduntur probabilia,
Adduntur mirabilia,
Expressa mundo fragili.

Ad Magnificat.

- A. Praesul benignissime,
Tu fidei catholicae
Doctus es in infantia,
Ora pro populo,
Morum lumen optimum,
Ducatum ferens hominum
Fundis in Papia
Firmus in commisso,
Tu rector animarum,
Tu destructor et culparum,
Vigil in custodia
Gregis, quem fecisti;
Precamur, miserere
His, quos vides oportere
Visitari gratia
Redemptoris Christi.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoremus redemptorem,
Iesum, Dei filium,
Qui nunc Syrum praeceptorem
Fecit Ticinensium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Turbam cernit in deserto
Famelicam et multam
Vivus panis, qui de caelo
Annonam dat augustam.

2. Pandit Andreas puerum,
Dominus interrogat :
Unde praebebit prandendum
Populo, qui venerat?
3. Dat innocens pisciculos
Syrus, quos ferebat,
Et panes hordeaceos
Auctori, qui pascebat.

Responsoria.

1. In orbe splendor oriens
Catholicae testurae,
Verbum a patre exiens
Deificae naturae,
Syrus dedit incipiens
Honestae praelaturae,
- V. Hic civitates adiens,
Ac Christo cunctos colligans
Deservit creaturae.
2. Hic vir, cum Christus loquitur,
Spernit vitam fragilem,
Cum ceteris colligitur
Et ad fidem stabilem
Fortis athleta iungitur
Monstrans mundum labilem;
- V. Sermo divinus funditur,
Grege humilis erigitur
Ad pastorem nobilem.
3. Verbum spargit affluenter
Doctus Aquilegiae,
Signa facit evidenter
Superans egregie
Inimicum eminenter
Actionis optimae;
- V. Postquam sanctus hic recenter
Est instructus excellenter
In doctrina gratiae.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Invocantem exaudivit
Christus cum gemitibus,

Unde Syrum huc transmisit
Firmum in amoribus.

2. Lacrimatur gens devota
Pontificem attendens,
Per quem creditur promota,
Sed manet hunc distendens.
3. In nomine tu Domini
Venisti, benedictae,
Dirigens vota populi
Fudisti verba vitae.

Responsoria.

1. Cum ingressus civitatem
Syrus esset Papiensem,
Commendam praesuli,
Voce magna caritatem
Audiebat diffundentem,
Cum deflebant populi.
- V. Declinabant falsitatem
[Et] optabant veritatem
Lacrimantes oculi.
2. Non piger, sed sollicitus
Eradicabat errores
Damnatae falsitatis,
Non horridus, sed inclitus,
Cum disseminat odores
Expressae veritatis;
- V. Sic procedit ad honores,
Sic accedit ad favores
Hic coetus civitatis.
3. Postquam fidem complantatam
Divino spectat munere
In commissis filiis,
Gentem quaerit depravatam
In Brixiensi genere,
Adhaerentem idolis.
- V. Carnem daemone vexatam
Dat cum laude liberatam
In propinquis oppidis.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ad altaris sollemnia
Frequenter in laudibus
Sollerti cum custodia
Orat pro fidelibus.

2. Iudaeus tunc incredulus
Ausu temerario
Christi corpus improvidus
Attingit ore arido.

3. Statim clamat haereticus
Sine forma mugiens,
Sed orat tunc episcopus
Et fit Deo serviens.

Responsoria.

1. Arcana detegens
Reserat prophetans
Humanorum cordium,
Per haec pusillum gregem
Ampliat perducens
Ad actorem omnium.
- V. Ovis fictae, fraude tectae,
Vestem notam facit certe.
2. Clamans caecus [il]lustratur,
Ipsa surdus et sanatur
A condolente miseris,
Vera fides diffamatur,
Spes futura commendatur
Ab hoc parente posteris.
- V. Dei virtus collaudatur,
Pia mens congratulatur,
Christi fides augmentatur
Maximis miraculis.
3. Eventium, quem tertium
Sumpsit honor praesularis,
Ut dixerat propheta,
Pompeium intermedium
Sacer ordo clericalis
Consequitur assecla,

- V. Relinquens corpus terrenum
Communem petit Dominum,
Rosis vernant dumeta.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Quam gloriari sufficit
Haec civitas, quae proficit
Talibus pastoribus!
Ergo Deo gloriatur,
Ut per ipsum coronetur
Maximis honoribus.
2. Haec magistra civitatum
Praebet summas facultatum
Religionis Christi,
Ipsa vocat adiacentes
Et impugnat non credentes
Ad rationes Syri.
3. Orans pro grege vigilat,
Hic successores ordinat
Cathedralis infulae,
Istos doctrinis instruit,
Quas ipse Christus docuit,
Cum doceret sedule.
4. Benedicat creatura,
Dei gratis plasmatura
Excelsum creatorem,
Qui est Deus ex natura,
Homo factus in statura
Se fecit viatorem.
5. Cogita, gens incredula,
Auctoris beneficium
Sine tuo opere,
Laudemus hunc per saecula,
Clericorum collegium,
In aeterno sidere.

Ad Benedictus.

- A. Vir doctus in principio
 Cum spiritu cherubico
 Prophetabat civitati,
 Quae innixa veritati
 Prospera videbat.
 Procedes abundantius,
 Nec locus erit vacuus,
 Gaudebis excellentius
 Bonis civibus repleta,
 Sicut ostendebat.
 Nos patrem confidentius,
 Ne genus sit deterius,
 Precemur affluentius,
 Laetitia sit completa,
 Sicut cupiebat.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Terrae cultor optime,
 Quam reperis edomitam,
 Nullae culturae redditam
 Noxia sectanti,
 Astringe lapsus varios,
 Nos fecunda subditos
 Magna suscitanti.
 O pater sanctissime,
 Quem tenemus defensorem
 Et pro nobis oratorem
 Ad tribunal Dei,
 Officii conditoris
 Et indigni successoris
 Tu memento mei.

Collect. ms. Ticinense[?] saec. 15. Cod. Roman. 1300 (Sessor. 343). —
 In 1. Noct. A 1, 4 angustam. — In 2. Noct. R 2, 7 Hic. — In 3. Noct.
 R 2, 1 Clamamus caecus lustratur. — Über den „conditor officii“ vgl.
 Anal. XLIII, Nr. 491 in not. Die Hymnen zum Officium ebenda S. 290 ff.

76. In Festo Sororum BMV.

In 1. Vesperis.

- R. Benedicta villa maris,
 Quam thesauris tam praeclaris
 Rex ditavit gloriae,
 In te portus salutaris,
 Sal virtutis et amaris
 Aquaeductus gratiae.
 V. Sola digna gloriaris,
 Quod sorores amplexaris
 Virginis eximiae.

Ad Magnificat.

- A. O felix prosapia,
 Ex regali germine
 David propagata!
 Beata Provincia,
 Sub Mariae nomine
 Stellis illustrata!
 Digne gaudes, villa maris,
 Quae duabus filiabus
 Annae venustaris.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Iubilemus in hac die
 Dignis Deo laudibus,
 Qui claris virtutibus
 Regnum dat sororibus
 Virginis Mariae.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ecce, dies gloriosa,
 Dies mundo gratiosa,
 Qua sorores matris Christi
 Meruerunt caelo sisti.
2. Gratuletur civium
 Coetus supernorum,
 Festivans sollemniū
 Sacrarum sororum.

3. Almae matris nomine
Vocatae sorores
Stellae maris, feminae
Pollent gratiosae.

Responsoria.

1. Dies festus beatarum
Matris Christi germanarum
Celebratur hodie,
Quas invitat ad superna
Christus, luce sempiterna
Fruituras gloriae;
V. Felicium par sororum
Chorus gaudet supernorum.
2. Mirandae propagines
Tres ex una vite
Generantur,
Procreantur
Ex quibus sex homines
Et creator vitae;
V. Sic ex Anna tres puellae,
Omnes dictae maris stellae.
3. Ante regis solium
Astat purpurata,
Per duarum
Puellarum
Fulta ministerium,
Hesther delicata;
V. Hae puellae duo flores,
Matris Dei sunt sorores.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Anna, coniunx Ioachim,
trinos sponso habuit
Et Mariam, Domini
matrem, primo genuit.
2. Quo defuncto Cleopham
maritum accepit,
De quo matrem Iacobi
Mariam concepit.

3. Demum sponso Salomae
tertio donatur,
Hinc Maria, Salome
dicta, generatur.

Responsoria.

1. Maria post sabbatum
Duaeque sorores
Emerunt aromatum
Mysticos odores,
Cupientes stigmatum
Ungere livores,
V. Et dicunt ad invicem:
Quis revolvat silicem
Ad sepulcri fores?
2. O Iesu, deiferae
Lucis instrumentum,
Olivae fructiferae
Dulce condimentum,
Quem duae mater terae
Mane quaerunt ungere
Portantes unguentum;
V. Hae super candelabrum
Duo sunt olivae,
Post crucis ventilabrum
Testes carnis vivae.
3. Orto solis radio
Mulieres visio
Clara consolatur,
Angelus terribilis,
Veste delectabilis,
Amoto signaculo,
Reserato tumulo
Eas sic adfatur:
V. Non est hic, quem quaeritis,
Sed, prout videbitis,
Surgens gloriatur.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Maria de Ioachim
fuit primogenita,

Quae Christi per gratiam
mater fuit inclita.

2. Haec Maria Iacobi
minoris est mater,
Cuius fuit Cleophas,
homo iustus, pater.

3. Et Maria, Salomae
proles erudita,
Paterno sic nomine
fuit insignita.

Responsoria.

1. Duo luminaria
Praeclara formantur,
Duo sanctuaria,
Quae huc destinantur,
De quorum praesentia
Fulget haec ecclesia,
Caelum, terra, maria
Pariter laetantur.

- V. Felices materterae,
Sorores Christiferae,
Cum virtutum munere
Ad nos applicantur.

2. Scriptam Deus in tabulis
Duabus legem statuit,
Post Verbum-caro populis,
Gratiae plenum, claruit,
Quam signis et miraculis
Mundo vivens exposuit.

- V. Dum sorores matris hic posuit,
Duas legis tabulas tribuit.

3. Gaudeamus hodie,
Immensae laetitiae
Laudes extollantur,
Dum reginae gloriae
Sorores egregiae,
Annae duae filiae,
Caelo coronantur.

- V. Hic chorus ecclesiae,
Ubi sunt reliquiae;
Plebs tota Provinciae
Digne gloriantur.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Cum Maria Magdalene
Sorores venerunt
Et unguentum fide plenae
Mane portaverunt.
2. Ad sepulcrum veniunt
Sociae beatae,
Quod solis aspiciunt
Orta claritate.
3. Et intrantes splendidum
Iuvenem sedere
Vident, stola candidum,
Et obstupere.
4. Mulieres leniter
Angelus adfatur
Et paventes dulciter
Eas consolatur:
5. Scio, Iesum quaeritis
Credentes hunc mortuum,
Surrexit, videbitis,
Ecce, locum vacuum!

Ad Benedictus.

- A. Benedicta sit trinitas
Ter Annae replens uterum,
Benedicta germanitas
Trium praeclara siderum;
Benedicta sit iterum
Trinae Mariae claritas,
Per quas hos fines visitas,
Dator aeternae munerum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O lux luce clarior,
Gemina lucerna,

Ceteris splendidior
Dies hodierna,
Qua sorores strenuae
Scandunt ad superna,
Gaudentes assidue
Luce sempiterna.

Brev. ms. Arelatense saec. 15. Cod. Parisien. 1284. A. — Brev. ms. Aquense saec. 15. Cod. Parisien. 1061. B. — Breviarium Aquense imp. Lugduni 1499. C. — In 1. Vesp. Ad Magn. A, 4 O fehlt B. — Ibid. 7 stella maris B. — Ad Matut. Invit. 5 Matris virginis B. — In 2. Noct. R 1, 8 lapidem B. — In 3. Noct. R 1, 11 numero A. — Vgl. Anal. V, Nr. 25 und die Anm. daselbst.

77. De sancto Tito.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Claret dies praecipua,
Qua tecum, summe Deus,
Gaudet in caeli curia
Titus pater, Creteus.

2. Tanti patris magnifica
Sonet fides natorum,
Quibus in urbe Cretica
Fulget nomen eorum.

3. Sicut a sole radius
Titi claret doctrina,
Qua Cretae laetus populus
Illustratur divina.

4. Hic quasi virens folium
Virtute germinavit,
Ad usque caeli solium
Se tollens elevavit.

5. Terris vivens ut angelus,
Spe firma solidatus,
Adplaudit caeli civibus,
Iam digne laureatus.

R. Solve, plebs Cretica,
Laudes et tura
Resume, cantica
Notaque pura;

V. Pangit angelica
Tito plebs inclita
Sanctorum iura.

Ad Magnificat.

A. Ave, nostrae fidei
Pater gloriose,
Qua sumus idonei,
Suntque gratiosae
Preces almo numini.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi regum
inbilemus Domino,
Qui stola gloriae
Beatum hodie
Coronavit
Titum apostolum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dies nuntiat diei,
Tito Deus verbum spei
Collatum divinitus.

2. Dei laudem hic in ore
Semper habens cum decore
Docuit sublimius.

3. Verbum bonum eructavit,
Cuius lingua multis favit
Velox sicut calamus.

Responsoria.

1. Caelestis hodie
vitis effrondit,
Cuius in palmitē
novus apparuit
Flos pudicitiae;

V. Titum suscipite,
Patrem aspice,
Qui fidem docuit.

2. Novus emittitur
Ad gentes nuntius,
Verus eligitur
Caelestis baiulus
Verbi prudentiae;

V. Sidus eximium,
Magister gentium
Prolesque Minoae.

3. Ros refrigerii
De caelo mittitur,
Spes desiderii
Gratis amplectitur
In urbe Cretica;

V. Dignum depositum,
Quod ibi positum
Virtute caelica.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Populos Tito subiectos
Verbo donat esse rectos
Christi grata gratia.

2. Sub alarum velamento
Dei tectus in augmento
Lucis fulget gloria.

3. Gaudet Titus et laudatur,
Laus ipsius minus fatur
Digna laude caelica.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Christi nomen invocantes,
Laudem Titi personantes
Exsulemus hodie.

2. Lux est orta iustis Cretae,
Cui semper congaudete
Luci laude praevia.

3. Parans hic directiones
Christi benedictiones
Impetravit populo.

Responsoria.

1. Auri candelabrum
Nitens prudentia,
Christi ventilabrum
Purgans in area
Granum a paleis;

V. Corruunt idola
Populi subdola
Dediti vitiis.

2. Fulget in tenebris
Mundi lucerna,
Sancti regiminis
Adest pincerna
Patris familias;

V. Duc ad aeterna
Regna superna,
Fili familias.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Domum tuam, Domine,
Decet sanctitudo,
In qua Titi colitur
Vitae magnitudo.

2. Omnes Cretae populi,
Christo iubilate,
Titi nunc apostoli
Laudes elevate.

Capax benedictionis
Cretae dirigitur.

Ad Tertiam.

3. Sancta patris anima
Repletur pinguedine,
Cor eius et labia
Cantici dulcedine.

A. Exsultet mundus hodie
Renovatus laetitia,
Dum Titus urbis Creticae
Celsa refulget gloria.

4. Benedicant omnium
Regi regum opera,
Qui Titum apostolum
Transduxit ad aethera.

Ad Sextam.

5. In excelsis Dominum
Vocibus laudate,
Titum sed apostolum
Eius adorete.

A. Sonet vox gaudii
Voce iustorum
Voxque tripudii,
Laus filiorum.

Per Horas.

Ad Nonam.

Ad Primam.

A. Sicut vas electionis
Sanctus eligitur,

A. Facti sicut consolati,
Sancto corpore ditati
Laetemur in Domino
Dulci vocis iubilo.

Brev. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Archiep. Utinen. Oct. 10. A. — Antiph. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVII. add. saec. 15. B. — Brev. ms. Civitatense anni 1476. Cod. Civitaten. LXXIV (28). C. — Antiph. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten. XXXIX. D. — Antiph. ms. Civitatense saec. 15. Cod. Civitaten. XLIV. E. — In 1. Noct. A 2, 2 Semper hic cum decore A. — In 2. Noct. B 3 prosaisch. — In 3. Noct. Ebenso. — AA ad Bened. und ad Magn. in 7. Vesp. prosaisch. Die AA per Horas fehlen AC. — Die Hymnen hierzu Anal. XLIII, 295 sq.

78. De s. Valeria Lemovicensi.

In 1. Vesperis.

Ad Matutinum.

Ad Magnificat.

Invitorium.

A. Magnus es, rex Christe, sponse
Valeriae virginis,
Quam illustras et hic signis
et in caelo praemiis,
Sonet tibi, sonet illi
laus et honor celebris.

Virginalis palmae Christum
adoremus praevium,
Pro quo caesa Valeria
vexit caput proprium.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Natalibus egregia
Et moribus Valeria
De genere gentiliū,
De spinis fulsit lilium.
2. Haec et in ipsis ritibus
Non gentilis gentilibus,
Iam Christo Christi nescia
Vivebat horrens vitia.
3. Mente praesaga caelitus,
Dono praeventa spiritus,
Carne mansit virginea
Rosa de stirpe spinea.
4. Idola cernens deici
Ex viri apostolici
Martialis sermonibus,
Lavatur sacris fontibus.
5. Stephano, duci Galliae,
Sponsata dotes gratiae
Sponso terreno praetulit,
Hinc dura mortis pertulit.
6. Die noctuque Domino
Supplex pro sponso Stephano
Ei vitam obtinuit,
Per quem caesa occubuit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Dux fremit ira Stephanus,
Intus ardens ut clibanus,
Dum se sperni considerat,
Sanctam punire properat.
2. Occurrit imperterrita
Nec auditur dans monita,
Sed ferit illam impiger
Mox feriendus armiger.

3. Caput caesum fert brachiis
Ad sanctum sancta propriis,
Durities marmorea
Plantis cedens fit cerea.
4. Illator mortis moritur,
Sed sancti prece redditur,
Sic dux ad fidem ducitur,
Stupet, credit, abluitur.
5. Caelum scandit aethereum
Per globum martyr igneum,
Concentus tunc angelicus,
Clangor auditur caelicus.
6. Vale, valens Valeria,
Tempore primiceria
Postpassum Christum Dominum
Agonizantum virginum.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. O Valeria, lilium,
O lux, o rosa caelica,
Quae nos tibi offerimus,
Offer Deo tu cantica.

Ad Laudes.

Antiphonae.

1. Laudes decent Valeriam,
Domum tuam, rex, regiam,
Haec parata sedes tua
Visat nos ad festa sua.
2. Coniubilemus Domino,
Qui sponsam suam gemino
Coronat diademate
Suo signatam stigmatē.
3. Adhaesit post te anima
Et caro mea victima,
Tuaque, Deus, dextera
Me suscepit in aethera.

4. Deo sit benedictio,
Qui sponsam de incendio
Babylonis eripuit,
Dum sponsam virgo respuit.

Haec sedentes in tenebris
Illustret lampas celebris,
In viam pacis dirigat,
Ad regnum lucis adligat.

5. Auctorem unum omnia
Collaudent laude socia,
Valeriae qui gloriam
Dedit sicut victoriam.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

Ad Benedictus.

A. Hodie sponsa regia
Sponsam petit Valeria,
Hodie ab angelicis
Fertur choris hymnicis,
Hodie thronum roseum
Per globum scandit igneum.

A. O Domini pietas,
o Christi summa potestas,
Morte petit roseas
Valeria virgo choreas,
Magnificat Dominum,
cum virgineum canit hym-
num;
Impetret haec nobis
aeternae gaudia lucis.

Tropar. ms. S. Aridii Lemovicensis saec. 11. add. saec. 12. Cod.
Parisin. 908.

79. De sancto Wulfranno.

Ad Matutinum.

Aetatemque senis
moribus exhibuit.

Invitorium.

Corde puro regis regum
poscamus clementiam
In sanctique veneremur
Wulfranni sollemniis.

3. Nutu divino
clamanteque plebe fideli
Wulfrannus praesul
praeficitur Senonum.

4. Concessa a Domino
praeclara per omnia cuius
Virtus ornavit
pontificale decus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sanctus Wulfrannus,
generosis patribus ortus,
A puero sanctis
traditus est studiis.

5. Orans commissam
protexit denique plebem,
Utque ad regna poli
tenderet, admonuit.

2. Doctrinae gradibus
divinae proficiebat

6. Maxime quodque solet
sanctis prodesse magistris,
Implevit factis,
voce quod admonuit.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ostendebat eum
duplex dilectio gratum,
Prudenter moderans,
fortis [et] iustus erat.
2. Accipit in somnis
divina oracula sanctus,
Aggrestem Fresiae
viseret ut populum
3. Subveniatque docens;
illud nam tempus adusque
Error gentilis
Indificabat eum.
4. Tunc Rotomagensem
cathedram sanctus habebat

Ansbertus, rebus
conspicuus Domini.

5. Cuius praecepto
Christi zelatus amore
Sanctus Wulfrannus
hoc iter aggreditur.
6. Ecce, sacerdotum
collatio sancta piorum
Errantes tractat,
ne penitus pereant.

In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

- A. Pro nobis, Wulfranne, tibi
famulantibus ora,
Convertis Domino
qui Fresiae populum.

Chronicon ms. Fontanellense saec. 9 [12—15]. Cod. Portus Gratiae 332. — **RR** und die **AA** ad Laudes prosaisch.

80. De sancto Zosimo.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Gaude, felix
urbs Syracusia,
Tanti patris
dotata gloria,
Praesens tecum
mater ecclesia
In concordia
mentis melodia
Promat novae
laudis praeconia.
- R. O praeclara sacerdotum
Christi natalitia,
Quibus Zosimam ascripsit
in caelesti curia
Lux virtutum, norma morum,
vitae sanctimonia.

- V. Inter quorum gloriosa
positum consortia
Advocatam sentiamus
in Dei praesentia.

Ad Magnificat.

- A. Laetare, urbs Syracusia,
Sedes sanctorum praesulum,
Quorum sacra patrocinia
Tuentur tuum populum;
Ergo beati Zosimi
Laus, hymnus et melodia
Oris, vocis et animi
Festivet haec sollemnia.

Alia Antiphona.

Urbs insignis Syracusa
Zosimi per merita,

Tanti praesulis perfusa
Gratia gratuita,
Ore, voce, mente pura
Recole sollempnia,
Cuius ope duratura
Consequeris praemia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Summo patri modulemur
Melos cordis intimum,
Qui honore praesulari
Decoravit Zosimum,
Inter caeli laureatum
agmen candidissimum.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Plebs fidelis, plebs devota
Urbis Syracusiae,
Funde digna cordis vota
Plausibus laetitiae.
2. In hac die mentis pia
Ex affectu intimo
Psallit, gaudet chorus plaudens
Pio patri Zosimo.
3. Hunc coronat morum forma,
Honestatis titulus,
Hunc insignit legis norma
Virtutumque cumulus.

Responsoria.

1. Ut aetatis suae puer
Utitur septennio,
Ad exemplum Samuelis
Divino praesagio
- V. Hunc parentum pia mente
Obtulit devotio
Templi celebris Luciae
Virginis obsequio.

2. Huius sanctae zelans florem
Illibati corporis
Dum aspirat ad decorem
Purpurati pectoris,
- V. Est adeptus hunc fulgorem
Cumulandi decoris.
3. Sanctus Faustus, pater aedis,
Et adiutrix dextera
Aemulanti sancto actus
Et sanctarum opera
Sacrae martyris commisit
Pretiosa funera,
- V. Per virtutem Dei patris
Mundo salutifera.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Cibus ei verbum Dei,
Potus est oratio,
Strati cura mens est pura,
Tegimen dilectio.
2. Carnis fluxum stringit [luxum]
Zona continentiae,
[Repentinam] ne ruinam
Ferat pudicitia.
3. Mundum spernit et secernit
Mentem ab illecebris,
Tuba clangit, et vas frangit
Gedeon, in tenebris
Lux apparet, et sic claret
Dux triumpho celebris.

Responsoria.

1. Sanctus Faustus cunctae carnis
viam ut ingreditur,
Quem assumat in pastorem,
gregis mens suspenditur,
Ad Iohannem, urbis patrem,
tendit, abbas petitur,
- V. Sed quem sprevit, Dei nutu
Zosimus eligitur.

2. Quanto gradu dignitatis
Eminet praecelsior,
Tanto nutu caritatis
Cunctis est humilior,
Quo interno mens affectu
Affluebat purior,
- V. Gestu, verbo et aspectu
Effulgebat gratior.
3. O laudanda, o miranda
Virtus huius praesulis,
Donans signum laude dignum
Saeculorum saeculis!
Qui ad instar praecursoris
Prototestis luminis
- V. Prodit virum et accersit
Revelatum numinis.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Certat clerus, urbs contendit
optione copia,
Cui praestentur praesulatus
apicis insignia.
2. Mox sopitur apud patrem
Sedis apostolicae;
Post laborem praesulatur
Zosimus mirifice.
3. Nam Eliam urget furor
Iezabelis impiae,
Vox ancillae Petrum vexat,
Principem ecclesiae.

Responsoria.

1. Sublimatus vitae fama
gestorumque specula
Praesulari vir insignis
insignitur infula,
Per quem signa sanctitatis
fulgent et miracula,
- V. Dignum clamat praesulem
clerus et gens incola.

2. Iam insudat vigilanter
praesulis officio,
Non exponens se torpori,
ne tepescat otio,
Ad usuram tradita ta-
lenta (a) numulario,
- V. Quae reportat augmentata
duplici commercio.
3. Ut cuiusdam relevaret
pauperis inopiam,
Qua se tegit, vendi iubet
pater vestem propriam.
Dum remordet sui scribae
moram et desidium,
- V. In momento vir ignotus
offert auri copiam.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Invitatur
ad sponsi nuptias
Cultor agri,
pater familias,
Nam depromens
carnis exuvias
Vitae stolas
sumit eximias.
2. Dum triturat
messem in area,
Fructu replet
Domini horrea,
Caula lupos,
vulpes a vinea
Arcet tractans
arma siderea.
3. Ut se videt
a mundo exsulem
Fore, sanctum
eligit praesulem
Ne luporum
in morsus [trucium]
Grex in praeceps
effluat [ovium].

4. Benedicat Deum patrem
trina mundi machina,
In quo Zosimus exsultat
inter caeli agmina.

Et in bonum dirige
Utriusque votum.

In 2. Vesperis.

5. Laus decora salvatori
resonet per omnia,
Per quem viget in hoc loco
Zosimi memoria.

Ad Magnificat.

Ad Benedictus.

A. Alme praesul Zosime,
Iubar sacerdotum,
Auge mores, reprime
Vitiorum motum,
Serva clerum, protege
Populum devotum

A. Ave, pater
et pastor optime,
Nostra salus
et vita, Zosime,
Praesta nobis
medelam animae,
Fuga pestem
et morbos adime
Et, qui plausu
laudis uberrimae
Te attollunt,
a malis exime.

Caietanus, Octavius, S. I, Vitae sanctorum Siculorum, Panormi 1657. Tom. I. Animadversiones p. 183. „Sollemne de sancto Zosima officium in ecclesia Syracusana, posteaquam a Rogerio Comite pulsus Saracenis restituta est, olim peragebatur. Exstant Hymni, Antiphonae et Responsoria ex eius vita desumpta descriptaque, ut barbara ferebant tempora. Hymnos exscribo.“ An diesem Officium ist nichts „Barbarisches“ zu entdecken; barbarisch erscheint dagegen die doppelte Unwissenheit, die sich in der Anmerkung des Herausgebers kundgibt. Hymnen sind keine mitgeteilt. Die einzelnen Antiphonen usw. sind nicht getrennt, sondern als fortlaufendes Ganze gedruckt. Nur wird innerhalb der einzelnen Nokturnen angezeigt, wo die Antiphonen, wo die Responsorien beginnen. — In 3. Noct. A 2, 1 Vox sopitur. — R 2, 4 tepescant. — In Laud. A 2, 5 A caula. — Aus diesem Officium finden sich einzelne Bruchstücke Acta SS. Mart. III, 840 ff. Von diesen Bruchstücken registriert Chevaliers Repert. hymnol. das erste Ut aetatis suae puer; die anderen Bruchstücke — und noch weniger das Ganze — kümmern ihn nicht.

AN H A N G.

MESSEN.

81. Missa Gallicana.

(Monii VIII.)

I. Praefatio.

Siderea de sede nitens, bone conditor orbis,
Te pietate probans, non nostra hic crimimina pensans,
Expositas admitte preces et iudice libra
Mitior aequali non reddas pondere poenam;
Errores ignosce gregis pastorque fidelis
Ereptis ovibus paradisi pabula reddas.

II. Collectio.

Summe sator rerum, qui spinis cultor adeptis
Catholicae ecclesiae plantaria fida locasti,
Flecte oculos ad vota pius, age, mente serena
Haec ut apostolico fodiatur vinea rostro,
Adridens foliis, vivaci palmite vernans.
Roscida fonte tuo, nullo cruciata vapore,
Nutriat aeternos felici germine fructus,
Fertilis et placeat largo vindemia partu.

III. Ante nomina.

Adnue, rector, opem vultuque adverte secundo,
Quae damus, accipiens, quod poscimus, ipse rependens,
Et quamvis trepidet proprio mens tacta reatu,
Vel sacra reddentes commendet causa redemptos,
Hoc speciale bonum tribuens, ut corde fideli
Vivamus Domino, moriamur crimine mundi.

IV. Post nomina.

Quod poscit divinus honor, quod munus amantum
Obsequio reddente Deo solenne tributum,
Suppliciter Dominum per vota gemella precemur,
Ut, quos culpa premit, pietas miserata relaxet,

Atque interventu sacri libaminis huius
Vita superstitibus detur, indulgentia functis.

V. Ad Pacem.

Arbiter orbis, apex rerum, spes una reorum,
Tardus vindictae, veniae celer, immemor irae,
Qui loca perquiris, miseris ubi parcere possis,
Invitans ad dona magis, ne crimina damnes,
Necte fidem populis, pacem sere, pectora iunge,
Ut teneant animo, quod blanda per oscula produunt.

VI. Contestatio.

- Dignum et iustum est, nos gratias tibi dicere dignas,
Summe Deus semperque manens dominator ubique,
Et qui cuncta potens propriis animata figuris
Artifici sermone facis, quique edita cernens,
5. Ante videns rerumque creans per nomina formas.
Cum fierent, vox semen erat, nec distulit ortus
Imperium natura sequens; mox spiritus oris
Aethera curvavit, sola nexuit, aequora fudit,
Materiamque operis sola est largita voluntas.
10. Ne deforme iugum similis portaret imago,
Tegmine servili latuit regnator Olympi,
Ut sua gentiles implerent coepta furoris.
Quis dolus Herodis, cum tristia bella moverent
Infantum mandata necis! quot ubere raptos
15. Vulnera suscipiunt parvis errantia membris,
Vix habitura locum! Saevoque iubente tyranno
Nasci poena fuit, cuius tulit impetus aevum,
Quem nescivit agi, qui perdidit. O nova mortis
Conditio, solum vitam pro fine subire
20. Et, cum prima dies atque ultima sit simul una,
Posse magis quam scire mori. Quis lumine sicco
Aut gemitu cessante queat memorare Pilati,
Quod deflent elementa, nefas? Quo iudice Christus
Subdere pro mundi voluit sua membra periclis,
25. Ut carnale malum caro solveret et ferus hostis,
Cuius ab ingenio fluxerunt tela veneni,
Perderet antiqui lacrimosa piacula belli
Materia superante pari, nec criminis ultra
Per subolem prodesset onus. Damnatio iusti
30. Libertas est facta reis. De semine verbi
Per tua dona colis signisque novalibus usa,
Colligat ista manus te fructificante maniplos,
De quibus ipse tui componas horrea caeli
Triticeamque fidem lolio pereunte coronas.

35. Per quem cuncta tibi, quae sunt caelestia, semper
Virtutesque tonant sacro modulamine carmen,
Ang(e)lorumque chorus resonant his vocibus hymnum;
Quaesumus, ut iubeas nunc nos audire canentes,
Et tibi sint placitae laudes, cum dicimus istas.

VII. Alia contestatio.

- Dignum, aequum ac iustum est, tibi nos, pie, clangere laudes.
Lux, via, vita, decus, spes, fons, sator, arbiter, auctor,
Gratia, dulcedo, sapientia, gloria, regnum,
Qui sine principio perstas, sine fine per aevum,
5. Cuius trinus apex statuit tria maxima rerum:
Sol, luna, astra, polus radiarunt lumine mundum,
Fons, pecus, herba, frutex terras variavit honore,
Piscis, concha, lapis, sal, murex aequora complet.
Sic hominem, genitor, finxisti ductile limo
10. Atque reformasti post crimina fonte lavacri;
Unde tibi merito, rerum Deus, una triades,
Vocibus angelicis haec carmina sancta resultant.

VIII. Post Sanctus.

Vere terribilis, sanctus, metuendus, amandus,
Conditor, instructor, moderator, tutor, operator,
Qui proprium genitum, per quem virtute paterna
Tunc adulescentis formasti exordia mundi,
Mittere sede poli demum dignatus es orbi,
Qui reparator adest nostrarum [lux] animarum.

Collect. ms. Angiense saec. 7/8. Cod. Carollsruhan. Aug. 253. Daraus Mone, Lateinische und griechische Messen, Frankfurt a. M. 1850, S. 30-35. — I. 1 obis. — 2 pensas. — II. 3 Plecte. — 8 vindemiae. — III. 3 reatus. — IV. 1 quod funus. — 5 libamini. — V. 5 serere. — VI. 8 sola nec suetaequora fudit; die Silben nur falsch verbunden von Mone. — 13 moveret. — 14 neci quos. — 19 solus. — 23 Quod indice. — 25 carnalem. — 26 ingenium. — 29 proderit. — 30 Da semina. — 32 manipolus. — 36 Virtutisque toas. — VII. 4 praestas. — 5 maxime. — VIII. 2 fehlerhafter oder entstellter Vers; lies tutor opime? — 3 virtutem paternam. — 6 Qui repatur. — Die Messe ist in der Weise der lingua rustica geschrieben. Für diese rein orthographischen Lesarten, die der Messe jedenfalls nicht ursprünglich eignen, muß auf Mone l. c. verwiesen werden.

82. E Missa Ambrosiana.

Praefatio.

Aequum et salutare nos tibi reddere grates,
[O] vis trina, Deus [clemens], sator optime rerum,
[O] qui cuncta [tuis] propriis animata figuris
Artifici sermone facis qui et facta conservas,

5. Qui dudum multo latitantem pulvere drachmam
Invenis accensa verbi virtute lucerna,
Ut pateant cunctis tua munera [rex pie] saeculis.
Reddens ecclesiae fausto certamine palmam,
Angelicos cernant humana lumina vultus,
10. Micent et tumuli splendida membra loco.
Iamiam qui repertus, olim absconditus agro,
Rutilat thesaurus, evangelicis praesignatus figuris.
En, superexsultat intemerata (ecclesiae) fides,
Dum sacrum mercatum margaritae lucrum capessat,
15. In qua, martyr sancte, tuus inclitus martyr
Geminam insignem Nazarius gestat coronam,
Qui meruit, Domini [testis] pro laude fidelis,
Sanguine martyrium clarificare suum.
O nimium dilecta Dei, membra Christi servata promisso!
20. O testis flagrantissime,
Nitore caeli fulgide!
Cuius inaeestimabilis
Odor [cunctis] Sabaeicis
Praepollet aromatibus,
25. Quem pius Ambrosius sacrum
Locans ecclesiae munus
Perennem patronum dedit
Reperiens et medicum,
Propugnatorem fidei,
30. Sacri proelii bellatorem.
Propterea cum angelis
[Dicamus] et archangelis
Sanctus, sanctus etc.

Miss. ms. Ambrosianum saec. 9. ex. Cod. Ambrosian. A 24 bis inf. A.
— Miss. ms. Ambrosianum saec. 10. Cod. Capit. Mediolanen. s. n. B. —
Miss. ms. Ambrosianum saec. 11. Cod. Capit. Mediolanen. s. n. C. — Der
Text dieser Präfation ist augenscheinlich sehr verdorben. Der erste Teil
derselben scheint aus Hexametern (und Distichen), der zweite aus Iamben
bestehen zu sollen. Es wechseln aber metrisch-richtige Verse mit rhythmischen,
rhythmisch-richtige mit solchen unrichtiger Betonung. Als völlig unheilbar
sind 12—15 und 19 belassen, wie sie überliefert sind. — 4 quique facta ABC.
— 5 multum B. — 8 Reddis A; ecclesiae secundum certaminis palmam ABC.
— 9 ut cernant AB. — 10 Micent et splendida tumuli ABC. — 13 Et superex-
sultat ABC. — 19 promissio AC. — 27 sq. Perennem reperiens patronum
dedit et medicum.

83. In Commemoratione s. Benedicti.

Introitus.

Gaudeat ecclesia Casinensis prole beata,
Cui Benedictus adest Scholastica virgoque grata,
Ornant hanc Maurus, Placidus, stirps nempe sacrata.

Gradale.

Per meritum gratia doctoris iussa sequentes
Sunt Maurus, Placidus, nunc Christo mente fruantes.
His pastor Benedictus in altis consociatur,
Et Scholastica nunc illis quoque perpetuatur.

Alleluia.

O venerande pater, Benedicte, gregis miserere,
O Maure, Placide, Scholastica virgoque, vere
Christum poscatis, ut nos possimus habere
Regnum caeleste, vestiti gloriae veste.

Alleluia, Alleluia.

Laudes Benedicto patri,
Piae Scholasticae matri,
Athletae forti Placido
Et duci Mauro fulgido
Devotis demus vocibus,
Us nos salvent ab hostibus.

Offertorium.

Benedicte gloriose,
Scholasticae frater piae,
Virtutibus copiose;
Maure, fulgens ut sol die,
Alta stirpe generosa;
Placide, dux nostrae viae,
Rogate Christum sedulo,
Ut in futuro saeculo
Cum sanctorum collegio
Caeli fruamur solio.

Communio.

Salvete, patres incliti,
Gubernatores saeculi,
Nostrum, Maure magnifice
Benedicteque caelice,
Placide, martyr Domini,
Cum Scholastica subveni
Nobis vos deprecantibus,
Ut iungamur regnantibus.

84. De sancto Claudio.

Introitus.

O rex regum gloriae,
Qui Claudium hodie
Ad regnum deducis,
Fac nos eius precibus,
Tam votis quam vocibus
Sic tibi placere,
Ut datum pauperibus
Regnum in caelestibus
Possimus habere.
Claudi, tuis miraculis
Ager fidei pallulat,
Gemens infernus ululat.

Graduale.

Non est nostrae paupertatis
Nec humanae facultatis
Referre miracula,
Quibus virtus deitatis,
Testis sancti sanctitatis,
Illustravit saecula.

Alleluia.

O Claudii, qui corpore
Hac in urbe reservatus,
Praeserva nos a languore
Venenosi flatus
Per tua miracula.
Alleluia.

Offertorium.

Quanti sanctus sit nominis,
Mortui testantur,
Qui utriusque hominis
Morte tenebantur,
Nam Claudii meritis
Multi suscitantur

Communio.

Gloriose praesul Christi,
Claudi sacratissime,
Duc nos tecum, quo ivisti,
Post Christum piissime,
Intercede et pro nostra
omniumque salute.

Miss. Carnotense imp. Parisiis 1535. A. — Miss. Tullense imp. Tullii.
1551. B. — Grad. 5 sanctitatis fehlt B. — Allel. 2 Hoc in orbe AB. —
Com. 2 sanctissime AB. — Com. 5 et fehlt.

85. De sancta Ermelinde.

Introitus,

Gaudeamus
in te nos, Domine,
Et psallamus
in tuo nomine,
Sub colendis
condigno carmine
Ermelindis
festis et fame
Coastantibus
caeli civibus
Nomenque tuum
collaudantibus.

Graduale.

Virgo gradu gradiens
directo, sedula fiens,
Gratiore grata
veneratione veneranda;
Cur quasi regina
pro virginitate supina
Est exaltata
caeloque beatificata.

Alleluia.

O vere digna monacha,
O virgo cultrix eremi,

Christum tua prece placa,
 Qui ne velit dire premi
 Nos sorte daemoniaca,
 Quos curavit semel emi,
 Sed te frui
 Vultu sui.

Deo tota
 Funde vota
 Vique tota
 Nobis hic et alias
 Christum mitigato
 Pacisque bona dato.

Quae per pudoris flosculum
 Et per virtutes alias
 Ornasti tuum vasculum,
 Tu nobis hic et alias
 Christum mitigato,
 Pacisque bona dato.

Tractus.

Tu dives opum gratiae
 Sponsa regis gloriae,
 Te collaudat hodie
 Plebs ovante facie.

Assis, pia,
 Et de via
 Lapsos rege
 Et protege,

Offertorium.

Offer summae trinitati
 Votum prece supplice,
 Virgo pia, ne peccati
 Impediamur obice,
 Sub peccato venundati
 Redempti sumus apice,
 Ne damnemur iudicati
 A Christo pio iudice.

Communio.

Stat tua per labia
 distillans gratia dia,
 Scandit et in Rama
 redolendo tui thymiana.

Acta SS. Oct. XII, 866 ff. „e pervetusto codice pergameno archivii“
 Meldradiensis. — Das Graduale besteht aus Hexametern wie die Communio.
 Der zweite Satz ist kein Fragesatz, sondern cur steht hier wie öfters sonst
 statt quare. — Offert., 2 soll die Hs. Vocum preces attende lesen, was
 allerdings gegen den Reim verstiefse. — Hierzu die Sequenz Vox amoena
 mens serena Acta SS. l. c. 867.

86. De sancto Lazaro.

Introitus.

Collaudemus venerantes
 Christi sacrum praesulem
 Nos adulti et infantes,
 [Genere] praenobilem,
 Quem a morte Christus vocavit
 Per mortem terribilem
 Massiliamque decoravit
 Hic fundendo sanguinem.

Alleluia.

Nobilis es ex genere,
 Virtutibus nobilior,
 O sancte praesul Lazare,
 Ora pro nobis omnibus.

Offertorium.

Venit ab Ierosolymis
 Massiliae oblatus

Lazarus, multum nobilis,
Stirpe regia natus,
Ab universis populis
Devote est laudatus,
Eius sanctis meritis
Sit nunc Deus placatus.

Faillon, Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie Madeleine II, 586 aus „Missale seu sacramentarium ad usum illibatae Aniciensis ecclesiae almifluis deiparae obsecrationibus angelicis manibus consecratae (gothique)“.

Inhaltsübersicht.

Real-Index.

	Seite		Seite
1. Die Dominica	15	45. De sancto Hyacintho	115
2. De Corona Spinea	16	46. De s. Iohanne Evang.	117
3. De Sepulcro Domini	19	47. De s. Iohanne Evang.	118
4. In Praesentatione BMV.	20	48. De ss. Iohanne et Marciano	120
5. In Visitatione BMV.	22	49. De sancto Ioseph	122
6. De Beata Maria V.	23	50. De sancta Iuliana	123
7. De Beata Maria V.	27	51. De ss. Iusto et Clemente	125
8. De Beata Maria V.	28	52. De s. Iusto Tergestino	128
9. De BMV. in Inventione reli-		53. De s. Katharina Senen.	132
quiarum Baiocensium	30	54. De s. Katharina Suecica	134
10. De sancto Alexandro	31	55. De sancto Kentigerno	137
11. De sancto Amando	32	56. De s. Laurentio Sipontino.	140
12. De sancto Antonino	34	57. De s. Leonardo Lemovicen.	144
13. De sancta Aurea	36	58. De ss. Liberata et Faustina	147
14. De sancta Barbara	37	59. De s. Lucia Salernitana	149
15. De sancta Begga	40	60. De s. Lucia de Monte Vir-	
16. De sancta Berta	42	ginis	152
17. De sancto Catervo	44	61. De s. Marcellino Edredunen.	154
18. De sancto Chrysogono	47	62. De sancta Martha	155
19. De s. Cypriano Tolonen.	48	63. De sancto Matthaeo	157
20. De sancto Dionysio	49	64. De sancto Nicolao	160
21. De sancto Domnio	53	65. In Translatione s. Nicolai	161
22. De sancto Ettone	56	66. De sancto Paride	162
23. De s. Eucharis Tullen.	58	67. De sancto Petro.	163
24. De sancto Eunuphrio	61	68. In Inventione s. Quintini.	164
25. De sancta Eustella	63	69. De sancto Quirino	165
26. De sancto Evurtio	65	70. De Reliquiis Ecclesiae s.	
27. In Transl. s. Evurtii.	65	Frambaldi Silvanectensis	166
28. De sancta Fide	70	71. De sancta Reparata	167
29. De sancta Firmina	73	72. De sancto Richario	168
30. De sancto Floriano	76	73. De sancto Severo	178
31. De sancto Galecterio	78	74. De sancto Siffredo	179
32. De sancto Galgano	81	75. De s. Siro Ticinen	182
33. De sancto Gengulpho	84	76. De ss. Sororibus BMV	185
34. De sancto Gaudio	87	77. De sancto Tito	188
35. De sancto Georgio	91	78. De s. Valeria Lemovicen.	190
36. De s. Gerardo Cenadien.	95	79. De sancto Wulfranno	192
37. De s. Gerardo Potentino	97	80. De sancto Zosimo	193
38. De s. Germano Autisiod.	100	81. Missa Gallicana	199
39. In Transl. s. Gertrudis	102	82. E missa Ambrosiana	201
40. In Consecr. s. Gertrudis	104	83. In Commemoratione s. Bene-	
41. De s. Guillelmo Vercellen.	105	dicti	202
42. De sancta Hedwige	107	84. De sancto Claudio	203
43. De ss. Hellaro et Tatiano	109	85. De sancta Ermelinde	204
44. De ss. Hermelando et Baldo	112	86. De sancto Lazaro.	205

Verbal-Index.

	Seite		Seite
A dest dies celebris	115	In his sacris sollempniis	179
Adest dies laetitiae	48	In septentrionali Wallia	137
Ad gloriam Dei et fideliū	147	L aeta psalle Noria	76
Ad hanc urbem Sipontinam	140	Laetetur ecclesia	127
Ad laudem regis gloriae	172	Laetetur plebs fideliū	81
Ad te Christe fili Dei	56	Laudet eia salvatorem	97
Aequum et salutare	201	M agnificet ecclesia	32
Aethereos patres	168	Magnus es rex Christe	190
Assunt festa magnifica	155	Martyr praecinctus Domini	171
A teneris annis	105	Miles in Christi curia	44
Aurea iam saecula	95	N unc venias properesque	122
Ave decus martyrum	31	O Advigis mirabilis	107
Ave gemma claritatis	70	O beata Reparata	174
B elliger iste sagax	53	O beata sponsa Christi	134
Benedicta villa maris	185	O beate Marcelline	154
C hriste tui sancti	144	O Christi cultrix	37
Christum nunc laudate	19	O Christo plebs dedita	112
Claret dies praecipua	188	O fundatrix Begginarum	40
Coepit praeses contristari	91	O pater venerabilis	117
Collaudemus venerantes	205	O rex regum gloriae	204
Corde puro regis regum	192	P laudat mater ecclesia	123
E ligius praesul	169	Praeclarus dies rutilat	165
Ex motu infantium	22	Pro fidei meritis	15
Exsultet caeli curia	61	Q uem colit et laudat	28
Extremum peragens	152	Qui Iohannem diligebat	118
F elix praesul Evurtius	65	R ecolenda gloriosi	84
Firmina virgo virtutis	73	Rector orbis et redemptor	176
Forma decus puellarum	27	Regia virgo fuit	63
Fulget clara dies	130	Rosa rubens et candens	36
G audeamus in te nos	204	S acris duxit originem	160
Gaudeat ecclesia Casien.	202	Salvatorem Sirus princeps	182
Gaudeat ecclesia pro palma	58	Sanctus Galectorius	78
Gaude diva radix levitica	157	Sedenti super cathedra	87
Gaude felix mater ecclesia	16	Sidereo de sede nitens	199
Gaude felix Parisius	49	Signo divino	65
Gaude felix urbs Syracusia	193	Splendide Chrysogone	47
Gaude plaudens fidelis contio	163	Stirps Iesse virgam	30
Germine conspicuo	34	T rininitatis thalamum	23
Gertrudis festa	102	U tero materno	20
Gloria sanctorum	178	V irginem Katharinam	132
H aec vera fraternitas	109	Virtutum titulis	100
Hi duo nostri martyres	120		
Hodiernae lucis sollempnia	104		
I am splendor lumen luminum	149		
Inclitae martyris festa	42		

Nachtrag.

De Quinque Martyribus.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Torrentem per martirium
Quinque Fratrum Minorum
Adepti sunt consortium
Caelestium splendorum.
2. Mirabilem victoriam
Dominus renovavit,
Quando Fratrum familiam
Triumphis decoravit.
3. Haec vere generatio
Rectorum perhibetur,
Quae praeclaro martyrio
Coronam promeretur.
4. Vota fratrum humilium
Deus celsus respexit,
Quos ad caeli fastigium
Martyriis erexit.
5. Lauda Christum praeconiis,
Religio Minorum,
Qui tuis dedit filius
Martyrium decorum.

Ad Magnificat.

- A. Actor magnificentiae,
Quae lucet in martyribus,
Christus magnificetur,
Veniae dos et gratiae
Precetur cum sodalibus,
Othoque nobis detur.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Rex martyrum et praemium,
Christus laete laudetur,
Pro quo Fratrum collegium
Occidi non veretur.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Felix Fratrum quinarius,
Firmus in Christi lege,
Factis probat et certius
Se de Francisci grege.
2. Adversus Christi aemulos
Saraceni frementes
Augent poenarum stimulos,
Ferunt illi gaudentes.
3. Perversi multifarie
Sanctos aggrediuntur,
Sed a Deo propitiae
Illi suscipiuntur.

Responsoria.

1. Quinaria familia,
Francisci genitura,
Spreta carnis lascivia
Et mundanorum cura,
Docebat in Hispania
Documenta secura.

V. Per poenas et opprobria
Horum probat Sibilia
Vota firmaque pura.

2. Rege coram Sibiliae
Flatu sancto muniti
De causa, de progenie
Respondent requisiti,
Nec minis nec blanditiis
Cesserunt impetiti;

V. Ieiuniis, vigiliis
Ac etiam suspiriis
Non neglegunt inniti.

3. Turris in summo positi
Non cessant praedicare,
Sed viri Satan subditi
Conantur hos turbare,
Quos populi rex perdit
Dire iubet necare;

V. Agente prece geniti
Non necantur immeriti,
Iubentur navigare.

In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Sancti fratres et humiles,
Virtutibus perfecti,
Sunt ad manendum habiles
Divino regno tecti.

2. Voluntates mirificat
Suas Deus in sanctis,
Laetificans dignificat
Quos donis tot et tantis.

3. Francisci generatio
Quod vere quaerat Deum,
Probat haec felix contio
Tot passa propter eum.

Responsoria.

1. Ferventes ad martyrium
Christi propter amorem
Perveniunt Marochium
Non parvum post laborem,

Infans Portugalensium
Receptis dat honorem.

V. Divum pandunt eloquium,
Laeti ferunt supplicium,
Quaerunt regis furorem.

2. Diro ducti de carcere
Crudeliter caeduntur,
Nec propter hoc ab opere
Incepto retrahuntur,
Fidem veram disserere
Nolentibus nituntur;

V. Bene cum barbae vellere,
Cum labiis ex verbere
Cruore perfunduntur.

3. Maurorum dux aggrediens
Consortium decoris,
Nunc blandiens, nunc saeviens,
Perversi consors moris,
Quem Dei plebs despiciens
Vim non perdit rigoris;

V. Seorsum ligat furiens
Dux flagellans et feriens
Servos mundi factoris.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Confessi Deo cithara
Mortificationis
Contemnunt facta barbara
Perversae nationis.

2. Ex angustiis omnibus
Hos sanctos liberavit
Deus, horum qui mentibus
Dulce lumen donavit.

3. Spes, virtus et refugium
Sanctis Deus censetur,
Per cuius beneficium
Omnis iustus meretur.

Responsoria.

1. Vinctis post terga manibus
Nudi, discalceati,
Flagellis, pugnīs, fustibus
Per totum verberati,
Regis diri conspectibus
Sunt sancti praesentati;
V. Laetis constantes vultibus
Respondent variis vocibus
A Deo confortati.
2. Praemissis minis voluit
Rex Almiramolius
Pervetere nec potuit,
Sic amor nam divinus
Hos firmiter retinuit
Sinceros intra sinus;
V. Tres gladios exacuit
In his, sartaque tribuit
Deus unus et trinus.
3. Reliquiae prae-nobiles
Vilissime tractantur,
Quas igni dant ignobiles,
Sed a Christo servantur,
Tristantur incredibiles,
Christiani laetantur;
V. Deus conservat humiles,
Per lapides terribiles
Proiectos ne laedantur.

In Laudibus.

Antiphonae.

1. Quinque fratrum martyria
Firmae credulitatis
Sunt firma testimonia
Eorum sanctitatis.
2. Constanter in laetitia
Hi Christo famulantur,

Ob quod eius praesentia
Aeterne gratulantur.

3. Francisci dat religio
Praeclarum fructum suum,
Quo prava, Christe, natio
Cognoscit nomen tuum.
4. Sacerdotes et laici
Christo benedixere,
Martyrio multiplici
Dum mortem sustulere.
5. Lauda Christum, Colimbria,
Gaudenter laude plena,
Hosque laude quinarum
Pangat plebs Agarena.

Ad Benedictus.

- A. Gloriosi martyrii
Pretiosa devotio
Infantem liberavit
De taediis exsilii
Sanctoquo desiderio
Antonium inflammavit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

- A. Gaude quino martyrio,
Sed plange Machometicos,
Urbs Marochiana,
Pro tanto patrocinio
Plausus age melodicus,
Plebs Colimbriana.

Alia Antiphona.

- A. O regnum Portugalliae,
Quod vergis ad occasum,
Te ditavit altissimus
Sanguine quinque fratrum;

Rex impius Marochiorum
Tibi per Petrum obtulit
Thesaurum hunc Minorum,
Quem Beata Crux suscipit.

Gaude illorum meritis,
O tam felix Hispania,
Sed tu iubila prae ceteris,
Devota plebs Colimbriana.

Breviarium secundum usum insignis monasterii Sanctae Crucis Colimbriensis, ordinis divi Augustini. Impr. Colimbriae (Germanus Galbardus) 1531. — In 2. Noct. **A** 1, 4 Divini. — **R** 1, 4 Non parum post. — In 3. Noct. **A** 2, 1 omnibus angustus. — In Laud. **A** 5, 4 ples. — Die letzte **A** ist augenscheinlich nicht vom Verfasser des Officiums. Zu diesem der Hymnus: Romana gaude natio. — Das seltene Brevier, dem dieses Officium entnommen, wurde mir erst nach Vollendung des Druckes der ersten Hälfte dieses Bandes bekannt. Ich verdanke Kenntniss und Einsichtnahme der Güte des Herrn Ludwig Rosenthal, Antiquars in München.

ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

Clemens Blume und Guido M. Dreves.

XLV^b

CANTIONES ET MOTETI.

Lieder und Motetten

des

Mittelalters.

Dritte Folge.

Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1904.

CANTIONES ET MUTETI.

Lieder und Motetten

des

Mittelalters.

D r i t t e F o l g e .

CANTIONES

Variae, Bohemicae, Suecicae.

Herausgegeben

von

Guido Maria Dreves

S. J.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d

1904.

VORWORT.

Der vorliegende Halbband enthält in drei Abteilungen einen Nachtrag von Cantionen. Die erste Abteilung umfaßt solche aus verschiedenen, die zweite aus böhmischen, die dritte aus schwedischen Quellen. Zu jeder dieser Gruppen wenige Worte.

I.

Mancherlei Lieder mit ein- oder mehrstimmigen Melodien enthält ein aus Eberhardsklausen stammender Sammelband des 15. Jahrhunderts, jetzt Cod. 322 der Trierer Stadtbibliothek. Es konnten aus dieser Handschrift leider nicht alle Lieder Aufnahme finden, da dieselbe fast nur Bruchstücke bietet. Die Sammlung ist nämlich ersichtlich zu musikalischen Zwecken angelegt und daher den Noten vielfach nur die erste Strophe der Lieder untergelegt. Folgendes sind die Anfänge der übergangenen Lieder:

Ave lumen Dei verum.
Nova simus conspersio.
O praemium et requies.
Paraclitus egrediens.
Physica harmonia.
Quondam stillans esu manna.
Sonat agmen caelestis curiae.
Tu sine principio.
Universi populi.
Veni sancte spiritus, Da nobis.
Veni sancte spiritusque pater.

Die Texte dieser Trierer Handschrift sind überaus schlecht und fehlerhaft. Die Handschrift selbst hat, falls sie nicht aus Böhmen stammt (allerdings aus dem deutschen Böhmen, da sie auch deutsche Texte enthält), jedenfalls eine böhmische

Vorlage gehabt. Ein Fingerzeig für diese (mindestens mittelbare) böhmische Herkunft gibt schon das Vorkommen des Husliedes *Iesus Christus nostra salus* (Anal. XLVb, Nr. 125), das indes auch außerhalb Böhmens bekannt war. Einen weiteren gibt die Erwähnung der Literaten in dem Liede *Adest dies celebris*:

Pro literatis
Tibi paratis.

Dafs es auch außerhalb Böhmens Literatengesellschaften (vgl. Anal. I, 27 u. f.) gegeben, ist nämlich mindestens sehr zweifelhaft. Endlich kommen unter den wenigen Liedern der Eberhardsklausener Handschrift zwei weitere vor, die entschieden böhmischer Herkunft sind, nämlich das Lied *Omnium sanctorum festa recolamus*, Anal. II, 126, und das Lied *Katharina coronata* (statt *Dorothea coronata*), Anal. XLVb, Nr. 156. Nach P. Bohn, der in den Monatsheften für Musikgeschichte 1897, S. 37 ff., eine kurze Beschreibung der Handschrift gegeben und einige Lieder aus derselben mitgeteilt hat, zeigt der deutsche Text „ein Gemisch von niederländischen und Moselaner-Dialekt.“ Diese Angabe entzieht sich meiner Kontrolle. Ihre Richtigkeit vorausgesetzt, hätten wir also ein Schöpfen aus böhmischen Quellen anzunehmen.

In der Sterzinger Miszellenhandschrift, über welche Zingerle in den Sitzungsberichten der Wiener Akademie (Bd. 54 [1866], 293 ff.) berichtet, und aus der schon früher (Anal. XXXIII) mehrere Reimgebete mitgeteilt sind, befindet sich S. 29b noch das folgende Lied mit der Aufschrift: **Marnarii de quinque vocalibus; de quinque vocalibus** insofern, als die fünf Strophen des Liedes auf dieselben auslauten:

- | | |
|----------------------------|--------------------------------------|
| 1. Iam pridem aestivalia | 2. Nunc conticent aviculae, |
| Pertransiére gaudia, | Quae volebant in nemore |
| Brumalis saevitia | Cantica depromere |
| Venit cum tristitia, | Et voluptates ¹⁾ gignere, |
| Grando, nix et pluvia | Tellus caret gramine, |
| Corda nunc reddunt segnia, | Laeto sol micat iubare, |
| Ut desolentur omnia. | Et dies currunt propere. |

¹⁾ voluntates.

- | | |
|---|--|
| <p>3. Ad obsequendum Veneri
 Mens tota languet¹⁾ animi,
 Fervor abest pectori
 Et calor cedit frigori,
 Maledicant hiemi,
 Qui veris erant soliti
 Amoenitate perfrui.</p> | <p>4. In omni loco congruo
 Sermonis oblectatio
 Cum sexu femineo
 Evanuit omnimodo;
 Tempori praeterito
 Sit salus in perpetuo
 Et gratiarum actio.</p> |
|---|--|
5. Prae lucis aurae transitu
 Et tempestatis impetu
 Tribulato spiritu
 In gravi sumus habitu.
 Ver, nunc tuo reditu
 Refove, quos in gemitu
 Reliquisti iam diu.

Diesem Liede füge ich ein anderes bei: ad salutandum cantorem in novo anno, weil sich dasselbe doch zu sehr dem weltlichen Liede nähert. Es steht in der Pariser Hs. 1139, einem Tropar von St. Martial in Limoges.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Annus novus in gaudio
 Agatur in principio,
 Magna sit exsultatio
 In cantoris tripudio.</p> | <p>Tota sonet ars musica
 In cantoris praesentia.</p> |
| <p>2. Anni novi principium²⁾
 Vox celebret psallentium,
 Et cantorem egregium
 Hymnus extollat omnium.</p> | <p>4. Annum novum celebrantes,
 Exsultantes et laetantes
 Et cantorem venerantes
 Gaudeamus congaudentes.</p> |
| <p>3. Anno novo in cantica
 Recitentur³⁾ organica,</p> | <p>5. Anne nove, fit titulis
 Hodie ineffabilis,
 Tui cantor mirabilis,
 Esto per saecula⁴⁾ stabilis.</p> |

R^o. Ad haec sollemnia
 Concurrunt omnia
 Voce sonantia
 Cantoris gratia
 Et vitae spatia,
 Per quem laetitia
 Fit in ecclesia.

Die den Schluß dieser ersten Abteilung bildenden Canticiones Scholasticae (Nr. 98—109) sind sämtlich einer aus St. Victor von Paris stammenden Hs. Cod. Parisin. 11412

¹⁾ languent. — ²⁾ principio. — ³⁾ recitetur. — ⁴⁾ saecula.

entnommen. Man vgl. über dieselbe Hauréau, *Notices et Extraits* V, 30 ff. Einige dieser „Noëls des écoliers“ hat Duméril, *Poésis inédites du moyen-âge*, 295 ff., publiziert. Diese Lieder sind alle von ein und demselben Verfasser geschrieben, für Schüler, gewiß, aber schwerlich von einem Schüler; dazu schreibt der Diktator doch zu kulante Verse, die ich nicht für so minderwertig erachten kann als Hauréau. Bemerkenswert ist, daß in der Reihenfolge dieser Lieder das bekannte Gedicht *Taurum sol intraverat* in doppelter Redaktion, das andere *Tanto viro locuturi* in längerer Fassung sich findet.

II.

Dieses zweite *Auctarium Cationum Bohemicarum* — denn ein erstes bilden die *Cantiones Vissegradenses* (*Anal.* II, 147 ff.) — ist vorzugsweise der Hs. XIII A 2 des Böhmischen Museums in Prag entnommen. Dieselbe ist 1512 von einem Priester Wenceslaus de Wyskytna geschrieben, selbstredend für eine Kirche der Prager Erzdiözese; für welche, dafür fehlen die nötigen Anhaltspunkte. Bemerken will ich nur, daß die Kirchenweihe des betreffenden Ortes zwischen dem Feste des hl. Bartholomäus und dem des hl. Wenzeslaus lag. Außer den im folgenden mitgeteilten enthält diese Hs. auch zahlreiche *Cantiones*, die schon *Anal.* I und II mitgeteilt wurden. Die Lesarten der Handschrift zu diesen Liedern werden später an geeigneterem Orte mitgeteilt werden, als es dieses Vorwort wäre. Das ganze Inhaltsverzeichnis der Handschrift hier aufzuführen, halte ich für überflüssig und bemerke nur, daß die folgenden Stücke absichtlich übergangen worden sind:

1. *Inter natos mulierum, Ut testatur.* Dieses Lied besteht nämlich aus den Strophen 1—5 inkl., 11 b und 12 der Sequenz *Anal.* XXXIX, Nr. 194.

2. *Profitentes trinitatem.* Besteht aus fünf Strophen der bekannten Dreifaltigkeits-Sequenz Adams von St. Victor mit dem Rundreime:

Trinae sit laus unitati,
Sit et simplae trinitati,
Patri, nato ac flumini
Ab utroque procedenti,
Coaeterna gloria.

3. Ave Iesu quam formosus. Das Lied besteht aus acht dem Psalterium Ave Iesu lignum mite, Anal. XXXV, 53 ff. entlehnten Strophen.

4. Pomparum dux tunc corruit. Ein tschechisches Lied, dem nur die folgenden lateinischen Verszeilen vorausgehen:

Pomparum dux tunc corruit,
Dum virga Iesse floruit,
Emanavit,
Hunc locavit
Virguncula purissima.
Elatum dux opprimitur,
Dum rex caelorum nascitur.

R^o Collaudemus hunc Dominum
Et salvatorem omnium
Matre cum clarissima.

Nur ein unbekanntes Lied bot die kleine Sammlung von Cantiones in einem Prager Gradual von 1473, Cod. Mus. Bohem. XII A 1¹); dagegen sind einige lateinische Gesänge aus Jan Rozenpluts Kancyonál, Holomaucy MDCI aufgenommen worden, weil sich dieselben als mittelalterliche Lieder charakterisieren. Ausgeschlossen habe ich eine Reihe von Cantionen, die sich in der Wiener Handschrift 11857 finden, die dem ausgehenden 16. Jahrhundert angehört. (Vgl. Anal. XLII, 9.) Diese Lieder sind nämlich augenscheinlich nicht mittelalterliche, stellen sich vielmehr als der mißlungene Versuch einer in voller Dekadenz begriffenen Zeit dar, sich der eleganten Formen verschwundener Tage zu bedienen. Folgendes sind die Initien der in dieser Sammlung enthaltenen Cantiones:

Venit in mundum de caelis.
Ave speciose fili matris castae.
Victoriosissimae matris.
Omnes cum gaudio Deo serviamus.
Virgo stellis quae est adornata.
Unigenitum parentis natum.
Vox angeli mitissima.
Universi pangamus.
Vigilanti iam animo.

¹) Die Handschrift leitet die Sammlung von 14 Cantionen mit der Rubrik ein: „Sequuntur cantilenae de B. M. V. non secundum chorum Pragensem, sed de beneplacito cantandae.“

Venite Dei cultores.
Dominum laudemus voce alacri.
Nos mortales omnes Deo parenti.
Salve fili matris castae.
Memorantes Christi adventum.
Viri fratres simul congregati.
Venite in nomine omnes Iesu Christi.
Venit in mundum rutilans propago.
Regi regum regi regum Domino.
Deus invictissime audi nos.
Venit de caelestibus Gabriel archangelus.
Virginem castissimam Delegit.
Virga Iesse reffloruit Lugubri.
Ave Iesu gloriose Fili matris.

Beispielshalber mag das erste dieser Lieder hier eine Stelle finden:

- | | |
|--|--|
| <p>1. Venit in mundum de caelis
Magni patris natus,
Ei semper amabilis
Atque reis gratus;
Nam ob salutem eorum
Venit rex caelorum,
Propheticis oraculis
Olim praedicatus,
Sybyllinis versibus
Pariter cantatus.</p> <p>2. Caelorum factor altorum
Se exinanivit,
Et creator angelorum
Se humiliavit,
Servi formam suscipiens,
De nobis providens,
Dum in gremium virginis
Descendit humilis,
Factus est visibilis,
Cunctis placabilis.</p> <p>3. Laudemus regem humilem,
Cunctis placabilem,
Ad hunc voces extollendo,
Preces porrigendo.
Venit in hoc exilium</p> | <p>Ferens auxilium,
Nos ab omni privans malo
Et daemonis dolo.
Christo regi gloria
Sit et victoria.</p> <p>4. Salve, Iesu piissime,
Fili matris castae,
Salve, puer mitissime,
Patris candor, Christe;
In cor nostrum illabere,
Nobis miserere
Tuam gratiam praestando,
Virtutes donando,
Ut te possimus pure
Et digne laudare.</p> <p>5. Cuius tonitru tremiscit
Tellus atque aether,
Quem princeps mundi pavescit,
Mulges matris uber,
Infans perquam gloriosus,
Nobis gratosus,
De plenitudine cuius
Omnes accipimus;
Illi ergo gloria
Sit et victoria.</p> |
|--|--|

6. Te nunc oramus, Domine,
Assis sine mora,
Tuo¹⁾ vivamus nomine,
In ultima hora,
Tuas in manus animas
Commendamus nostras,
Quas digneris gubernare
Et pie servare,
Ut consequantur tua
Laetanter gaudia.

7. Cum veneris iudicare
Omnes terrae tribus
Et omnes ad te vocare
De mundi partibus,
Statue nos ad dexteram,
Iuste iudex, tuam,
Ut audire verba tua
Queamus dulcia:
Ite, vos benedicti,
Deo praedilecti.

8. Da audire illam vocem,
Benigne salvator,
Ut atram vitemus necem,
Aeterne creator,
Duc nos tuam ad gloriam,
Post hanc victoriam,
Ut te laudemus in caelis
Cum sanctis angelis
Per tempora sedula
Per cuncta saecula.

III.

Die Lieder der dritten Abteilung führen den Namen *Cantiones Suecicae* nicht deshalb, weil sie ausnahmslos aus Schweden stammen, da manche vermutlich, einige wenige gewiß aus Frankreich, Deutschland oder Böhmen stammen, sondern weil sie jedenfalls der Mehrzahl nach nordischen Ursprungs und alle ein und derselben schwedischen Quelle entnommen sind, aus der sie bereits von Klemming in seiner schwedischen Hymnensammlung publiziert wurden. Obschon diese Quelle aus dem Ende des 16. Jahrhunderts stammt, ist doch ihr Inhalt ein mittelalterlicher. Der Titel dieses seltenen Druckwerkes lautet:

Piae cantiones ecclesiasticae et scholasticae veterum episcoporum in inclito regno Sueciae passim usurpatae, nuper studio viri cuiusdam reverendissimi, de ecclesia Dei et schola Aboënsi in Finlandia optime meriti, accurate a mendis correctae et nunc typis commissae opera Theodorici Petri Nylandensis. His adiecti sunt aliquot ex psalmis recen-

¹⁾ Nobis tuo vivamus

tioribus. Imprimebatur Gryphisualdiae per Augustinum Ferberum.

Colophon: Gryphisvaldiae. Typis Augustini Ferberi Anno 1582.

Die Vorrede ist datiert Rostochii, die 23. Maii anno Christi 1582. Aus derselben sind die folgenden Abschnitte nicht ohne Interesse.

„Semper itaque sapientes gubernatores et pii episcopi una cum ceteris artibus ecclesiae necessariis etiam musicae studia foverunt et sedulo conservaverunt. Tales φιλόμουσοι, homines vere pii et docti, admiratores et laudatores operum divinorum, etiam in mea patria fuerunt non pauci, quod ipsum hic libellus, qui spirituales cantiones et carmina veterum episcoporum in inclito regno Sueciae continet, testatur. Quamquam enim permagnae in ecclesia tenebrae essent eo tempore, quo lux evangelii variis sophisticis superstitionibus et idolorum cultibus oppressa iaceret, tamen in tanta caecitate Deus excitavit aliquos pios viros, ipsum recte agnoscentes et fiducia misericordiae divinae propter Christum promissae eum invocantes et celebrantes. Huius asseverationis etsi alia quoque testimonia exstent, tamen hic libellus prae aliis locupletissimus testis esse potest. In quem tametsi iniuria librariorum mendae quaedam irrepserunt (ut fieri solet, cum liber aliquis ab imperitis saepius describitur), tamen ab istis erratis pene omnibus magna ex parte repurgatus et restitutus est. Quamvis interim negari non possit, cum omnia haec rhythmica potius sint quam poetica, pluribus in locis antiquae illius et tum in conventibus ecclesiasticis et scholasticis usitatae latinitatis vestigia adhuc subinde occurrere, quae tamen talia sunt, ut vetustatis reliquiosae nomine potius venerationem cum candida excusatione quam maledicam et superciliosam exagitationem promereri videantur. Sicuti veteres quoque illos post edita poemata Virgilii, Horatii et aliorum poetarum plane divina, tamen non propterea Ennium et Lucilium plane repudiassent et cum fastidio abiecissem constat

Cum vero usus talium cantilenarum non sit exiguus, cumque non solum in scholis, verum etiam alias in inclito regno Sueciae, patria mea carissima, passim usurpentur, eadem insuper opera magnificorum et illustrium virorum in civitate

Aboënsi nuper revisae et approbatae sint, ego eas cum propter gloriam Dei, ad quam singuli nostra consilia, studia et actiones referre debemus, tum propter utilitatem ecclesiae scholarumque, quae in patria mea sunt, quibus me totum dedere iisque omnia mea quasi consecrare debere agnosco, typis elegantibus excudendas curavi.“

Jedem springt sofort in die Augen, daß die in diesem Werkchen enthaltenen Marienlieder sämtlich auf Christus „umgedichtet“ sind. Bei der Umdichtung ist nämlich, soll ich sagen, so konservativ oder so salopp, verfahren, daß die Veränderung überall mit Händen zu greifen ist. So wird Christus im ganzen Mittelalter niemals *Stella maris* genannt. Dieser Ausdruck ist ein ständiges Beiwort Mariens, weil er für die Übersetzung des Namens *Mirjam* galt. In diesen Umdichtungen wird aber Christus wiederholt schlankweg *Meeresstern* genannt. So Nr. 180, Str 6 b:

Stella maris
Appellaris
Lapsis in sentinam.

Vielfach ist aber die Überarbeitung noch viel perfunctorischer. So ist das Lied Nr. 179 auf Christus abgeändert; Str. 1 b wird derselbe (unter Zerstörung des Reims) angeredet:

Natus carens
Originis contagio,
Totis votis
Te carminis
laudat praeconio
Coetus nostri collegii.

Im Verlaufe seiner Arbeit hat aber der Revisor augenscheinlich völlig vergessen, wer der Angeredete ist, und fährt daher fort Christus zu apostrophieren nicht nur als:

Tu rubus ardens crederis,
Tu vellus Gedeonis,

was ständige Epitheta Mariens sind, sondern sogar:

Tu Judith fortis,
Hesther mortis
In caput sententiam
Commutans Haman pravi.

Wer diesen Gallimathias im Zusammenhange lesen will, kann diesem Wunsche bei Klemming II, 33 ff. Genüge leisten.

Bei einigen wenigen Liedern läßt sich aber auch die unkorrigierte marianische Fassung in älteren Quellen nachweisen. So vergleiche man das Lied Ave, maris stella Lucens miseris, Anal. I, 49, mit Klemming II, 15 sq.; das Lied Ave, maris stella, Divinitatis cella, Anal. XX, 143 sq., mit Klemming II, 13 sq.; das Lied Parce, virgo, spes reorum, Anal. XX, 169, mit Klemming II, 60, und man wird sehen, wie diese Überarbeitungen gemacht wurden. Ich habe nicht wie Klemming die überarbeiteten Texte des 16. Jahrhunderts abgedruckt, sondern den mittelalterlichen Text herzustellen gesucht, was in der Regel nicht schwierig erschien.

Dem zuletzt genannten Liede: Parce, virgo, spes reorum, sind in unserer Quelle vier weitere (ebenfalls umgedichtete) Strophen angehängt, die sich schon durch das verschiedene Metrum als nicht zum Liede gehörig kennzeichnen. Dieselben sind augenscheinlich nur ein Bruchstück eines längeren Marienliedes und darum fortgelassen. Man findet dieselben bei Klemming l. c. Auch hier kann man die Bearbeitung sofort an dem zerstörten Binnenreime erkennen: Iesu Christi, caecis via statt: O Maria, caecis via.


Übergangen habe ich auch das kurze Lied Regimen scholarium, das ganz zweifellos nur ein Torso ist. Wer es vermissen sollte, findet es bei Klemming IV, 65.

München, den 11. Juni 1904.

Guido Maria Dreves.

I.

CANTIONES VARIAE.



Cantiones Natalitiae.

1. De Incarnatione Verbi.

Grammatica.

1. Causans totam structionem
Regi vi vis excipit,
Ens cum rerum passionem
Accidentum suscipit,
Complens crux orationem,
Dum transit, repraecipit
Et figuris rationem
Ut naturam decipit.

Logica.

2. Inter locos locum nescit
Locus a contrariis,
Praedicatum obmutescit,
Fallitur in propriis,
Syllogismus enthymescit,
Circulus epichremis,
Et de suis erubescit
Logica fallaciis.

Rhetorica.

3. Novus tropus in figura,
Dum locos dat actio,
Nec solvit causae statura
Sed deliberatio,
Quid concludat triiunctura,
Periodi transmissio,
Primus color in scriptura
Christi rubricatio.

Arithmetica.

4. Dum ab uno bis procedit
Sesquas, par se meditas,
Dum impar gumpho succedit,
Fit idem alteritas,
Semis bis se dodrans pedit
Libram triens peditas,
Metas tamen non excedit
Trisubstans medietas.

Geometria.

5. Suae artis in censura
Geometra fallitur,
Dum immensus sub mensura
Terrenorum clauditur,
In directum quadratura
Circuli dissolvitur,
Claudit sphaeram ligatura
Et sub ipsa clauditur.

Musica.

6. Dum factoris et facturae
Mira fit coniunctio,
Quaesintiuncta, quaeiuncturae,
Qui gumphi, quae ratio,
Tripente tetratessurae,
Bicichi mesnexio,
Suo stupet fracto iure
Musica proportio.

Astronomia.

7. Solis lumen luna tectum
Draconis certamine,
Nostrum vergit in defectum
Sol ortus in virgine,
Ternum reddat ut aspectum
Mars crucis quadramine,
In defectu dans effectum
Crisis sub imagine.

Collect. ms. Campoliliense saec. 14. Cod. Campolilien. 137. — 2, 2 Locum. — 4, 2 Sesquīs part. — 4, 5 bisse dodran. Die ganze Str. bleibt unverständlich. — 5, 6 trisolvitur. — Mit dem Liede ist das Gedicht des Alanus „Exceptivam actionem“ (Anal. XX, 42) zu vergleichen, von dem es eine Bearbeitung ist, und aus dem es ganze Phrasen beibehält.

2. In Nativitate Domini.

1. Pastores dicite, quemnam vidistis?
Vidimus parvulum, quem credidistis.

R. Manibus plaudite, pedibus terite,
Natus est parvulus, ergo venite.
2. Nuntiat gaudium angelus fulgens,
Natus est parvulus crimina indulgens.
3. Vah, lacte pascitur cibus sanctorum,
In foeno ponitur rex angelorum.
4. Dulces panniculi, dulce praesaepe!
Felix est anima, quae videt saepe.
5. O quam mirabile! rex maiestatis
Nasci de virgine voluit gratis.
6. Hinc inter bestias positus iacet,
Hunc stella nuntiat, et ipse tacet.
7. Matre paupercula pauper est natus,
Nobis pauperculus, nobis est datus.
8. Iesum puerulum, putas, videbo?
Iesum dulcissimum quando tenebo?
9. Iam cum pastoribus volo transire,
Vult meus animus ad Iesum ire.

10. Me iam nullatenus possum tenere,
Cum Iesu parvulo volo gaudere.
11. Venite, pauperes, ac transeamus,
Hunc mundum sordidum iam dimittamus.
12. Sit tibi gloria, pater benigne,
Laudes per saecula sint tibi digne.

Collect. ms. Sublacense saec. 14/15. Cod. Sublacen. CCLXXXVI. add. saec. 15/16. — R, 1 territe. — 3, 1 Vaht. — 7, 2 pauperculus. — Diese Abschrift danke ich der Güte des Herrn P. Leo Allodi, Prior von Subiaco. Das Lied, welches vielleicht einem Weihnachtsspiele entnommen, ist von Barbier de Montault in der Revue de l'Art Chrétien I, 125 sq. zuerst publiziert, aber mit einer Reihe von Fehlern, die hier aufzuführen zwecklos wäre.

3. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Omnis orbis
resonet in cantico,
Cantu caeli
resonent angelico.
Rosae crescit
surculum in Iericho
Fructu nato deico
Lumine mirifico
Ventre de Davidico.
Iam peperit Elisabeth,
Iam filium vetus habet,
Qui viam lucis praeparet,
Qui descendit in Nazareth. | 2. Panis vivus
proficiscens peregre
Non mortalis
fieri tulit aegre,
Domus intrat
claustra, domus integrae.
Non amisso numine
Exit sine semine
Incorrupto limine.
Sicut praedixit Gabriel,
Iam natus est Emmanuel,
Iam colles fluunt lac et mel,
Iam ex Iacob fit Israel. |
|---|--|

3. Homo laesus
agmine vulnifico,
Ierusalem
descendens in Iericho,
Sacerdote
prius et Levitico
Valle iacens publico,
Praetermissus illico
Diu sine medico,
Iam convalescit alacer,
Iam non iacet semilacer,
Iam venit sanctorum sacer,
Qui latronem domat acer.

Trop. ms. Casinense saec. 12. Cod. Vatican. Urbin. 602. — 1, 13 Quem descendit; dies zweite qui brachylogisch für illi, qui. — 2, 8 Exit homo sine. — 3, 2 Descendens Ierusalem in. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

4. De Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Expurgator scelerum
Aeterni patris dextera
Descendit ad saucium
Ad sananda vulnere
Et duxit in stabulum
Pietatis opera,
Vinum dans et oleum
Caritate supera. | 4. Pauper rex efficitur,
Ut pauper dives fieret,
Potens prelo premitur,
Ut impotens resurgeret,
Christus crucifigitur,
Ut homo caelum scanderet,
Sol eclipsim patitur,
Ut sidus lumen sumeret. |
| 2. Hic est noster proximus,
Genitus de virgine,
Pro nobis novissimus
Rex in caeli culmine
Factus est humillimus,
Frixus in sartagine,
Nos raperet potentius
Hostium voragine. | 5. Hic sorti nostrae miserae
Contulit subsidia,
Duxit lapsos scelere
Ad caeli fastigia,
Mortis vivus asperae
Passus est fastidia,
Ut sanaret, viperae
Quos laeserat invidia. |
| 3. Poenis se innexuit,
Ut nos a poenis solveret,
Saccum nostrum texuit,
Ut fallentem falleret,
Funera sustinuit,
Ut funus nostrum vinceret,
Carni se immiscuit,
Ut carne nos redimeret. | 6. O quam mira circa nos
Dei patris dilectio!
Ut salvaret servulos,
Non pepercit filio.
O summae potentiae
Quam miranda passio,
Conditionis miserae
Quam magna redemptio! |

Collect. ms. Llantonienae? saec. 13. Cod. Coll. Corporis Christi Oxonien.
59. — 1, 5 duxerat. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

5. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Mira lege, miro modo
Deus format hominem,
Mire magis hunc reformat,
vide mirum ordinem. | 2. Primus homo fit ex humo,
mulier de homine,
Nos ex illis; novus homo
fit ex sola virgine. |
| R ^o Reformandi mirus ordo
In hoc sonat decachordo. | R ^o Reformandi mirus ordo
In hoc sonat decachordo. |

- | | |
|--|---|
| <p>3. Sic se nobis coaptavit,
homo fit pro homine,
Caecus alta ne desperet,
filius fit feminae.</p> | <p>8. Matrem petat reus homo
hominem securius,
Fit per matrem natus, pater
per natum propitius.</p> |
| <p>4. Primus homo non peccare
potuit, sed noluit;
Nostrum tamen est peccare,
novus haec non potuit.</p> | <p>9. Patrem intus portat mater,
ostium est filius,
Intrant rei per Mariam
prius atque latius.</p> |
| <p>5. Morī potest et non mori,
primus homo conditur,
Sumus tamen nos mortales,
novus sponte moritur.</p> | <p>10. Sol est pater, mater stella,
natus solis radius,
Pater sanctis, mater reis
lux, infernī filius.</p> |
| <p>6. Acquisivit morte sua
nobis benignissimus
Vitam, in qua nec peccare
nec mori poterimus.</p> | <p>11. Sic novatur vetus homo,
sic novari poteris,
Si per matrem tibi natum
advocatum feceris.</p> |
| <p>7. Pater Deus, mater homo,
Deus-homo filius,
Deus sursum, homo citra,
Deus-homo medius.</p> | <p>12. A praedicto decachordo
Discordanti non concordo,
Non sunt Christi, quibus cordi
Non est ordo decachordi.</p> |

Trop. ms. Martialense saec. 12.—14. Cod. Parisin. 1139. add. saec. 12/13. —
Mit zweistimmiger Melodie in Neumen. — 7, 3 scitra. — 12, 4 decacordo.

6. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Natus est rex
de virgine Maria,
Mundi salus,
aeternae vitae via,
Quem peperit
intacta mater pia.</p> <p style="text-align: center;">* * * * *</p> <p>O quanta gaudia
Dant in ecclesia
Haec natalitia,
Christi praesentia
Et eius gratia!</p> | <p>2. Novum regem
laudet orbis terrarum
Cum novarum
laude melodiarum,
Qui nos trahit
de lacu tenebrarum
Et cunctarum
mole miseriarum.
Adam, quem fregerat,
Hostis deceperat,
Regnum perdiderat,
Quod Deus dederat
Et eius gratia.</p> |
|--|---|

3. Iam sunt dicta
 completa prophetarum,
 Namque nobis
 propago divinarum
 Deum natum
 testatur scripturarum,
 Quod cum caede
 salus est animarum.
 Virgo virginibus
 Dignior omnibus,
 Subvenientibus
 Salva nos precibus.
 Laus et gratia.

4. Primus Adam
 in morte nos prostravit,
 Secundus hic
 ad vitam reparavit,
 Carnem sumptam
 miro modo beavit,
 Quam ad dextram
 summi patris locavit.
 Quod reddit aditum
 Per gustum perditum,
 Non fuit debitum
 Vel nostrum meritum,
 Sed sola gratia.

R⁰ Dat gaudia
 Caelestia
 Sunt pervia,
 In patria
 Patet via,
 Perfidia,
 Superbia,
 Potentia
 Hostis frangitur;
 Introitus
 Est redditus,
 Rex genitus
 Humanitus
 Dat aditus,
 Et perditus,
 Expositus
 Ad gemitus,
 Homo solvitur.

Trop. ms. Martialense saec. 12. Cod. Parisin. 3719. — 2, 11 Perdiderat regnum. — 3, 13 Laus zweisilbig. — 4, 7 Quem ad. — 4, 9 Qui. — R⁰ wiederholt sich nach jeder Strophe; vor R⁰, 1 Et gratia, was dem Rhythmus zufolge überflüssig, dem Sinne nach entbehrlich ist.

7. In Nativitate Domini.

1. Lumen patris respendit,
 Exsultet omnis mundus,
 Deus natus est hodie,
 Sit homo laetabundus.

Humana caro floruit
 In hominem secundum,
 Quam primus parens posuit
 Doloris in profundum.

R⁰ In gaudio
 Sit contio,
 Sollennis modulatio
 Atque mentis devotio.

2. Maria, proles regia,
 Concepit novum regem
 Virginitatis utero,
 Miramur novam legem,
 Corruptionis nescia
 Enixa summum rerum,
 Pannis involvit vilibus
 Puella lumen verum.

3. Virgo, parens mitissima,
 Infantem lactans Deum,
 Qui iacet in praesaepio
 Maerendo plasma reum.
 Vilis locus praesaepium,
 Sed puer ille dives,
 Cui cantant in gloria
 Caelorum summi cives.

R^o In gaudio
 Sit contio,
 Sollennis modulatio
 Atque mentis devotio.

R^o In gaudio
 Sit contio,
 Sollennis modulatio
 Atque mentis devotio.

Trop. ms. Martialense saec. 12. [13. 14.]. Cod. Parisin. 1139.

8. In Nativitate Domini.

1. Ortum floris
 Concinat laus oris.
 Vas dulcoris,
 Miri flos odoris,
 Flos aetatis
 Novitatis,
 Radius splendoris,
 De beatis
 Caeli pratis
 Vernans in his oris.
 Odor thymiamatis,
 Vas, plenum aromatis,
 Fontismatis,
 Baptismatis
 Unda purioris,
 Firma ratis
 Naufragatis
 Fluctibus erroris,
 Datur natis
 Evae gratis
 Ortus redemptoris.

2. Exardescit
 Rubus nec tabescit,
 Virga crescit
 Aaron et frondescit.
 Alathia
 Canit quia,
 Pseustes obmutescit,
 Dum Maria,
 Mater pia,
 Partu parem nescit.
 Patrem parit filia;
 Naturae contraria
 Sunt talia,
 Sed gratia
 Caecitas decrescit.
 Homelia
 Prophetia
 Praesenti patescit;
 Isaia
 Teste via
 Legis innotescit.

3. Radix Iesse
 Pullulat in messe;
 Messem esse
 Novimus expresse.
 Non delevit,
 Sed explevit
 Quod erat necesse.
 Venter gerit,
 Quod mox erit
 Manifestans res se.
 Caro Deum operit
 Nec pudorem deserit,
 Sed asserit,
 Nil interit
 Virginis ob esse.
 Mortem terit,
 Mortem ferit;
 Legem sic implesse
 Iam non erit
 Timor, perit
 Evae mors transgressae.

4. Plebs fidelis
 Careat querelis,
 Mors crudelis
 Fugit plenis velis.
 Non invitus
 Est unitus
 Nostris parentelis,
 Per quem strictus
 Mortis ictus
 Est cum suis telis.
 Patris unigenitus
 Sumpsit carnis habitus
 Divinitus,
 Dum inclitus
 Sermo Gabrielis
 Est auditus,
 Redimitus
 Salutis medelis;
 Sic sopitus
 Culpae ritus.
 Deo laus in caelis.

Collectan. ms. Ramesiense saec. 14. Cod. Cantabrigen. Hh. VI. 11. —
 1, 1 Hortum. — 1, 19 nautis. — 2, 7 Seustis. — 3, 15 obesse. — Abschrift
 von Rev. H. M. Bannister.

9. In Nativitate Domini.

Versus optimus.

1. Radix Iesse
 castitatis lilium,

2 a. Stella novum
 nova profert radium;

2 b. Rosa mitis
 et coruscans lilium

3. Exsulatis,

4 a. Captivatis,

4 b. Morti datis

5 a. Mater natis

5 b. Dedit gratis

6. Vitae bravium.

7 a. Nova profert radium

7 b. Virgo Dei filium,

7 c. Qui est salus omnium,

8 a. Qui non habet initium,

8 b. In hoc venit exsiliium

8 c. Dare nobis consilium.

9. Cuius in praeconia

10 a. Intonet
harmonia,

10 b. Resonet
symphonia

11 a. Patri, nato
athanato,

11 b. Athanato,
athanato

12. De virgine Maria.

13 a. Ergo per haec gaudia

13 b. Gaudet caeli curia,

13 c. Gaudeat ecclesia,

14 a. Vociferans prodigia

14 b. Per haec sacra sollemnia

14 c. Patrem natum de filia.

Tropar. ms. Martialense saec. 12. [13. 14.]. Cod. Parisin. 1139. — Die Melodie (Neumen) entspricht genau der vorgelegten Abteilung.

10. In Nativitate Domini.

1. Resonemus hoc natali
Cantu quodam speciali,
Deus ortu temporali
De secreto virginali
Processit hodie,
Argumenta
cessent perfidiae.

3. Post maerorem redit risus,
Aperitur paradisus,
Est in terris Deus visus,
Lapis manu non praecisus,
Quem vidit Daniel,
Quem venturum
praedixit Gabriel.

2. Magnum quidem sacramentum,
Mundi factor fit figmentum,
Sumens carnis indumentum,
Ut conferat adiumentum
Humano generi,
Coetus inde
mirantur superi.

4. Hic est noster angularis,
Spes iustorum salutaris,
Hic est noster salutaris,
Potens caeli, terrae, maris,
Facturae condolens,
Quam premebat
tyrannus insolens.

Trop. ms. Martialense saec. 12 [13. 14.] Cod. Parisin. 1139. — 1, 6 sq. Cessant argumenta. — 4, 2 sq. das doppelte salutaris an erster Stelle adjektivisch, an zweiter substantivisch; daher nach mittelalterlicher Auffassung kein fehlerhafter (reicher) Reim.

11. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Res nova, principium
Facti subit seriem,
Rerum factor omnium,
Novam sumit speciem
In virgine.
R^o Miranda potentia,
Quae sic naturalia
Frangit iura!</p> | <p>2. Est irregressibilis
Lex fatalis ordinis,
Sed fit regressibilis
Facta forma hominis
In virgine.
R^o Miranda potentia,
Quae sic naturalia
Frangit iura!</p> |
| <p>3. Ut propheta docuit,
Virga Iesse floruit,
Verbum sic innotuit,
Quod impleri potuit
In virgine.
R^o Miranda potentia,
Quae sic naturalia
Frangit iura!</p> | |

Trop. ms. Martialense saec. 12 [13. 14.]. Cod. Parisin. 1139. A. — Trop. ms. Martialense saec. 12. Cod. Parisin. 3719. B. — Str. 1 und 2 fehlen B; Str. 3 fehlt A. — 1, 2 Facis subit A. — 1, 7 Quae signatur alia A. — Vgl. auch Chevalier, Prosolarium ecclesiae Aniciensis p. 19. sq., wo diese Cantio als „Farsumen“ in die Lektionen der zweiten Nokturn eingewoben ist.

12. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ius naturae consumitur,
Dum virgo parit filium,
Et castitas [non rumpitur],
Sed partu floret lilium.
Nova mater novam prolem,
Homo Deum, stella solem,
Patrem profert filia.</p> | <p>2. Quem mundus nequit capere,
Virgo claudit interius,
Et fit sacrae puerperae
Deus pater et filius.
Felix alvus castae matris,
Quia sumpsit verbum patris,
Protulit ex gratia.</p> |
|--|---|

Trop. ms. Martialense saec. 12. Cod. Parisin. 3719.

13. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Virgine nato
Rege beato
Gaudeat orbis;
Hoste fugato,
Se medicato
Gaudeat orbis.</p> | <p>2. Lux dominatur,
Nox separatur,
Gaudeat orbis;
Vita paratur,
Mors superatur,
Gaudeat orbis.</p> |
|---|---|

Trop. ms. Martialense saec. 12. (13. 14.). Cod. Parisin. 1139. — 1, 5 Sed medicato. — 2, 5 separatur.

14. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Promat chorus hodie,
<i>O contio,</i>
Canticum laetitiae,
<i>O contio,</i>
Psallite, contio
Psallat cum tripudio. | 3. Ex cuius imperio,
<i>O contio,</i>
Servit nostra regio,
<i>O contio,</i>
Psallite, contio
Psallat cum tripudio. |
| 2. Regum rex et dominus,
<i>O contio,</i>
Quem non claudit terminus,
<i>O contio,</i>
Psallite, contio
Psallat cum tripudio. | 4. In utero virginis,
<i>O contio,</i>
Carnem sumpsit hominis,
<i>O contio,</i>
Psallite, contio
Psallat cum tripudio. |

Trop. ms. Martialense saec. 12. [13. 14.]. Cod. Parisin. 1139.

15. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Surge, vide, gens misera,
<i>De virgine puerpera</i>
Christum natum considera
Fide eius reficiens.
De virgine puerpera. | 2. Illum citari propera,
<i>De virgine puerpera,</i>
Quem prophetavit litera,
Praedixit falsum nesciens.
De virgine puerpera. |
| 3. Iam excluduntur vetera
<i>De virgine puerpera,</i>
Tua lex velut extera
Iacet, quasi praeteriens.
De virgine puerpera. | |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 1, 4 fehlt. — 2, 4 neciens. — Aus derselben Handschrift bei Luzarches, Office de Pâques, p. 45 mit folgenden Fehlern: 2, 1 citari propheta. — 2, 2 fehlt. — 2, 4 Praedixit falturum nesciens.

16. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| 1. In laudes debitas,
<i>Manet virginitas,</i>
Prorumpat civitas
Omnis et regio,
Manet virginitas
In puerperio. | 2. Divina bonitas,
<i>Manet virginitas,</i>
Res servat perditas
Arto consilio,
Manet virginitas
In puerperio. |
|--|--|

3. Absit iniquitas,
Manet virginitas,
 Dolus et pravitas
 Ab hoc collegio,
Manet virginitas
 In puerperio.

4. Utquid exorbitas,
Manet virginitas,
 Iudaeae caecitas,
 Errans in invio?
Manet virginitas
 In puerperio.

5. Ad trina excitas,
Manet virginitas,
 Nos summa [deitas]
 Laudem cum gaudio,
Manet virginitas
 In puerperio.

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 5, 1 Atrina excitas. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 30 sq., mit folgenden Fehlern: 1, 1 Oh laudes. — 2, 3 Mariae servatur puritas. — 2, 4 Sacro consilio. — 2, 6 fehlt. — 3, 3 Dolus et impuritas. — 3, 6 fehlt. — 4, 4 Errans in inferno. — 4, 6 fehlt. — 5, 1 Acriam excitas. — 5, 6 fehlt.

17. In Nativitate Domini.

1. Ignis in rubo cernitur,
Festa dies nunc colitur,
 Neque rubus comburitur,
 Hoc mystice ostenditur.
 Congaudeat ecclesia,
Festa dies nunc colitur,
 Nova dicamus gaudia.

2. Nunc ignis, qui aspicitur,
Festa dies nunc colitur,
 In rubo, intelligitur
 Spiritus, qui emittitur.
 Congaudeat ecclesia,
Festa dies nunc colitur,
 Nova dicamus gaudia.

3. Dum puer nobis nascitur,
Festa dies nunc colitur,
 Per quem homo redimitur
 A morte, quae non moritur,
 Congaudeat ecclesia,
Festa dies nunc colitur,
 Nova dicamus gaudia.

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 1, 4 steht in der Hs. hinter 1, 7. — 1, 6 nec colitur. — 3, 6 nec colitur. Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 47, mit folgenden Fehlern: 2, 4 Spem qui emittitur. — 2, 5—7 fehlen.

18. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Deus pater filium,
 <i>O natale gaudium,</i>
 Deus pater filium
 Proprium donavit;
 <i>O natale gaudium,</i>
 Dominus regnavit.</p> | <p>3. Abraham fidelium,
 <i>O natale gaudium,</i>
 Abraham, fidelium
 Pater, exsultavit;
 <i>O natale gaudium,</i>
 Dominus regnavit.</p> |
| <p>2. Habet vaticinium,
 <i>O natale gaudium,</i>
 Habet vaticinium
 Suum psalmus David;
 <i>O natale gaudium,</i>
 Dominus regnavit.</p> | <p>4. Ecce, sicut lilium,
 <i>O natale gaudium,</i>
 Ecce, sicut lilium
 Iustus germinavit;
 <i>O natale gaudium,</i>
 Dominus regnavit.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 3, 4 Pauper exsultavit. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 54 u. f., mit folgenden Fehlern: 2, 4 Suum psalmus dedit. — 2, 6 fehlt. — 3, 6 fehlt. — 4, 3 fehlt. — 4, 6 fehlt.

19. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Beata nobis gaudia,
 <i>Dum patrem parit filia,</i>
 Nam Christi natalitia,
 Concives, exsultate,
 Cum patrem parit filia,
 Sed salva castitate.</p> | <p>3. Gaudet nostrum ecclesia,
 <i>Dum patrem parit filia</i>
 De stirpe virgo regia;
 Concives, exsultate,
 Dum patrem parit filia,
 Sed salva castitate.</p> |
| <p>2. Sit celebris laetitia,
 <i>Dum patrem parit filia,</i>
 Per haec sacra sollemnia,
 Concives, exsultate,
 Dum patrem parit filia,
 Sed salva castitate.</p> | <p>4. Vagit inter praesaepia,
 <i>Dum patrem parit filia,</i>
 Salvatoris infantia,
 Concives, exsultate,
 Dum patrem parit filia,
 Sed salva castitate.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 1, 1 gaudium. — 3, 3 regna. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 31 sq., mit folgenden Fehlern: 1, 6 Sua salva castitate. — 2, 3 Haec sacra. — 2, 6 fehlt. — 3, 1 Gaudet enim ecclesia. — 3, 6 fehlt. — 4, 6 Sua salva castitate.

20. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Magnus qui factus erat,
 Tandem praeterit,
 Novus, qui non aderat,
 Caput exserit.
 Virga, quae floruerat,
 Virgo peperit.</p> | <p>2. Adam, qui perierat,
 Portum comperit,
 Evam qui deceperat,
 Captus interit.
 Virga, quae floruerat,
 Virgo peperit.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Eva, cui crediderat,
 Caput conterit,
 Librum, quem lex clauserat,
 Agnus aperit.
 Virga, quae floruerat,
 Virgo peperit.</p> | <p>4. Lex ad lucem properat,
 Umbram deserit,
 Legem lux non alterat,
 Sed plus asserit.
 Virga, quae floruerat,
 Virgo peperit.</p> |
|---|--|
5. Pharaon non imperat,
 Undis deperit,
 Licet, qui transierat,
 Non meminerit.
 Virga, quae floruerat,
 Virgo peperit.

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 1, 1 factus undeutlich. — 1, 4 exserat. — 2, 3 quae. — 3, 2 Captus conterit. — 5, 1 imperat undeutlich. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 43 sq., mit folgenden Fehlern: 2, 4 Caput interit. — 5, 3 Licet qui tum steterit.

21. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Agnoscat omne saeculum,
 Nostri venit piaculum,
 Mortis solvens periculum.</p> | <p>3. Maria ventre concepit,
 Mundus vero quod percepit,
 Eo salus ortum cepit.</p> |
| <p>2. Isaias quae cecinit,
 Christus implet, ut meminit
 Fides, propheta praecinit.</p> | <p>4. Radix Iesse iam floruit,
 In Maria cum claruit
 Fructus vitae nec defuit.</p> |

R^o. Hymnizetur regi melos,
 Qui natus est de virgine.

Cant. ms. Venetum saec. 15/16. Cod. Bononien. 2216. — 1, 3 resolvens. — 4, 3 ne defuit.

22. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Hamus prendit virginis
 Verbo fortitudinis
 Christum Iesum, ens entium;
 Ecce, nitet in prora
 Ut rutilans aurora
 Rex in salutem gentium.</p> | <p>2. Numquid dormis, physica?
 Dic, quod probat logica,
 Dic, quis audit talia?
 Regnat quod praedicatum
 Per subjectum monstratum,
 Ens necans barathralia.</p> |
|--|---|
- R^o Iesus ille parvulus,
 Quem Mariae alvulus
 Gessit rerum praeter morem.
- R^o Iesus ille parvulus,
 Quem Mariae alvulus
 Gessit rerum praeter morem.

3. Infernorum hinc portam
Perquam reddit absorptam
Eiusdemque voraginem.
Constat, quod divinitus,
Immo non humanitus
Carnis sumpsit originem.

Collect. ms. Bohemicum saec. 15. Cod. Vindobonen. 3143. — 1, 3 ph
ens entium — 1, 4 Ecce nat in prora. — 3, 2 Per quod restat adcoctam.
— 3, 3 voraginis. — 3, 4 Constat a divinitus.

23. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Nascitur ex virgine
Sine viri semine
Verus sol iustitiae. | 3. Iacet in praesaepio,
Cuius natalitio
Mundus floret gaudio. |
| 2. Laudemus in virgine,
Quod produxit libere
Nobis regem gloriae. | 4. Ergo nostra contio
Omni plena gaudio
Benedicat Domino. |

Collect. ms. Hilariense saec. 15. Cod. Hilarien. 83. — Nach 1, 3 noch
Natus sine crimine, ersichtlich eingeschoben. — Nach 4, 2 eingeschoben;
Nunc et sine termino.

24. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Resonent pueruli
Sollenniter
Voce pia cantando
Unanimiter
Novo nato,
Qui plasmavit et creavit
Terram, pontum, aethera. | 3. Aeternitas nascitur
.
.
.
Templum dum destruitur
.
.
.
Et olei
Fluit rivus, quando vivus
Verus Deus redditur. |
| 2. Infantes ut infanti
Pueriliter
Corde puro psallendo
Hilariter
Deo nato
Singuli concinite:
Suze libe nynne. | 4. Natus est verbigena
De virgine,
Cui symphonizemus
Cum conamine
Ei grates
Referendo et laudando
Summum regem gratiae. |

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992. — 1, 7 Terra,
pontus. — 2, 5 dioie. — 2, 7 Zuze nynne, suze libe nynne. —
3, 5 Et fehlt. — 3, 6 Fuit. — 4, 7 Summo regi.

25. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| 1. Vernalis lux emicuit,
Error vetus conticuit,
Iam resonant melodia,
Quae restant, nova gaudia,
Quae mundo sunt salubria. | 2. Chorus noster in iubilo
Nato plaudat puerulo
Vigente pro victoria,
Cum superis abs scoria
In altis canens gloria. |
|--|--|

R.^o En, natus est de virgine
Nunc puer sine semine,
Quem vates dudum speculo
Vidit futurum saeculo.

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992. — 2, 2 plaudet.
— 2, 5 In artis. — R.^o, 4 Fautor futurum.

26. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Terit, perit illusio,
Protoplasti confusio
Per natum generosum,
Pyr ne, pyr ne, Pyr ne,
Pyr ne laedat furiosum. | 3. Exinanivit semet El,
Uti praedixit Gabriel,
Mundus omnis doleret,
Pyr ne, pyr ne, pyr ne,
Pyr ne hominem urgeret. |
| 2. Per trinitatis speculum
Vidit errare saeculum,
Cuncta qui creavit,
Pyr ne, pyr ne, pyr ne,
Pyr, ne laederet, fugavit. | 4. Rogemus sanctum spiritum,
Patrem atque filium,
Ut plebem hanc defendat,
Pyr ne, pyr ne, pyr ne,
Pyr ne inferis mandet. |

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992. — 3, 3 omni.
— 4, 5 inferos mandat.

27. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Enche, Enche, Enche,
Fetum nunc produxit ens
Verum, Enche,
Fetum nunc produxit dans
Libens, Enche. | 3. Trine, Trine, Trine,
Nobis asta in fine ens
Verum, Trine,
Nobis asta in fine dans,
Libens, Trine. |
| 2. Metfe, Metfe, Metfe,
Se exinanivit ens
Verum, Metfe,
Se exinanivit dans
Libens, Metfe. | 4. Elfe, Elfe, Elfe,
Se humiliavit ens
Verum, Elfe,
Se humiliavit dans
Libens, Elfe. |

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992. — 3, 4 Statt
Libens Trine: O fili Mariae. Vielleicht sind Str. 3 und 4 umzustellen.

28. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Sibyllae dictum floruit,
Et pacis templum corrui
Christo nato. | 2. Abrahæ semen capit,
In quo Moyses navigat,
Suze nynne. |
| 3. Pax in mundo penitus,
Angeli dicunt caelitus,
Cum gaudio. | |

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992. — 1, 3 Christo nato to to to to to to to to to Christo nato. — 2, 3 Suze nynne zu zu zu zu zu zu zu zu Suze nynne. — 3, 2 dicent. — 3, 3 Nunc cum gaudio cum cum cum cum cum cum cum cum cum Cum gaudio.

29. In Nativitate Domini.

Quam felix, quam praeclara Maria genuit Christum, per quem amara Mors nostra doluit! Scripturas hic implevit In Bethlehem, In praesaepe locari voluit, Quod toti mundo hic condoluit.	Die felige vnd vil reyne Maria vns gepar Christum, den wir loben, den edelen herren clar; Wir lesen in den bucheren, wy Jesus in den tucheren in eyner krippen lag, der do in dem hymel ist vnd alle ding vermag.
--	---

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992.

30. In Nativitate Domini.

Basilio poli laudemus hodie,
Natum, datum de virgine.
Qui nos redemit,
Pestem [ademit]
Atque restituit patris gloriae.

Den himmel kunick
der ist geparen von einer maidt,
als vns dy propheten haben gesait;
pist gelobet, Jesu crist,
das du vns geparen pist
vnd durch vnser not
pist gestorben tot.

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992.
Dreves, Cantiones et Muteti. III.

31. In Nativitate Domini.

Polo, polo egreditur
 Per El, per El,
 Intrat domum Gabriel
 Nymphae retulitque Ave
 Matris Dei in conclave.
 O felix puerpera,
 Nostra dele crimina;
 Tuba, tuba canimus,
 Exi, exi dulciter,
 Natum, natum laudat bos
 Et asinus.

Process. ms. Ambergense saec. 15. Clm. Monacen. 2992. — 5 Matrem Domini in.

32. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Ex sinu matris parvulus
Est egressus Iesulus,
Also die sonn durchscheint das glas. | 5. Qui Caspar, Melchior, Balthasar
Nomine dicuntur,
Gott brachten sie das opffer dar. |
| 2. Hic iacet in praesaepio,
Qui regnat sine termino,
Ohn end so ist die herfchafft sein. | 6. Hic stella lucet dulciter,
Oriente pariter,
Also sahen sie das kindelein. |
| 3. Natus est Emmanuel,
Quem praedixit Gabriel,
Und den bezeugt [Ezechiel]. | 7. Cognovit bina bestia
Iacentem in fascia,
Bekannten sie das kindelein. |
| 4. Ab Oriente veniunt,
Aurum, tus, murram deferunt,
Die hailigen drey kinigkumen dar. | 8. In hoc natali gaudio
Benedicamus Domino
Et Mariae puerperio. |

Cant. ms. Kirchheimense saec. 16. Cod. Maihingen. II 2. 8^o 13. —
 1, 1 patris. — 7, 2 in effascia.

33. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Natus est nobis hodie
De pura virgine
Rex gloriae. | 3. Qui et plasmavit omnia,
[Terras] et maria,
Per cuncta saecula. |
| 2. Ergo pangamus ei
Omnes et singuli
Cum voce tubali. | 4. Laudemus quoque Dominum,
Mariae filium,
Regem caelorum. |

5. Laudetur sancta trinitas,
[Vera] aeternitas,
In esse unitas.

6. Benedicamus Domino
Atque regi nato
Cum tripudio.

Cant. ms. Kirchheimense saec. 16. Cod. Maihingen. II 2. 8^o 13. — Nach Str. 3 folgt ein Vers aus dem Liede Puer natus in Bethlehem, der nicht hierher gehört; vor Str. 4 steht „Aliud“; augenscheinlich gehören aber diese Strophen zusammen. Nach jeder Strophe folgt deren deutsche Übersetzung, frei dem Sinne und frei dem Metrum nach. So lautet die Übersetzung von Str. 6:

Mir loben das kindelein
mit reichem sehall,
mir klosterfrauen all.

34. In Circumcisione Domini.

1. Novus annus, dies magnus
Assit in laetitia,
Lux aeterna de superna
Venit ad nos regia,
Culpam saevae matris Evae
Sola delet gratia.

2. Omnis homo sacra domo
Propagate Domini,
Consecrate vel signate
Suo sancto nomini,
Gratulare et laetare,
Salus datur homini.

R^o Quia sic genitor
paradisi Adam,
Protoplasma suum,
vexit ad patriam
Crucis supplicio
reparando viam.

R^o Quia sic genitor
Paradisi Adam,
Protoplasma suum,
vexit ad patriam
Crucis supplicio
reparando viam.

3. Ad haec festa, Christe, praesta
Cuncta nobis prospera,
Qui gubernas res supernas
Iura tenens omnia,
Istum chorum clericorum
Tua salvet dextera.

R^o Quia sic genitor
paradisi Adam,
Protoplasma suum,
vexit ad patriam
Crucis supplicio
reparando viam.

Trop. ms. Martialense saec. 12. [13. 14.]. Cod. Parisin. 1139. — Chevalier, Prosolarius Aniciense (saec. 16. ex.) p. 19. B. — 1, 6 Epla delet A. — 2, 2 Propagata B. — 2, 3 Consecra te et signate B. — 3, 2 Nobis cuncta B. — 3, 3 de superna A. — 3, 4 tenens infima B. — 3, 5 Laetum chorum B. — In B als conductus bezeichnet.

35. In Circumcisione Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Tuta canit Michael
 Gaudia,
 Natus est rex Israel;
 Eia, eia,
 Anni novi
 Nova novi
 Gaudia.</p> | <p>3. Nostra nobis redditur
 Patria,
 In qua [bene] vivitur;
 Eia, eia,
 Anni novi
 Nova novi
 Gaudia.</p> |
| <p>2. In excelsis canitur
 Gloria,
 Terris pax indicitur;
 Eia, eia,
 Anni novi
 Nova novi
 Gaudia.</p> | <p>4. Devitemus igitur
 Vitia,
 Per quae virtus moritur;
 Eia, eia,
 Anni novi
 Nova novi
 Gaudia.</p> |
5. Sua spargat castitas
Lilia,
Peperit virginitas;
Eia, eia,
Anni novi
Nova novi
Gaudia.

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 4, 3 Per quem. — Aus dieser Hs. auch Luzarches, Office de Pâques, p. 52 u. f., mit folgenden Fehlern: 1, 1 Certa canit; in der Hs. steht uta, die Initiale fehlt. — Der Refrain ist nicht wiederholt.

36. De Nomine Iesu.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Cordi nihil vivacius,
 Auri nil tinnibilis,
 Ori nil sapit gratius,
 Quam Iesus Dei filius.</p> | <p>4. Est nomen tetragrammaton
 Sanctum et ineffabile,
 Nec dici fas automaton
 Nomen hoc admirabile.</p> |
| <p>2. En, magnum nomen Domini,
 Quo cordi nihil mundius,
 Quo solo salus homini,
 Menti nihil iucundius.</p> | <p>5. Est oleum languentibus
 Huius dulcedo nominis,
 Magnificatum gentibus,
 Hinc tota salus hominis.</p> |
| <p>3. Est iubilo plenissimum,
 Est ori sapor melleus,
 Auri melos dulcissimum,
 Rancor quo perit felleus.</p> | <p>6. Hoc nomen admirabile
 Est datum Christo homini,
 Omne genu curvabile
 Est huic sancto nomini.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>7. Hoc magnum nomen gloriae
 Sit nobis benedictio,
 Nostrae fixum memoriae,
 Non caritatis fictio.</p> | <p>8. Laus, bonitas, potentia,
 Honor sit sancto nomini,
 Virtus et sapientia
 Christo Deo et homini.</p> |
|---|---|

Collect. ms. FF. S. Crucis in Colonia saec. 15. Cod. Vindobonen. 4556;
 mit Melodie.

37. In Epiphania Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Oriente oriens
 Stella nova claruit,
 Ex Iacob egrediens
 Lucifer emicuit,
 Balaam praesagiens
 Ut olim edocuit.</p> | <p>2. Auctor saeculi nascitur
 Saeculorum vespere,
 A magis agnoscitur
 Artifex in opere,
 Adorandus creditur
 Unus trino munere.</p> |
|--|---|

3. In ture divinitas,
 In auro dominium,
 In murra mortalitas
 Et carnis supplicium,
 Et haec tria caritas
 Offerat fidelium.

Trop. ms. Martialense saec. 12. Cod. Parisin. 3719. — 2, 3 Ac magis.

38. In Epiphania Domini.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Iam ver exoritur,
 <i>Laetemur igitur,</i>
 Hiems conteritur.
 Cesset tristitia,
 Floralis gaudia
 Dat Epiphania.</p> | <p>3. Ecce, flos oritur,
 <i>Laetemur igitur,</i>
 Herba nunc nascitur.
 Cesset tristitia,
 Floralis gaudia
 Dat Epiphania.</p> |
| <p>2. Hiems conteritur,
 <i>Laetemur igitur,</i>
 Novus sol oritur.
 Cesset tristitia,
 Floralis gaudia
 Dat Epiphania.</p> | <p>4. Draco conteritur,
 <i>Laetemur igitur,</i>
 Pax nobis redditur.
 Cesset tristitia,
 Floralis gaudia
 Dat Epiphania.</p> |

5. Laus Christo dicitur,
Laetetur igitur,
Angelis canitur.
Cesset tristitia,
Floralis gaudia
Dat Epiphania.

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. 615 (927). — 5, 3
Angelus canitur. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques,
p. 43. — Vgl. das Lied: Novum ver exoritur, Anal. XX, 94.

Cantiones Paschales.

39. In Resurrectione Domini.

R. Cedit frigus hiemale,
Redit tempus aestivale,
Inventus laetatur.

- | | |
|---|--|
| 1. Ecce, tempus est vernale,
Quo per lignum triumphale,
Inter ligna nullum tale,
Genus hominum mortale
Morte liberatur. | 3. Accusatur, condemnatur,
Ligatur et flagellatur,
Aceto, felle potatur,
Opprobriis saturatur,
Spinis coronatur. |
| 2. Iudaeorum turba duce
Nucleus exit de nuce,
Nudus ponitur in cruce,
Terra tremit, et sol luce
Propria privatur. | 4. Gens Iudaea, „crucifige“,
Clamans „tormentis adfige“,
Per membra clavos infige“;
Adam Averni de Styge
Extractus laetatur. |
| 5. Gaude, plebs religionis,
Dies resurrectionis
Instat, novis plaude sonis,
Expende tempus in bonis,
Dum spatium datur. | |

Collect. ms. S. Mariae Rivipullensis saec. 13. in. Cod. Parisin. 5123.
add. saec. 13. — Mit Melodie.

40. In Resurrectione Domini.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Mittendus praedicatur,
 <i>Morte vitae vincitur,</i>
 Et praedictus mittitur,
 Concipitur
 Et nascitur,
 Magnum consilium.
 Morte vitae vincitur
 Et tollitur
 Et moritur
 Mortis dominium.</p> | <p>3. In cruce suspenditur,
 <i>Morte vitae vincitur,</i>
 Sanguis aqua labitur,
 Redimitur
 Et tegitur
 Mundi flagitium.
 Morte vitae vincitur
 Et tollitur
 Et moritur
 Mortis dominium.</p> |
| <p>2. Deus homo nascitur,
 <i>Morte vitae vincitur,</i>
 Et propter nos traditur,
 Conspuitur,
 Contunditur
 Et fit opprobrium.
 Morte vitae vincitur
 Et tollitur
 Et moritur
 Mortis dominium.</p> | <p>4. Consolemur igitur,
 <i>Morte vitae vincitur,</i>
 Surrexit, non moritur,
 Absconditur
 Et creditur
 Nostrum iudicium.
 Morte vitae vincitur
 Et tollitur
 Et moritur
 Mortis dominium.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 2, 5 contenditur. — 3, 5 et regitur. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques. p. 50 ff.

41. In Resurrectione Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Resurrexit libere
 Filius puerperae
 Die tertia;
 Eia,
 Gaudeat ecclesia
 Nova colens sollemnia.</p> | <p>3. Festina iam credere,
 Iudaeae gens miserae,
 Die tertia;
 Eia,
 Gaudeat ecclesia
 Nova colens sollemnia.</p> |
| <p>2. Nos volens redimere
 Ab inferni carcere
 Die tertia;
 Eia,
 Gaudeat ecclesia
 Nova colens sollemnia.</p> | <p>4. Hunc vere resurgere
 Gaudeamus hodie
 Die tertia;
 Eia,
 Gaudeat ecclesia
 Nova colens sollemnia.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 4, 2 der schlechte Reim *hodie* läßt eine Verderbnis des Textes vermuten; derselbe ließe sich mit den überlieferten Worten etwa so herstellen:

Gaudeamus hunc vere
 Hodie resurgere.

Aus derselben Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 60 sq., mit folgenden Fehlern: 2, 2 De inferni. — 3, 1 iam edere.

42. In Resurrectione Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Dies felix atque grata,
 <i>Haec est dies oblata,</i>
 Dies nostri
 doloris terminus,
 Haec est dies,
 quam fecit Dominus.</p> | <p>3. Haec est romphea sublata,
 <i>Haec est dies oblata,</i>
 Vires perdit
 hostis serpentinus,
 Haec est dies,
 quam fecit Dominus.</p> |
| <p>2. Dies purgat haec peccata,
 <i>Haec est dies oblata,</i>
 Dies purgans
 humanum facinus,
 Haec est dies,
 quam fecit Dominus.</p> | <p>4. Evae mala sunt velata,
 <i>Haec est dies oblata,</i>
 Vetus cessat
 luctus vespertinus,
 Haec est dies,
 quam fecit Dominus.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 1, 1 Dies felix et gloria gegen den Reim. — 2, 1 Dies purgata peccata. — 2, 3 Dies fehlt. — 4, 1 durch Radierung unleserlich; der Text der Zeile aus Luzarches, Office de Pâques, p. 38.

43. In Resurrectione Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Agnus sine macula,
 <i>Inimici vincula,</i>
 Praedictus per saecula
 Ex Abrahae semine;
 Inimici vincula,
 Dirupisti, Domine.</p> | <p>3. Fraude Iudae sedula,
 <i>Inimici vincula,</i>
 Traditur per oscula
 Occultato numine;
 Inimici vincula
 Dirupisti, Domine.</p> |
| <p>2. Post patrum oracula.
 <i>Inimici vincula,</i>
 Prodit ex virguncula,
 Natus est de virgine;
 Inimici vincula
 Dirupisti, Domine.</p> | <p>4. Post amara pocula,
 <i>Inimici vincula,</i>
 Per crucis patibula
 Nos redemit sanguine;
 Inimici vincula
 Dirupisti, Domine.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 1, 4 Ex Habre. — 2, 1 Post partum. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 49 u. f., mit folgenden Fehlern: 2, 3 Prodit ex virgula. — 2, 6 fehlt. — 3, 6 fehlt. — 4, 4 redimit. — 4, 6 fehlt.

44. In Resurrectione DN.

- | | |
|--|--|
| 1. Adest celeberrima
Dies resurgentis,
In qua sacratissima
Caro redimentis
Ministratur populis.
Expurgetur azima
Ab inquinamentis,
Nam virtus altissima
Stans in sacramentis
Plena est miraculis. | 4. Totum est miraculum
Christi sacramentum,
Quod praetendit speculum
Et vocis figmentum
Et splendor visibilis.
Datur in cenaculo
Mentis alimentum,
Ministratur populo
Sed per tegimentum
Specie sensibilis. |
| 2. Procedunt oracula
Legis, prophetarum,
Succedunt miracula
Panem gratiarum,
Laudis et potentiae.
Sine fide sedula
Mentium sacrarum
Permanens in saecula
Operatur parum
Panis eucharistiae. | 5. Panis vivus sumitur,
Sed non immutatur
Sumptus nec consumitur,
Sed sic operatur
Divina potentia.
Agnus verus editur
Hic et immolatur,
Per quem plebs redimitur
Et iam liberatur
Regis violentia. |
| 3. Sacerdos et hostia
Hoc in sacramento
Christus est, et gratia
Datur in augmento
Simul et remissio.
Totus est in hostia,
Totus in fragmento,
Manent accidentia
Sine fundamento
Et eorum actio. | 6. Celebrantes gaudium
Resurrectionis
Recordemur pretium
Nostrae passionis
In cena dominica.
Crescat per edulium
Reparationis
Nostrae desiderium
Retributionis
Et fides catholica. |

Ord. ms. Casinense saec. 14. Cod. Vatican. 9340.

45. In Resurrectione Domini.

Christus surrexit, vinctos de carcere vexit,
Quos hic dilexit, mundi cruciamine textit,
Polliciens caeli vincenti regna fidei,
Expertes caeli iustos sociavit Abeli.
Eia, felices hinc psallatis genetrices,
Omnes gaudete, destructae sunt quia metae.

Daemonis astuti sumus effecti quoque tuti,
O princeps Christe, tibi laus sit modulus iste.

Collect. ms. Eberhardiclusan. saec. 15. Cod. Treviren. 322. Mit Mel. —
1 victos. — 2 Et quod hic . . . cruciamina. — 3 Alliciens caeli viventi. —
4 iustus. — 5 hinc psallades. — 6 quia mitte. — 7 affecti. — 8 O princeps
opem tibi.

46. In Resurrectione Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Surgens mortis victor fortis
Praedam tulit de distortis
Barathri militibus,
Patri factus coequalis
Est mutatus talis, qualis
Se praestitit hominibus. | 2. Formam sumens humanalem,
In se tenens triumphalem
Possidendam caelitus,
Nobis vitam reparavit,
Qua nos Adam parens stravit
Per peccatum penitus. |
|---|--|

3. Hanc advexit supernorum
Turbae chorus angelorum
Per patentes aditus.

Collect. ms. Eberhardiclusan. saec. 15. Cod. Treviren. 322. Mit Mel.

47. In Resurrectione Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Epulemur in azimis
Sinceritatis veteris
Et veritatis gressibus
Mundi huius solacium,
Donec purgentur vetera,
Quo premimur nos, vitia. | 2. Gratulemur in laudibus
Praecelsae Dei virginis,
Det nobis suum filium.
Cordis, carnis pedibus
Zima purgato veteri,
Quo firmemur miseri. |
|---|---|

Collect. ms. Eberhardiclusanum saec. 15. Cod. Treviren. 322. — 1, 5
purgando. — 1, 6 vitiis. — 2, 2 Ut nobis suum. — 2, 6 firmentur.

48. In Exaltatione s. Crucis.

- | | |
|--|--|
| 1. O mira clementia,
<i>Triumphus et gloria,</i>
Propter nostra vitia
Crucis extollatur
<i>Triumphus et gloria,</i>
Christus immolatur. | 2. Sua sola gratia,
<i>Triumphus et gloria,</i>
Pia pius hostia
Christus immolatur,
<i>Triumphus et gloria,</i>
Christus immolatur. |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Evae contumacia,
 <i>Triumphus et gloria,</i>
 Adae ignorantia
 Per crucem purgatur;
 <i>Triumphus et gloria,</i>
 Christus immolatur.</p> | <p>5. Gratis efficacia,
 <i>Triumphus et gloria,</i>
 Inferni potentia
 Cruce conculcatur;
 <i>Triumphus et gloria,</i>
 Christus immolatur.</p> |
| <p>4. Zabuli saevitia,
 <i>Triumphus et gloria,</i>
 Potest[as, malit]ia
 Cruce debellatur;
 <i>Triumphus et gloria,</i>
 Christus immolatur.</p> | <p>6. In crucis victoria,
 <i>Triumphus et gloria,</i>
 Porta prius invia
 Caeli reseratur;
 <i>Triumphus et gloria</i>
 Christus immolatur.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 2, 4 wahrscheinlich verschrieben; lies etwa: Christus victimatur oder Ähnliches. — 4, 3 Was in Klammern steht, wegen Radierung unleserlich. — Aus dieser Hs. auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 33 mit folgenden Fehlern: 1, 1 Mira Christi clementia; in der Hs. steht mira clementia mit fehlender Initiale; O ist zu ergänzen. — 4, 3 Potestatis gratia. — 5, 1 Gravi efficacia. -- Die sechste Zeile in allen Strophen mit Ausnahme der ersten ausgelassn.

49. In Pentecoste.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ex linguis multifariis
 Hebraeus teritur,
 Confusus tot linguagiis,
 Quis phalanx loquitur
 Apostolorum candida,
 Amore flammea.</p> | <p>2. Nunc veni, pater pauperum,
 Tributor munerum
 Et lumen luminum,
 In mentes hominum
 Rigando, quod est aridum,
 Regendo devium.</p> |
|--|--|

Collect. ms. Eberhardichusanum saec. 15. Cod. Treviren. 322. — 1, 4 fallax. — 1, 6 flammeo.

50. De Corpore Christi.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ecce, magnum sollemnium,
 Quo Christus summum omnium
 Constituit mysterium.
 Hunc laudemus,
 Doxa theo
 in excelsis iubilemus.</p> | <p>3. De corporis mysterio
 Christi, quod in hoc orgio
 Fiat cum magno gaudio,
 Nos dicemus,
 Doxa theo
 in excelsis iubilemus.</p> |
| <p>2. Laetetur caeli curia,
 Gaudeat omnis usia,
 Deo patri sit gloria,
 Decantemus,
 Doxa theo
 in excelsis iubilemus.</p> | <p>4. Sicut fit vespertilio
 Hebes pro solis radio,
 De praesenti sollemnio
 [Exsultemus],
 Doxa theo
 in excelsis iubilemus.</p> |

5. Sed, quod nequit locutio,
Supplet mentis devotio,
Ob hoc, sother, auxilio
Decantemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
6. Cum turba stantes duodena
Ad mensam Christi in cena,
Alternatim voce plena
Laudes demus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
7. Expletis agni ferculis
Panem fregit, discipulis
[Suis] dedit; cum modulis
[Hunc] laudemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
8. Dicens eis: comedite
Ex hoc omnes et bibite,
Cibus et potus est vitae.
Hunc laudemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
9. Hunc discant panem Iudaei
Esse verum corpus Dei,
Baculo fulti fidei
Confitemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
10. In carnem panis mutatur,
Pro vino sanguis potatur,
In his fides operatur.
Adoremus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
11. In omnibus et singulis
Totus manet particulis,
Hunc in omnibus saeculis
Rogitemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
12. Unicum Deum senties,
Licet diversa species,
[Carnis] verae materies.
Hic spectemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
13. Pulsis peccatis ideo,
Qui est trinus et unio,
Benedicamus Domino.
Decantemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.
14. In nomine trinitatis
Ite missa est dicatis,
Nos cum rege maiestatis
Exsultemus,
Doxa theo
in excelsis iubilemus.

Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 15105. — 1, 5 theos, so immer. — 6, 1 Eine Silbe zuviel. — 11, 3 Nunc in. — 11, 4 Hunc rogitemus. — 13, 2 trinus et unus. — 14, 2 est deitatis (Lesefehler?). — Dafs Str. 13 spätere Zutat, beweist der Reim; vielleicht ist auch Str. 14 dem Liede nicht ursprünglich. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

Cantiones Partheniae.

51. In Nativitate BMV.

- | | |
|----------------------------|-----------------------------|
| 1. Iam novum sidus oritur, | 2. Iam nubes dissolvitur, |
| Iam patet galaxia, | Iam patet galaxia, |
| Iam ex Iudaea nascitur, | Iam flos de spina rumpitur, |
| Iam oritur Maria, | Iam oritur Maria, |
| Iam nobis enim panditur, | Iam verum lumen cernitur, |
| Iam det nobis gaudia | Iam demonstratur via, |
| In caeli curia | Iam pro nobis pia |
| Christus. cuius filia | Exorat Maria, |
| Et mater es, Maria, | Ut fruamur gloria. |

Collect. ms. Eberhardiclusanum saec. 15. Cod. Treviren. 322. — 1, 8 filius. — 2, 1 desolvitur. — 2, 3 Iam nobis de spina rumpitur. — 2, 9 Ut summa fruitur.

52. In Purificatione BMV.

R. Gaudeamus
nova cum laetitia!

- | | |
|--------------------------|------------------------------|
| 1. Fulget dies hodierna, | 3. Prius gaude, vetuli |
| Nata luce sempiterna, | Senex aetas servuli; |
| Nova dies, | Dat se visum |
| nova natalitia, | Simeoni veteri, |
| Novus annus, | Mittunt aquas |
| nova haec sollemnia, | sub lechyto pueri, |
| Nova decent gaudia | Novitas miraculi, |
| Novae laudis cantica. | Quo mittuntur iaculi. |
| 2. Speciali gaude choro, | 4. Omnis ergo aetas, gaude, |
| Maritali iuncta thoro, | Sed tu, virgo, prius plaude, |
| Suo Deus | Virgo parit |
| sempiterno filio | filium prudentiae, |
| Ecclesiam | Novum genus |
| copulat conubio; | mirum hoc potentiae, |
| Viduata Domino, | Partum esse feminae |
| Annae gaude gaudio. | Sine plaudat semine. |

Trop. ms. Martialense saec. 12. [13. 14.]. Cod. Parisin. 1139; mit Melodie in Neumen. — 2, 1 corum. — 2, 5 sq. Copulat ecclesiam. — 3, 1 gaude ut veruli. — 3, 2 seruli. — 3, 3 Da se. — 3, 6 sub eccite pueri. — 3, 7 miraculum. — Die Reime der Strophen bilden die Vokale a, o, i, e; demnach möchten die Strophen 1. 4. 3. 2 zu ordnen und eine Schlusstrophe, in u reimend, ausgefallen sein.

53. In Assumptione BMV.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Cantat omnis creatura,
 <i>Sua refert nobis iura,</i>
 Sua nobis refert iura
 Virginis assumptio.
 O, o, Domino
 Concinat haec contio.</p> | <p>3. Christo regi demus tura,
 <i>Sua refert nobis iura,</i>
 Pio corde, [mente] pura,
 Puro desiderio.
 O, o, Domino
 Concinat haec contio.</p> |
| <p>2. nos mensura
 <i>Sua refert nobis iura,</i>
 Cibi potusque mensura
 Sit in hoc sollemnio.
 O, o, Domino
 Concinet haec contio.</p> | <p>4. Dedit suum ius natura,
 <i>Sua refert nobis iura,</i>
 Rerum factor fit factura
 Virginis in gremio.
 O, o, Domino
 Concinat haec contio.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — Daraus auch bei Luzarches, Office de Pâques, p. 41 u. f., mit folgenden Fehlern: 1, 2 fehlt. — 2, 1 fehlt. — 3, 3 pura fehlt. — 4, 1 Dedit suum nil natura. — Der Schlusrundreim fehlt immer.

54. In Assumptione BMV.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Adest dies celebris
 Decoris et laetitiae
 Virginis Mariae,
 Quae assumpta hodie
 Choris ab angelicis,</p> | <p>2. Ubi regnat cum filio
 In aeternis gaudiis,
 Quae orat pro miseris
 Postulando veniam,
 Largiendo gratiam.</p> |
| <p>3. Felix caelorum domina,
 Plena polorum gaudiis,
 Astris praepollens lucidis,
 Pia Maria,
 Pro literatis
 Tibi paratis
 Crucifixum exora.</p> | |

Collect. ms. Eberhardiclusanum saec. 15. Cod. Treviren. 322. — 2. 1 regnas. — 2, 5 indulgentiam. — 3, 1 O felix. — 3, 3 Astris pollenciis. — Nach 3, 5 scheint dies Lied aus Böhmen zu stammen. Vgl. Anal. I, 27.

55. In Assumptione BMV.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Dies recolitur
 Annua,
 Virgo caeli vehitur
 Ad ardua;
 Nova res, panditur
 Ianua,
 Per quam vitae scanditur
 Ad pascua.</p> <p>R^o Igitur
 Merito
 Plus solito
 Adplauditur.</p> <p>2. Sacri mysterium
 Operis
 Terris mittit gaudium
 A superis;
 Dum scandit solium
 Aetheris,
 Orat mater filium
 Pro miseris.</p> | <p>3. Virgo virginibus
 Sanctior,
 Mater cunctis matribus
 Beatior,
 Fit astris omnibus
 Clarior,
 Fit supernis civibus
 Superior.</p> <p>R^o Igitur
 Merito
 Plus solito
 Adplauditur.</p> <p>4. Stupet angelica
 Dignitas,
 Quod admittit caelica
 Sublimitas
 Carnem, quam publica
 Pravitas
 Arguit et lubrica
 Fragilitas.</p> <p>5. Tam mirandae rei
 Gratia
 Blanditur nobis Dei
 Clementia,
 Nam collatae rei
 Venia
 Laudis refer ei
 Praeconia.</p> |
|--|---|

Trop. ms. Martialense saec. 12. Cod. Parisin. 1139 add. saec. 12/13. —
1, 5 Onara panditur.

56. In Assumptione BMV.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Instanter
 Veneremur
 Condignis nunc laudibus,</p> <p>2 a. Haec praesentia
 Dulcis Mariae
 festa per sollemnia</p> <p>3 a. Quam prompserunt angelorum
 Collaudando nunc caelorum
 Regem, Christum Dominum,</p> | <p>1 b. Laetanter
 Coniungemur
 Supernis nunc civibus.</p> <p>2 b. Laus sit angelis,
 Gloria summo
 Deo sit in excelsis.</p> <p>3 b. Qui pro nobis homo natus
 Et in mundo conversatus
 Pater factus hominum.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| <p>4 a. Laudem demus pronius,
Voce multa plenius,
Hilarius,
Amoenius,</p> <p>5 a. Est in terra pax largita
Et parentum est sopita
Prorsus maledictio;</p> | <p>4 b. Harmoniam crebrius
Discernentes merius,
Celerius
Ac verius.</p> <p>5 b. Adest nobis salus illa,
Felix tulit quam ancilla,
Est et benedictio.</p> |
|---|--|

Collect. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 18921; mit Melodie. — Nach Str. 5 wiederholt sich Str. 4 als Rundreim.*

57. De Beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Gaude, gloriosa,
Morborum medela,
Laude copiosa,
Iustorum tutela.</p> <p>2. Tutela iustorum,
Copiosa laude,
Medela morborum,
Gloriosa, gaude.</p> <p>3. Via in viando,
Viantes procura,
Curia curando
Deviantes cura.</p> | <p>4. Cura deviantes
Curando curia,
Procura viantes
In viando via.</p> <p>5. Prece preciosa
Precantes intende,
Nece tenebrosa
Peccantes defende.</p> <p>6. Defende peccantes,
Tenebrosa nece,
Intende precantes
Pretiosa prece.</p> |
|---|---|

Collect. ms. Lirense saec. 12. Cod. Ebroicen. 17. add. saec. 13; zweimal mit Mel. A und B. — An ersterer Stelle folgen sich die Strophen: 1. 3. 5. 2. 4. 6. — 5, 4 Cantantes defende A. — 6, 1 Cantantes defende A. — Die geraden Strophen stets Umkehrungen der ungeraden.

58. De Beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Verbo verbum incarnatur,
Dum Maria salutatur
A salutis baiulo,
Sponso sponsa collocatur,
Pax in terra reformatur
Universo populo.</p> | <p>2. Virginalis gravidatur
Clastrum, nimis admiratur
Naturalis regula;
Tecum Deus operatur,
Sic breviter persolvatur
Ista quaestiuncula.</p> |
|---|---|
3. Virgo sancta, te precatur
Grege hic, ut exaudiatur
Eius deprecatio,
Ut ad regnum perducatur,
In quo quisque praeditatur
Diurno denario.

Collect. ms. Lirense saec. 12. Cod. Ebroicen. 17. add. saec. 13. mit Mel.

59. De Beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| <p>1. O domina,
 Dominatrix,
 Illumina,
 Vitae datrix
 Femina,
 Nostras tenebras.</p> | <p>2. Illuminatrix
 Cordium,
 Eliminatrix
 Sordium,
 Imperatrix,
 Nos visita.</p> |
|---|---|
3. Respice nos,
 O matrona,
 Post hos threnos
 Nos duc, bona,
 Ad amoenos
 Vel amoena.

Collect. ms. Lireuse saec. 12. Cod. Ebroicen. 17. add. saec. 13. Mit Mel.

60. De Beata Maria V.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Ave, virgo sapiens
 Et matura,
 Caro Deum pariens
 Contra carnis iura,
 Angelorum gaudium,
 Pasce, cura,
 Reorum remedium,
 Manu tange pura,
 Te gestantem brachia
 Tua gestent, eia,
 Tibi iungat basia
 Dei genitura.</p> | <p>2. Cum infante loquere
 Voce tuta,
 Quo loquente libere
 Lex silebit muta,
 Ritus prisci Moyses,
 Vultum muta,
 Erubescat facies
 Legis iam corruta.
 Puer nobis natus est,
 Cuius pater Deus est,
 Cuius mater prorsus est
 Virgo impolluta.</p> |
|---|--|
3. Quos abscondit regulus
 In operto,
 Noster iste parvulus
 Traxit in aperto;
 Serpens factus aeneus
 In deserto,
 Quos vulnerat igneus,
 Dono cura certo.
 Ergo spreta Veneri
 Vita simus pueri
 Novatore miseri
 Status iam reperto.

Liber ms. Miraculorum B. V. saec. 13. Cod. Arsen. 3517. add. saec. 13.
 — 2, 2 Nocitiva. — 3, 9 spreta venum; der Reim scheint die Form Veneri
 zu fordern. — 3, 10 puri.

61. De Beata Maria V.

R. Nardus odorifera
Stillat arce supera,
Per quam fit puerpera
Virgo maris stella.

- | | |
|--|--|
| 1. Thronus regis instauratur
Hodie puella,
Terra caelo fecundatur,
Fundunt caeli mella,
Mella, quibus irrigatur
Virginalis cella,
Novus liquor eliquatur
De vite novella. | 3. Qui Iudaeis suscitavit
Rude testamentum,
Sese nobis instauravit
Novum testamentum,
Venit, ut non ultra staret
Vetus sacramentum,
Et ut legis azymaret
Veteris fermentum. |
| 2. Deus, qui cum Deo vivit,
Unius usiae,
Quem prae cunctis illinivit
Oleo sophiae,
Humanandus introivit
Uterum Mariae,
Humanatus nunc exivit
Clauso cursu viae. | 4. Benedictus sermo patris,
Qui sic nos revisit,
Per quem sacer thorus matris
Mendam non admisit,
Quem a sinu patris [nata]
Caro non divisit,
Dum se carne calciata
Deitas immisit. |
| 5. Virgo prudens et virilis
Nescia mixturae,
Dum parturit sub virilis
Forma creaturae,
Virgo, cella trinitatis,
Obvia naturae,
Salvo iure castitatis
Purum parit pure. | |

Cod. Berolinen. Phillipp. 1996. add. saec. 12. — Der Refrain folgt jeder Strophe.

62. De Beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| 1. Salve, virgo regia,
Tui nati nata,
Patrem paris filia
Natura mutata. | 3. Tua pudicitia
Nunquam violata,
Sed adest laetitia
Integre servata. |
| 2. Totius tricladium
Tu es trinitatis,
Paris, virgo, filium
Vi divinitatis. | 4. Eva nobis nocuit
Dans mortem et luctus,
Sed sic, virgo, floruit
Ventris tui fructus, |

5. Quod antiqua vitia
Per te sint ablata,
Sed et castimonia
Salutis oblata.

6. Tu fons aquam gratiae
Omnibus inundans,
Mater regis gloriae,
Infernum pessumdans.

7. Dilue propitia
Reorum peccata,
Quia reis alia
Non est advocata.

Collect. ms. S. Mariae Rivipullen. saec. 13. in. Cod. Parisin. 5132. add.
saec. 13. ex.

63. De Beata Maria V.

1. O venerabilis
et salutifera,
Semper amabilis
atque melliflua.

3. Virtutum specimen
et vitae ianua,
Nobis tam miseris
stillia remedia.

2. Regina virginum,
felix puerpera,
Decus sidereum,
stella clarissima.

4. Fac, nostras tenebras
videns irradias,
Tua dulcedine
supplices satia.

5. O Iesu Domini
genetrix inclita,
Iam suo iudici
reos concilia.

Collect. ms. incertae orig. saec. 13. in. Cod. Tolosan. 871. — Abschrift
von Adr. Carrère S. I.

64. De Beata Maria V.

1. Ave, Maria,
Gratia
Plena, viris invia,
Via regia.
Thalamus pudoris,
Summi vas odoris,
Mater salvatoris
Atque filia,
Parens parvis nescia,
Dans gaudia
Dulcia,
Terminans doloris
Nostri taedia,
Primi genitoris
Tollis vitia.

2. O solacium
Omnium,
Reis da remedium,
Mundo gaudium
Confer salutare,
Mundi luminare,
Servans singulare
Privilegium,
Dum post puerperium
Egregium
Gremium
Manens puellare
Nescit vitium,
Mater absque mare
Paris filium.

3. O puerpera,
Foedera
Ferens orbi prospera,
Cuius ubera
Christum lactaverunt,
Per te recesserunt,
Per te perierunt
Legis vetera,
Celsa supra sidera,
Mortifera
Scelera
Tua purgaverunt
Sacra viscera,
Quod magi noverunt
Dando munera.

4. Stella marina,
Lumina
Cordium illumina,
Felix femina.
Tuum ora natum,
Ne nos Adae fatum
Trahat in peccatum.
Caeli regina,
Vitae confer semina,
Discrimina
Termina,
Nostrum munda statum,
Terge crimina,
Mundes et reatum,
Mundi domina.

5. Christo laudibus
Iugibus
Insistens cum cantibus
Tuis precibus
Petit adiuvari,
Ne mundano mari
Possit naufragari,
Sed mortalibus
Purgatis criminibus
Et levibus
Omnibus
Possit adgregari
Caeli civibus
Atque gloriari
In caelestibus.

Cant. ms. Anglicanum saec. 13. Cod. Oxonien. Rawl. C 510. A. — Cant. ms. Gallicum saec. 13. Cod. Guefenbyteran. 677 (Helmstadien. 628). B. — 1, 6 Templum creatoris B. — 1, 11 Grandia B. — 2, 3 dans A. — 2, 7 Serva A. — 2, 13 Nescis B. — 2, 14 absque patre (gegen den Reim) B. — 3, 6 Per te claruerunt B. — 3, 7 paruerunt B. — 3, 15 Dantes B. — 4, 1 Stella maris A. — 4, 6 factum B. — 4, 7 ad peccatum. B. — 4, 12 purga statum B. — Str. 5 fehlt A.

65. De Beata Maria V.

1. O Maria,
O felix puerpera,
Mater pia,
Cuius suxit ubera,
Qui creavit sidera,
Munera
De te fluunt dulcia,
Spiritus sancti cratera.

2. Aqua viva,
Clausula semper ianua,
Progressiva,
Stella non occidua,
Ficus sed non fatua,
Irrigua
Paradisi pascua,
Balsamus, myrtus, oliva.

3. Ioseph spica,
Humus, de quo vipera,
Per quam sicca
Ionae perit hedera,
Sanans anguis vulnera
Pertica,
Funda tu Davitica,
Parens cedrum mirica.

4. Salomonis
Thronus es eburneus,
Visionis
Electrinus urceus,
David sitim satians
Puteus,
Tu septenus cereus
Radians septenis donis.

5. Iacob scala,
Fac me caelum scandere,
Mundi mala,
Carnem, Satan fugere,
Tollens Evae miserae
Scandala,
Pietatis ubere
Gratiae fove sub ala.

Cant. ms. Petri de Medicis saec. 13. Cod. Laurentian. Pl. XXIX. 1. A.
— Orat. ms. Campense anni 1462. Cod. Darmstadien. 521. B. — A hat nur
Str. 1.

66. De Beata Maria V.

1. Cella pudoris,
Maria, vocata,
Plena dulcoris
Et inviolata,
Gloria regis,
Clausula legis,
Per prospera,
Per aspera,
Per invia
Servos rege, Maria.

2. Porta polorum,
Aegris medicina,
Spes miserorum,
Salus in ruina,
Flos mulieris,
Nescia sceleris,
Per aspera,
Per prospera,
Per devia
Servos rege, Maria.

3. Fons sine limis
Supernae virtutis,
Qui plus imis
Pocula salutis,
Manna beatum
Das nobis gratum,
Mirifice,
Magnifice,
O pia,
Servos rege, Maria.

4. Corrige mores,
Lava vitiosum,
Pelle furores,
Praebe virtuosum,
Dele reatum,
Placa nobis natum,
Per prospera,
Per aspera,
Per devia
Servos rege, Maria.

Collect. ms. Llantonienae (?) saec. 13. Cod. Coll. Corp. Chritsi Oxonien.
59. — 1, 6 Flos mulieris, gegen den Reim; vgl. 2, 6. — Vor 3, 7 noch
Mystice. — 3, 9 fehlt eine Silbe am Verse. — Abschrift von Rev. H. M.
Bannister.

67. De Beata Maria V.

- | | |
|-----------------------|-----------------------|
| 1 a. Tenerae | 1 b. Temere |
| Rosulae | Nebulae |
| Lenia folia | Prodeant lolia, |
| Pullulant ex arida. | Quae perimunt valida. |
| 2 a. Species | 2 b. Series |
| Aurea | Rosea |
| Quodlibet aes | Quaslibet res |
| Rutilitate praeminet. | Germinis supereminet. |
| 3 a. Spectabilis | 3 b. Tractabilis |
| Haec valorifera | Haec odorifera |
| Remedia creticae | Viriditas inclitae |
| Turmulae. | Rosulae. |
- R^o Singuli terrigenae,
Diligite
Prae ceteris
 rosulam floribus
Laudibus
In canoribus.
- Proximam verbigenae
Porrigite
Nemoribus
In temporibus
Bulliens aream
Paradisi
 plurimis decoribus.
- | | |
|-----------------------|------------------------|
| 4 a. Genitor, | 4 b. Posuit, |
| Editor | Imbuit |
| Trifidae machinae | Mystico semine |
| Caelitus hanc rosulam | Desuper aridulam, |
| 5 a. Auream, | 5 b. Aruit, |
| Roseam | Caruit |
| Butilatriam | Ope, patriam |
| Rediviviscit quoniam, | Sed per rosulam Mariam |
| 6 a. Apparuit, | 6 b. Lux oritur, |
| Claruit | Moritur |
| Amoenitas, | Sterilitas, |
| Qua reviviscunt | Hanc vivificat |
| saecula. | diecula. |

R^o Singuli terrigenae etc.

- | | |
|---|--|
| <p>7 a. Prae violis
 rosulam diligo,
 Quae pullulat in Iericho,
 Supra celsas cedrus
 emicuit
 Ac intra Nazareth
 viruit.</p> | <p>7 b. Quae rosula
 protulit lilium,
 Quod caeli supercilium
 Regens fert saeculis
 auxilium,
 Praegnans verbigena
 filium.</p> |
| <p>8 a. Per quod vetitus
 Aditus
 Humanitus
 Est regenitus.</p> | <p>8 b. Tamquam eminus
 Comminus
 Hic eminus
 Fulget Dominus.</p> |
| <p>9 a. Per rosulae
 redolentiam
 Deus omnipotentiam
 Implicuit,
 condescendentiam
 Ad sceleris
 inclementiam.</p> | <p>9 b. Per rosulae
 stillicidia
 Suppressuntur dissidia,
 Salubria
 dantur praesidia,
 Tot rosulae
 sunt subsidia.</p> |
| <p>10 a. Resonet laus et gloria
 Per saecula
 meritoria,</p> | <p>10 b. Lilia cum memoria
 Per rosulam
 duratoria.</p> |
| <p>11 a. Mater filium saeculo
 Indulgeat,
 lilium speculo</p> | <p>11 b. Sordes inquinamentorum
 Et tribuat
 genitis iterum</p> |
| <p>12 a. Post saeculum
 ambigiferum</p> | <p>12 b. Peroptima
 regna polorum.</p> |

R^o Singuli terrigenae etc.

Collect. ms. Tegurinum saec. 10. Clm. Monacen. 18628. add. saec. 13/14.
A. — Miss. ms. Altovadense saec. 14. Cod. Altovaden. LXV. add. saec. 14.
B. — 1b, 1 Tremere B. — 1b, 3 Prodeunt B; lolea A. — 1b, 4 Quae
peribunt B. — 2a, 3 Quolibet B. — 2b, 3 Quaelibet A. — 2b, 4 Lies
germinis? — 3a, 2 Hic A. — 3b, 2 Haec fehlt B; Hic A. — 3a, 3 sq.
und 3b, 3 sq. umgestellt A. — R^o, 7 verbigenam AB. — 5a, 2 Rosulam
B. — 5a, 3 Luti laetam A; butilatria wohl statt buti latrrix. — 5a, 4
Rediviscit A, rediviscat B. — 6a, 4 rediviscunt A, rediviviscunt B. — 7a, 1
Prae cunctis A. — 7a, 3 pullulant AB. — 7a, 4 celsa B. — 7a, 6 Hac
intra. — Str. 8 und 9 fehlen B. — 8a, 1 veditus A. — 9b, 3 Supruntur
A. — 10b, 2 rosulae A. — 11b, 1 Sordens B. — 11b, 2 tribuat et A. —
11b, 3 genus iterum. A. — Die Wiederholung von R^o nach Str. 6 und 12
nur in B, an zweiter Stelle mit dem Vermerk: „quaeratis superius“.

68. De Beata Maria V.

1. Veni, sancte spiritus,
Et in me robur auge
virtuosum,
Effunde lumen caelitus
Et munda, quod est in me
vitiosum.
Fer solamen misero,
Qui nititur laudare
Mariam, piam virginem,
Cuius laudem intendo
propalare.
2. Maria, mater gratiae,
Spes veniae,
Solamen miserorum,
Tu civitas iustitiae,
Vas gloriae,
Reparatrix reorum;
Tu stella maris lucida,
Tu rutilans aurora,
De me demas aspera,
Da prospera,
Cor aridum dulcora.
3. Ave, regina virginum
Et angelorum,
Thronus Salomonis,
Tu peperisti dominum
Caelorum;
Ave, vellus Gedeonis,
Tu sola virgo crederis
Et mater deitatis,
Tu sine spina lilium,
Triclinium
Totius trinitatis.
Et fac caelesti gloria
Gaudere cum beatis.
4. Tu virtutum speculum,
Lucet in te
Salomonis sophia,
Tu perlustrasti saeculum
Splendore
claritatis, o Maria.
Luna sub tuis pedibus,
Tu es amicta sole,
Ex te processit filius
Homo Deus
Sine peccati mole.
5. Languoris tu solacium,
Peccantium
Tu spatium, Maria,
Spes in te sperantium,
Errantium
Tu es directa via.
Actus meos dirigas
Orisque rege dicta,
Hostes nocentes destruas
Et diluas,
Virgo, mea delicta.
6. Tu rosa parens lilium,
Tu virens virga
fructum protulisti,
Cum peperisti filium,
Quem contra carnis
morem genuisti;
Tu mater maris nescia,
Cella divinitatis,
A nobis pelle noxia
Et vitia,
Nos solvas a peccatis

69. De Beata Maria V.

- | | |
|---|--|
| <p>1. <i>Ave</i>, mater o Maria
Pietatis, tota pia,
Sine te non erat via
Deploranti saeculo.</p> | <p>3. <i>Plena</i> dulci medicina,
Tu protegens a ruina,
Tu es portus, tu carina
In omni periculo.</p> |
| <p>2. <i>Gratia</i> tu nobis data,
Quam fidelis advocata,
Caeli thronis es praelata
In aeterno solio.</p> | <p>4. O Maria, tu solaris
Micans phoebus, stella maris,
Christo regi tutelarīs
Coruscanti solio.</p> |

Cant. ms. S. Salvatoris Venet. saec. 15/16. Cod. Bononien. 2216. A. —
Cant. ms. Franciscan. Venet. saec. 15. Cod. Marcian. It. IX 145. B. — 1, 4
A deploranti A. — 2, 3 prolata B. — Str. 3 und 4 umgestellt B. — 3, 1
dulcis A. — 3, 2 Tu es B. — 3, 3 Tu es punctus A. — 3, 4 In fehlt A. —
Str. 4 fehlt A.

70. De Beata Maria V.

1. Rector potens caeli, terrae, maris,
Omnium factor, qui moderaris
Alto deitatis consilio
Summa cum imis nullo medio,
Tu matris ad laudes summe bonae
Digno dato sermone
Os aperi, pulsoque vitio
Purae matri pura sit cantio.
2. Dic, Christi, dic, misericordiae,
Dic nostra, dic, totius gratiae,
Qua laude te referamus, mater?
Quia contentus a nullo pater,
Continens omnia, qui non caelo
Capitur, hic sub velo
Velaminis carnis a te nata
Natus est filius, o beata.
3. Dicant omnes: o vere beata,
Quae per illud ave salutata
Ab ingenerato illo vaevae
Sanasti omnes filios Evae,
Nam morti deditus homo mortem
Non vicisset, si sortem
Hanc non terminasset per te data
Gratia misericors, beata.

Collect. ms. S. Floriani saec. [11. et] 13. Cod. Florian. XI 58. — 2, 5
Contines.

71. De Beata Maria V.

1. O quantum sollicitor
Et curis suppetitor,
Dum corde transmeditor
Praesens et futurum;
Praesens et praeteritum
Vergunt in interitum,
Talem habet exitum
Humana natura.
O qui intellexeret
Mortem, quam sit dura,
Et finem prospiceret,
In timore viveret,
Voveret et redderet
Deo sua iura.
2. Cunctis, quibus milito,
Diebus in proposito
Sum, quod velim subito
Aut cras emendari;
Cras ut corvus crocito
Et cras idem appeto,
Volo, sed non quaerito
A sorde mundari.
Lingua, sed non ratio
Spondet haud peccare,
Sed nec satisfacio,
Sed, [si] venit unctio,
Tunc venit compunctio
Vix passu salutari.
3. Vae vobis presbyteris,
Qui estis [in] literis
Testamenti veteris
Et novi doctores
Praestatuti ceteris,
Obstructores aetheris,
Indiscreti oneris
Estis iniunctores;
Cathedrae recubitus
Primos adamatis,
Si sit [vobis] subditus,
Commissus divinitus,
Grex salvus vel perditus,
Minime curatis.
4. Quid de vulgo proferam?
Nunquam eius sufferam
Ita, quod non efferam
Miras falsitates,
Cuius lingua florida,
Acta vero sordida
Et corda sunt perfida
Per subtilitates,
Traditur sophistice
Nec est, ut apparet,
Doctrinae catholicae
Iam factae sunt pseusticae,
Si quis vivit deice,
Mundi laude caret.
5. Adiuva nos, Domine,
Qui passus es pro homine,
Ut in tuo nomine
Semper gloriemur;
Maria, humilium
Et spes, salus omnium,
Tu pro nobis filium
Ora, ut salvemur.
Audi nos, nam te filius
Nil negans honorat;
Salva nos celerius,
Christe, sis propitius,
Pro quibus te dulcius
Virgo mater orat.

Collect. ms. Pragense saec. 15. Cod. Pragen. I G 39. — 1, 9 O quis. — 2, 3 Sim. — 4, 14 Hic mundi laude. — 5, 12 Christe, tu sis. — 5, 9 sq. entlehnt aus der Sequenz Ave praeclara.

72. De Beata Maria V.

Tempore Paschali.

- | | |
|---|--|
| 1. Concordi laetitia
Propulsa maestitia
Mariae praeconia
Recolat ecclesia.
Virgo Maria. | 3. Quam concentu parili
Chori laudant caelici,
Et nos cum caelestibus
Novum melos pangimus.
Virgo Maria. |
| 2. Quae felici gaudio
Resurgenti filio
Floruit ut lilium
Vivum cernens filium.
Virgo Maria. | 4. O regina virginum,
Votis fave poscentum
Et post mortis stadium
Vitae confer bravium.
Virgo Maria. |
| 5. Gloriosa trinitas,
Indivisa unitas,
Ob Mariae merita
Nos salva per saecula.
Virgo Maria. | |

Clement, Felix, Choix des principales Séquences du moyen-âge, Paris 1861, S. 86. „Tiré d'un manuscrit du XV^e siècle, qui nous appartient.“

73. De Beata Maria V.

1. In trinitate consistit perfectio,
In trinitate vitae stat refectio,
In trinitate graduum collectio,
Et in trinitate caeli radican-
tur.
In illo numero Deus trifario
Modo providit nobis ordinario,
Aspiciens de caeli viridario,
In quo lucis filii sine fine laetantur.
Extremis medium simul compegit
Magister omni in sapientia,
Illud videns Mariae providentia
Interpres circumspecta sententia;
Tunc tripartitae portionis optimam elegit.
2. Disce praecelsae virginis magnalia,
Efficitur suppeditans carnalia
Mater Dei vera, non alia,
Haec ab aeterno vas electum meruit vocari.
Haec est deserti petra Moabitica,
De qua bibit aquam turba levitica,

Haec est triumphalis funda Davidica,
Per quam Goliás debuit gigas humiliari.
Haec est stella lucis ex Iacob orta,
Haec est Salomonis reclinatorium,
Totius trinitatis consistorium,
Haec est proselytarum divisorium,
Soli Deo transibilis Ezechielis porta.

3. Vide, quanta Dei sit humilitas,
Quod eius caro facta est sublimitas,
Immensurabilis est haec stabilitas,
A nobis mentis oculis non potest videri.
Divina fecit ista miseratio,
Quod protoplasti cernitur salvatio,
Quem noxialis pomi masticatio
Morti dedit, hunc redemit natus Dei veri.
Ex virgine rex nasci dignabatur,
Haec est mater nostra verissima,
Virgo et mater Deo dilectissima,
Succurre nobis, quaesumus, piissima,
Nam per te genus hominum perpetuo salvatur.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 [s. n.] — 2, 2
Virclitur. — 2, 5 petri.

74. De Beata Maria V.

1. Alma mater, gemma principalis,
Te perornat mira castitas,
Et collaudat plebs universalis,
Quam pavit tua fecunditas,
Dum per aurem Deum concepisti
Et sine dolore peperisti
Et post partum virgo permansisti.
2. Hunc partum legislator praesignavit,
Dum rubus ardens incanduit,
Ezechiel portam clausam monstravit,
In te virga Iesse floruit.
Gedeonis per te vellus rigatur,
Area telluris solidatur,
Filius Dei sic humanatur.
3. Cum sis nostri utriusque mater,
Summi regis ac lapsi hominis,
Nil negando te honorat pater
Ob virtutem tui nominis.

Ergo pro nobis interpella natum,
Pia prece dilue reatum,
Nos ducas in beatorum statum.

Collect. ms. Tegurinum saec. 10. Clm. Monacen. 18628. add. saec. 13/14.
(Mit Neumen.)

75. De Beata Maria V.

1. Humilitate stringitur aeternitas,
Et corde puro capitur benignitas,
Sic mortis umbra cingit immortalem;
Incircumscriptus loco circumscribitur,
Cursus naturae his decretis labitur,
Dum Deus formam sumit talem.
De caeli ergo solio
Mariae claustrum verbum visitavit,
Ut nos mundaret lolio,
Caput serpentis virgo conculcavit;
Adulter princeps tollitur,
Maxilla Leviathan perforatur,
Regnum eius destruitur,
Emptitiis libertas condonatur.
Sic Holofernis demitur
Caput atque Goliae
Funda manu feminea,
Tunc Hebraea
Cessat immolatio,
Crescit honor Mariae.
2. Non sum dignus videre caeli solium,
Propter peccata defluo ut folium,
Dormio mortis umbra soporatus,
Pro fonte peccati septenario
Mergor delicti flumine nefario,
Fremo gehennae freno laqueatus.
Libellus repudii
Datus mihi facie sanctorum,
Cessat spes auxilii,
Nam duco tristis fructum labiorum,
Si dulcis me despexeris
Maria, revocatrix proscriptorum,
Cadentem ni erexeris,
Mox deputabor sorte damnatorum.
Aeternum principium,
Mitte me, si praesumis,
Salva praedulci gratia
Labentia,
Virgo beata, revoca,
Ex hoc honorem sumis.

3. Pulchre cubas poli summo fastigio,
 Angelorum circumdatis collegio,
 Fons sinu tuo manat pietatis;
 Ponis funestae haeresi tu terminum,
 Mater perfecta beatorum nominum,
 Tenes thesaurum verae castitatis.
 Immolatur tui filius
 In forma panis manu sacerdotis.
 Cibo quid hoc sapidius?
 Hunc nobis confer, pia, tuis votis,
 Ut cum molares steterint,
 Clausis fenestris thorus dissolvatur,
 Aethiopes si venerint,
 Potestas contra nos his nulla detur,
 Nam virtus omnis deficit.
 Sola sis advocata,
 Verbosa viris ratio
 Et cautio
 Deperit, si abfueris,
 Praedulciter trabeata.

Collect. ms. Stiriaceuse saec. 15. Csd. Stiriaceuse. L 26 [s. n.]. — 1, 13
 Regnum Dei destruitur. — 1, 18 Hebrae. — 2, 3 Dormitis mortis. — 2, 12
 praescriptorum. — 3, 1 cumbas. — 3, 3 mana. — 3, 4 funestri. — 3, 7
 Immolatur tibi filius. — 3, 9 quod. — Verfasser nach der Hs. Magister
 Nicolaus de Sweydnitz.

76. „Mutetum de beata Virgine“.

Imperatrix supernorum	Mortem nostram destrue,
Civium,	Vitam nobis tribue.
Consolatrix miserorum	Tu nostrum refugium,
Et gaudium,	O Maria,
Verum lumen cordium,	Nobis fer auxilium,
Vitae datrix,	Virgo pia,
Mediatrix,	O splendor gloriae,
Hominum,	O lux ecclesiae,
Exoratrix	Nos te laudantes,
Sis pro nobis ad Dominum.	Nos exsultantes
Per te mors destruitur,	Tuis laudibus,
Per te vita redditur;	Iunge caeli civibus.

Sermones ms. (S. Bernhards super cantica) saec. 12. Cod. Hilarien. 40.
 add. saec. 13/14. — Das Ganze mit einstimmiger Melodie, was zur Fest-
 stellung des Begriffes eines Mutetum von Interesse ist.

Cantiones de Sanctis.

77. De sancto Nicolao.

1. Incomparabiliter
Cum iucunditate
Gaudeamus pariter
In hac sollemnitate.

In festo beatorum
Huius et aliorum
Decet melos canorum
Dari Deo deorum.
Hi sunt beati, quorum
Pater est rex caelorum
Nicolaus elisorum
Per saecula saeculorum.

2. Innumerabilibus
Nicolai vita
Clarens claris actibus
Ut gemmis redimita.

Nondum verba formare
Norat et praedicare,
Novit iam ieiunare
Et a mammis cessare.
Incepit castigare
Corpus suum amare
· · · · ·
· · · · ·

R^o Festum ergo pontificis,
Iam sociati caelicis,
Cum cantibus mirificis
Atque modis organicis
Festivetur a clericis,
Sed maxime scholasticis.

R^o Festum ergo pontificis,
Iam sociati caelicis,
Cum cantibus mirificis
Atque modis organicis
Festivetur a clericis,
Sed maxime scholasticis.

3. Decet ipsum precari
Et iuste venerari,
Qui natus lupanari
Iam datas revocari
Fecit eisque dari
Auri pondus praeclari,
Sic patrem consolari
Volens et has servari.

R^o Festum ergo pontificis etc.

Trop. ms. Martialense saec. 12. [13. 14.]. Cod. Parisin. 1139. — 1, 10 et rex. — 1, 11 Lies: clericorum? — 1, 15 sociasti. — 1, 18 hac clericis. — 2, 7 Novit nam. — Vor 3, 1 scheinen vier Zeilen zu fehlen. — 3, 2 Et ustra venerari. — 3, 3 nata. — 3, 4 data. — 3, 8 Volens et asservari.

78. De sancto Nicolao.

- | | |
|---|--|
| 1. Sollemni gaudio
Sit aucta contio
Fidelium
Ad digni [titulis]
Sollemne praesulis
Praeconium. | 3. A morte clericos,
A mari laicos
Eripuit
Et multis aliis
Idem prodigiis
Emicuit. |
| 2. Praecedant clerici,
Succedant laici
Tripudio,
Ope Nicolai
Poscentes se trahi
De devio. | 4. Ut res haec clareat,
Iam lector subeat
Officio,
De vita praesulis
Audita populis
Sit lectio. |

R^o Sollemni gaudio
Sit aucta haec contio.

Collect. ms. Lirense saec. 13. Cod. Ebroicen. 1. add. saec. 13. Mit Mel.
— 4, 1 res ex clareat.

79. De sancto Nicolao.

- | | |
|--|--|
| 1. Nicolaus inclitus,
<i>Laudet omnis spiritus,</i>
Factus est divinitus
Praesul cum laetitia,
<i>Laudet omnis spiritus</i>
Gubernantem omnia. | 3. Vox emissa caelitus,
<i>Laudet omnis spiritus,</i>
Viam, dixit, aditus
Serves vigilantia;
<i>Laudet omnis spiritus</i>
Gubernantem omnia. |
| 2. Grex erat sollicitus,
<i>Laudet omnis spiritus,</i>
Quem pastoris obitus
Laeserat maestitia,
<i>Laudet omnis spiritus</i>
Gubernantem omnia. | 4. Qui praefore praescitus,
<i>Laudet omnis spiritus,</i>
Praeferret intuitus,
Deferret insignia;
<i>Laudet omnis spiritus</i>
Gubernantem omnia. |

5. Vigilare solitus,
Laudet omnis spiritus,
Sic est sancta deditus
Praesul in ecclesia;
Laudet omnis spiritus
Gubernantem omnia.

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). —
3, 1 Vos emissa. — 4, 1 Qui praefore praescitus. — Aus dieser Hs. auch
bei Luzarches, Office de Pâques, p. 42 sq., mit folgenden Fehlern: 4, 1 Qui
pectore positus. — 5, 3 est sacra. — 5, 4 Praesul in Lycia.

80. In Festo S. Nicolai.

De Episcopo Puerorum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. O sedes apostolica,
 <i>Gaude, sedes mannetica,</i>
 In hac die dominica
 Novum pastorem suscipe,
 Gaude, sedes mannetica,
 Novum pastorem suscipe.</p> | <p>3. Emitte nova cantica,
 <i>Gaude, sedes mannetica,</i>
 Servos tuos laetifica,
 Non adplaudentes corripe,
 Gaude, sedes mannetica,
 Novum pastorem suscipe.</p> |
| <p>2. In hac die dominica,
 <i>Gaude, sedes mannetica,</i>
 Emitte nova cantica,
 Novus adplausus concipe,
 Gaude, sedes mannetica,
 Novum pastorem suscipe.</p> | <p>4. Descende, virtus caelica,
 <i>Gaude, sedes mannetica,</i>
 Quod corrui, aedifica
 Sub isto novo principe;
 Gaude, sedes mannetica,
 Novum pastorem suscipe.</p> |

Collect. ms. Maioris Monasterii saec. 13/14. Cod. Turonen. 615 (927). — 1, 2 Zu sedes mannetica cfr. Du Cange s. v. manneta, exametum. — 3, 4 aplaudantes. — Aus dieser Hs. auch Luzarches, Office de Pâques, p. 33 sq. mit folgenden Fehlern: 1, 2 und im folgenden immer Nannetica. — 2, 6 fehlt. — 3, 6 fehlt. — 4, 6 fehlt. — Zwischen Strophe 3 und 4 scheint mindestens eine Strophe zu fehlen, da sonst die erste Zeile jeder Strophe die dritte der vorhergehenden wieder aufnimmt.

81. De sanctis Innocentibus.

- | | |
|--|--|
| <p>1. In laudes innocentium,
 Qui passi sunt martyrium,
 Psallat chorus infantium:
 Sit decus regi martyrum
 Et gloria.</p> | <p>4. In somnis hanc fallaciam
 Viderunt ac ad patriam
 Per viam tendunt aliam.
 Sit decus regi martyrum
 Et gloria.</p> |
| <p>2. Cum filius apparuit,
 In quo patri complacuit,
 Terrenus rex infremuit.
 Sit decus regi martyrum
 Et gloria.</p> | <p>5. Nunc videns, quod paraverat,
 Iratus rex cum furia
 Nefas constans celaverat.
 Sit decus regi martyrum
 Et gloria.</p> |
| <p>3. Hunc magos iubet quaerere,
 Qui praecedente sidere
 Tres pergunt trinum colere.
 Sit decus regi martyrum
 Et gloria.</p> | <p>6. Ut vitam morte omnium
 Occidat, Dei filium,
 Datur regis imperium.
 Sit decus regi martyrum
 Et gloria.</p> |

Trop. ms. Martialense saec. 12. [13. 14.] Cod. Parisin. 1139. — 2, 2 patris. — 3, 2 praecedentis. — 3, 3 Tres idem trinum. — 5, 1 Ne videns. — Nach 5, 3 Alleluia. — 6, 1 mortes. — 6, 2 Occidens. — 6, 3 Cantu regis.

82. De s. Iohanne Baptista.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Cleri universitas,
Solve laudes debitas
Beato Iohanni,
Ut per eum siccitas
Cesset, et humiditas
Assit boni anni.</p> | <p>4. Dum iuventa floruit,
Maculari respuit
Vaniloquo felle,
Hinc eremum coluit
Et pro pastu habuit
Locustas cum melle.</p> |
| <p>2. Gaude, cleri contio,
Laetare cum gaudio,
Iohannem implora,
Ut eius subsidio
Aestuum effusio
Cesset absque mora.</p> | <p>5. Vitam ducens asperam
Docuit ad literam
Atque baptizavit,
Vestem gerens bugeram
Nec vinum nec siceram
Nec mustum potavit.</p> |
| <p>3. Iohannis nativitas
Per sortes exhibitas
Claruit praeclare,
Cui laudes debitas
Populi immensitas
Debet decantare.</p> | <p>6. Mundo nolens subici
Nominis angelici
Voce nominatur,
Carne spernens infici
Laurea centuplici
Caelo laureatur.</p> |
7. Lux, lucerna praevia,
Hos aestus abhinc via
Pulsa livione
Ac in caeli curia,
Ubi pax et gloria,
Nos tecum repone.

Collect ms. Trekoriense saec. 14. Cod. Parisin. Nouv. acq. 426. — 1, 6 bonis. — 4, 4 Hic. — 7, 2 via, imp. von viare, transitiv gebraucht.

83. De s. Iohanne Baptista.

- | | |
|--|--|
| <p>1. In hoc festo breviter
Iubilemus pariter
Collaudantes Dominum,
Salvatorem omnium.</p> | <p>2. In quo Samson meruit
Aulam caeli scandere,
Qua regnat rex gloriae.</p> |
| <p>R^o Festum miri viri,
Festum miri viri,
Eia, celebremus.</p> | <p>R^o Festum miri viri,
Festum miri viri,
Eia, celebremus.</p> |

3. Qui natus de sterili
Fit praecursor Domini,
Signis et virtutibus
Effulsit in plebibus.
R^o Ipsum, ipsum mirum
Virum, mirum virum.
Ergo collaudemus.

Trop. ms. Martialense saec. 11/12. Cod. Parisin. 1139. —

Cantiones Morales.

84. Pater Noster.

- | | |
|--|---|
| 1. Pater, tui sumus,
Cui et poli sidus;
Sanctifica laude
Nomen tuum clare. | 3. Panem nostrum hodie
Cotidianum praebe;
Et dimitte pius
Sicut terrae pondus. |
| 2. Adveniat regnum,
Quod est sempiternum;
Fiat voluntare
Sicut poli terrae. | 4. Libera nos recte
Ab antiqua fraude,
Maneat tutamen;
Fiat, fiat. Amen. |

Trop. ms. Martialense saec. 12. (13. 14.) Cod. Parisin. 1139. — 1, 2 Qui et poli.

85. De Paenitentia.

- | | |
|--|---|
| 1. Quare non cessas vivere,
O miser homo, misere?
Cur moriendo vivitas
Et quare te non excitas
A somno mortis miserae?

Clamat ad te cotidie
Pius largitor veniae:
Sunamitis, revertere,
O miser[a], egredere
De Babylonis carcere.

Dum modo possibilitas
Adest et opportunitas,
Cur differs culpas plangere?
Cur in obscaenis habitas,
Cur in sepulcro latitas
Perversae conscientiae?
Cur iudicem non dubitas,
Cur te demulcet foeditas
Luxus et immunditiae? | 2. Cur de te non deliberas
Et quare te non liberas,
Miser, a morte misera?
Dum vivis, nunc accelera
Delere cito scelera

Nec paenitere differas,
Ne poenas mortis perferas
Illic, ubi est mors altera.

* * * * *
Dum tractas de iudicio
Finali vel supplicio,
Cur in te tanta caecitas?
In quo dormitat ratio,
Cur semper vacas otio?
Surge, ne poenas debitas
Cum damnatis sustineas
Et in infernum pereas,
Ubi nulla redemptio. |
|--|---|

Collect. ms. S. Germani Autisiodoren. saec. 15. Cod. Autisiodoren. 23.

86. De paenitentia non differenda.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Dic, homo, cur abuteris
 Discretionis gratia,
 Cum vitae viam deseris
 Et tendis ad supplicia?
 Saluti praefers otia
 Et pretiosis vilia
 Nec metu poenae flecteris
 Nec spe salutis traheris,
 Ut summa quaeras gaudia.</p> | <p>3. Certe non excusaberis
 Dissimulando talia,
 Nam, si sic subterfugeris,
 Post restat conscientia,
 Quae non tacet latentia,
 Et divina iudicia
 Declinare non poteris,
 Sed, si convictus fueris,
 Patet mortis sententia.</p> |
| <p>2. Quid valet mundi gloria,
 Vide, quam sic amplecteris,
 Multa vides iudicia,
 Qui scienter deciperis,
 Mundum, qui fugit, sequeris
 Et cum labente laberis
 Sequendo transitoria,
 Sic bona permanentia
 Sub aure surda praeteris.</p> | <p>4. Non confidas de venia,
 Si sero paenitueris,
 Dies est peremptoria,
 Quam nisi tu praevenieris
 Fructu condigni operis
 Et reatum purgaveris,
 Erit tibi miseria
 Absque misericordia
 In aeternum cum miseris.</p> |
5. Ergo vides, cum veneris
In iudicis praesentia,
Qui tibi, prout egeris,
Iusta reddet stipendia,
Ne gloriosa patria
Tua te privent vitia,
Nam, si mundus occurreris,
Cum iustis sociaberis
In aeterna laetitia.

Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 14810. A. — Collect. ms. Victorinum saec. [14. et] 15. Cod. Parisin. 14923. B. — Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 15163. C. — 1, 2 Discretionis B. — 1, 5 otia AB. — 2, 4 Quod B; Quae C. — 3, 5 non latet AC. — 4, 5 Fructu cum digni B. — 5, 1 vides AB; quo veneris A. — 5, 6 privat A; privant BC. — 5, 8 Cum istis A. — Nach jeder Strophe wiederholen sich 1, 1 sq. als Rundreim.

Gedanken, Ausdruck des Gedankens und Rhythmik dieses Liedes sind so sehr diejenigen Philipps de Grève, daß ich nicht umhin kann, ihn für den Autor desselben zu halten. Dies um so mehr, als sein Lied: Cum sit omnis caro foenum in allen drei Quellen mit diesem Liede verbunden ist.

Dies Lied steht auch in Cod. Palatin. Matriten. 2 N 4 saec. 13/14, ebenfalls ohne Angabe des Verfassers. — Vgl. Leyser, 422; Hauréau, Des poèmes latins attribués à Saint Bernard, 28.

87. De Morte et Iudicio.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O Christi longanimitas,
 Et longa exspectatio,
 O mira Christi pietas,
 O quanta misratio!
 O cordis induratio!
 Quid differs, cur non cogitas,
 Homo, quae vitae brevitās?
 Cito fit consummatio.</p> | <p>3. O quae mortis acerbitas
 Et quanta trepidatio,
 Cum tam tangit mortalitas,
 Ut fiat separatio!
 Quid prodest delectatio,
 Quid pestiva incunditas?
 Numquid pro vita flagitas?
 O sera recordatio!</p> |
| <p>R^o Cernat hoc meditatio,
 Quid nos primo fuerimus;
 Nihil prodest elatio,
 Nam terra tandem erimus.</p> | <p>R^o Cernat hoc meditatio,
 Quid nos primo fuerimus;
 Nihil prodest elatio,
 Nam terra tandem erimus.</p> |
| <p>2. O vanitatum vanitas,
 Curarum occupatio!
 O cur ambitur dignitas,
 Cur opum cumulatio?
 Quo tendit congregatio,
 Aut quid valet cupiditas
 Et in sepulcro foeditas
 Et extra dealbatio?</p> | <p>4. O servitus, quid cogitas
 Apparens in iudicio?
 O arguens crudelitas
 Hostis et accusatio!
 O dolor, o confusio,
 O horror, o obscuritas,
 O poenarum aeternitas
 Et ignis aestuatio!</p> |
5. O homo, cur non cursitas,
 Ut detur tibi mansio?
 Quam felix immortalitas
 Et nulla trepidatio,
 Sed perpes exsultatio
 Sanctorumque societas
 Et permanens felicitas
 Et laeta Dei visio!

Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 14810. A. — Collect. ms. Victorinum saec. [14. et] 15. Cod. Parisin. 14923. B. — Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 15163. C. — Nach 1, 5 folgt noch *Et mortis festinatio* ABC; diese Zeile ist aber nach Analogie aller anderen Strophen zu tilgen. — 1, 6 *cur non agitas* ABC. — R^o, 1 *haec* AC. — 2, 8 *de abbatio* B. — 5, 6 *Quid pecunia incunditas* B. — Das Repert. hymnol. Chevaliers bezeichnet dies Lied als „divisio“ des Liedes *Die homo cur abuteris*. Zwar hängen die beiden Lieder in A und C zusammen; daß sie aber nicht zusammengehören, sondern zwei getrennte Lieder sind, beweist einmal das Versmaß, das in unserem Liede eine Zeile weniger hat als in jenem, ferner der Reim, der in diesem Liede durch alle Strophen auf *itas* und *io*, in jenem dagegen auf *eris* und *ia* gebildet ist, endlich der Rundreim, der in beiden Liedern verschieden, in diesen vierzeilig, in jenem zweizeilig ist. Auch für dies Lied ist Philippe de Grève als Verfasser anzusehen, da beide Lieder zweifelsohne aus einer Feder geflossen.

88. De Poena Peccati.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Eva virum
dedit in mortem,
Omnes eam
sequimur sortem; | 1 b. Perdidimus
caeli cohortem,
Gemit homo
se hinc exsortem. |
| 2 a. Pulsus in hanc patriam
Patitur miseriam;
Proh dolor,
Proh dolor! | 2 b. In sudore corporis
Cursum habens temporis;
Corporis,
Temporis. |
| 3 a. Surgunt spinae,
tribuli, | 3 b. Operantur
exsuli |
| 4 a. Humillimi | 4 b. Simillimi. |
| 5 a. Eva, mater,
paris in tristitia; | 5 b. Terribilis
data est sententia. |
| 6 a. Sorte hic degunt misera,
Quos vipera
Letifera | 6 b. Trudit sede de supera
Ad infera,
Ad infera |

7. Sede de supera.

Trop. ms. Martialense saec. 12. (13. 14.) Cod. Parisin. 1139. — Mit Mel. in Neumen. — 4a, 1 Humillimo. — 4b, 1 Sub millimo. — 5b, 2 est fehlt. — 6a, 1 hic legunt. — 6a, 2 Quo. — 6b, 1 Strudit sedens de. — 7, 1 Sedens de.

89. De Morte.

- | | |
|--|---|
| 1. Deus, quam brevis est
Vita mortalium!
Suo perit augmento.
Eam si compares
Ad aevi spatium,
Vix par est ut momento. | 3. Ni tempus redimas,
Dum habes spatium,
Mors cita tibi lento.
Heu me, quid faciam,
Cum ad iudicium
Surgam de monumento? |
| 2. Ut fumus deficit,
Cadit ut folium,
Quod rapitur a vento.
Fili putredinis
Et cibus vermium,
Homo quod est, memento. | 4. Districti iudicis
Stans ad praetorium
Quo fruar argumento?
Quam felix fuerim
Intrans in gaudium
Lucratus de talento! |

Tropar. ms. Martialense saec. 12. (13. 14.) Cod. Parisin. 1139. — Die Initialen der Strophen fehlen durchgängig (doch nicht in Str. 1); sollte indes nicht doch Heus statt Deus zu lesen sein? — 4, 1 Districtis. — 4, 3 Quid. — 4, 5 gaudio.

90. De Mundo.

- | | |
|---|--|
| 1. Multa nobis adversantur,
Quibus mores impinguantur,
Tria tamen principantur,
Quae vicissim proeliantur:
Hostis invisibilis,
Mundus hic umbratilis,
Caro, comes fragilis,
Ista coniungantur. | 2. Mundus fraudes praemolitur,
Scelus celat et blanditur,
Dum, quod spondet, non largitur,
Mendax esse comperitur,
Occultans versutias,
Rerum affluentias
Spondens et res varias,
Omnia mentitur. |
| 3. Dignitates et praebendas
Hic promittit exhibendas,
Si magnates non offendas,
Sed ipsorum tegas mendas
Et occultes vitium
Suave per mendacium,
Quod est adulantium;
Sed hoc non attendas. | |

Flacius, De corrupto ecclesiae statu poemata. p. 23. sq. — 1, 2 mores adeo. — Nach Versmafs und Inhalt könnten diese Strophen füglich zu Anal. XXI, N. 207 gehören.

91. De Paenitentia et de Statu mundano.

- | | |
|---|--|
| 1. O quantum sollicitor
Et curis suppeditor,
Dum corde transmeditor
Praesens et futurum,

Praesens et praeteritum
Vergunt in interitum,
Talem habet exitum
Humana natura. | 2. Cunctis, quibus milito,
Diebus in proposito
Sum, quod velim subito
Aut cras emendari.

Cras ut corvus crocito,
Et cras idem appeto,
Volo, sed non quaerito
A sorde mundari, |
| O quis intellexeret
Mortem, quam sit dura,
Et finem prospiceret,
In timore viveret,
Voveret et redderet
Deo sua iura. | Ligari sed non cupio,
Spondens haud peccare,
Sed nec satisfacio,
Sed [si] venit unctio,
Tunc venit compunctio,
Vix possum salvari. |

3. Vae vobis presbyteris,
Qui estis [in] literis
Testamenti veteris
Et novi doctores

Praestituti ceteris!
Obstructores aetheris,
Indiscreti oneris
Estis iniunctores.

Cathedrae recubitus
Primos adamatis,
Si [vobis] sit subditus,
Commissus divinitus,
Grex salvus vel perditus,
Minime curatis.

4. Quid de vulgo proferam,
Nunquam eius sufferam
Ita, quod non efferam,
Miras falsitates,

Cuius lingua florida,
Acta vero sordida
Et corda sunt perfida
Per subtilitates.

Graditur sophistice
Nec est, ut apparet,
Doctrinae catholicae
Iam factae sunt pseusticae,
Si quis vivit deice,
Hic mundi laude caret.

5. Adiuva nos, Domine,
Qui passus es pro homine
Ut in tuo nomine
Semper gloriemur.

Maria, humilium
Spes et salus omnium,
Tu pro nobis filium
Ora, ut salvemur.

Audi nos, nam te filius
Nil negans honorat.
Salva nos celerius,
Christe, tu sis propitius,
Pro quibus te dulcius
Virgo mater orat.

Collect. ms. S. Georgii Pragen. saec. 15. Cod. Pragen. I G 39. — 2, 4
emendare. — 2, 10 Lies peccari? — 5, 2 passus est. — 5, 6 Et spes salus
omnium. —

92. De Fortuna mundana.

1. Fortuna, si alluseris
In altum me tollendo,
Gressus meos direxeris
Adversa deprimendo,
Firme muniendo,
Sum Salomonis socius;

Si versipellis figeris
Furtim nec non latenter,
More consueto feceris
Deplumans me recenter,
Vulgo tunc patenter,
Videbor [compar] ocius.

Tenes regnum, honores,
Nobilitatis copiam,
Posttergas inopiam,

Pauperem de sentina
Trahis ferendo balteum,
Sceptrum de pruina,
Botri tui vina
Laute mihi propina,
Felix medicina,
Succurre nunc velocius.

2. Ut quid spina dorsi premis,
Paupertas cumula
Sensus, simul vires demis
Cervice adgregata,
Sic coadunata
Motus vitales suffocas,
Abiectum cunctis populis
Tamquam vermem ostendis
Orbis totius oculis,
Arcum dire intendis,
Sic me deprehendis,
Mox vinctum abyssolocas.
Prostibulo natas iungi
Patri egenti praecipis,
Formam, mores recipis,
Dormis sic contractus
Per cuncta mundi climata,

Heu, cui viget actus,
Ponderosus tactus,
Leges tuas nactus,
In nihil sum redactus,
Caelum contra me invocas.

3. Sother magne, mirabilis,
Votorum exauditor,
Super cunctos laudabilis,
Bonorum elargitor,
Vultus tui nitor
Cives supernos debriat,
Inaestimatum gaudium
Choris das angelorum,
Corda purges fidelium
Figura mundanorum,
Comites sanctorum
Pietas tua faciat.
Non aestimator meriti,
Sed verus veniae dator,
Vitae perennis sator
Valle nos lacrimosa
Degentes pie respice
Virtute gratiosa,
Ne ob criminosa
Caterva tenebrosa
Sede speciosa
Festine nos proiciat.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 (s. n.). — 1, 18
Ceptum das pruina. — 2, 2 tumultata. — 3, 6 supremos. — 3, 9 purgis.

93. Planctus de temporum nequitia.

1 a. Advertite, percipite,
perpendite, cunctorum
populorum agmina.

2 a. Principes, satellites
ac praepotentes, ignea,
dum derident, et seducunt
et mergunt in tartara,

3 a. Et dira conterentes
pauperum ferocia,

1 b. Quantis mundum fraudulenter
improbant malis, turbant
et conculcant vitia.

2 b. Iudicantes impia
iudicia tyrannica
et super innocuos
falsitatis ingenia.

3 b. Mites et vesania
cedentes malitia,

- | | |
|---|---|
| <p>4 a. Tendunt omnes iudicantes
ad maioris doni lucra;
Praesidis ante tribunal
vox pupilli plorat frustra,
Melio rem tenet locum,
quem honorant praemia.</p> | <p>4 b. Danti parant et succurrunt
principum praesidia,
Nulla paene iam virescunt
caritatis germina,
Bona cadunt, mala surgunt,
immutantur vitia.</p> |
| <p>5 a. Sic deludit Dei formam
daemonis versutia.</p> | <p>5 b. Miserere, Deus pie,
qui regnas immortalis</p> |
6. Per terrena saecula,
Mundi calcans crimina
Perenni victoria.

Collect. ms. Parisinum saec. 10. — 13. Cod. Mazarin. 1708 (1318).
add. saec. 11. A. — Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449 B. —
1b, 1 Quantus B. — 2a, 3 cum A. — 4a, 2 donis B. — 4a, 2 Praesides
A. — 4a, 4 implorat A. — 4a, 5 tenent AB. — 5b, 2 Lies: regnas imperia?

94. Planctus Cleri.

1. Margarita pedibus calcatur,
Et electum aurum obscuratur,
Terrae sal infatuatur,
Azimusque panis fermentatur,
Et peripsima, * pro dolor, fit pulpa.

Iam in Israel non est propheta,
Exorcismus et verbum Effeta
Truculenta sunt in meta,
Sacerdos, eximius athleta,
Nugatoria * accusatur culpa.

Auditur ignobilis ecloga,
Non ecclesia sed synagoga
Iam diligitur * nec Deus in culpa.

2. Rota legis atque iuris cardo
Retractatur volumine tardo,
Citiores leopardo
Desidia immutantur lardo,
Heu, iudicium * misere declinat.

Petri navis fluctuat damnosa,
Et suavis in Iericho rosa
Stat in campo dolorosa,
Neque prodest litera nec glosa,
Sub periculo * lupus ovem minat.

Hyaena in margine catini
Transiens in ordine Latini,
Velut antea * nemo iam divinat.

3. Doctus non auditur sed susurro,
Et fidelis aestimatur scurro,
Si ad axem caeli curro
Et ad centrum aridae recurro,
Non invenio * caritatis fidem.

Fides ab aula retrahit pedem
Et ineptam aptat sibi sedem,
Rusticanam petens aedem
Malum ordinat et mortis caedem,
Fides aurea * non est iam ut pridem.

Lazarus repellitur a mensa
Servorum divitis cum offensa,
Cuius indiget * ope dives idem.

4. Tortuosum labis modo tuber
Aemulatur canus atque puber,
Innocens sanguinis uber
Non curatur, quantumcunque ruber,
Chaos horridum * subarrhavit iura.

Austrum fugat rigor Aquilonis,
Dominatur feritas Neronis,
Clerus ad instar leonis
Rugit gemitu confusionis,
Quod premitur * enormi pressura.

Ululat ecclesiae libertas,
Quod promissiones perdat aetas,
Quod constituit * Pharao censura.

5. Caput mundi, proh dolor, aegrotat,
Ergo membra doloribus rotat,
Sponsus sponsam male dotat,
Prudens lector illud bene notat,
Quod praeposterus * ordo non servatur.

Roma misit Ungaris Gentilem,
Per quem fecit clerum hic servilem,
Iuvenem atque senilem,
Neque per annum hunc bissextilem
Mentis exstasis * iam apocopatur.

Maiorem degenerat potestas
Ob thesauri regulas incestas,
Nec est alia: * si das, tibi datur.

6. Nam apostolorum maior natu,
Petrus, degens in apostolatu,
Non vixit in apparatu,
Pastores ut hoc in incolatu,
In discipulis * hoc est manifestum.

Ovis in ovili non est tuta,
Quia timet victima versuta,
Facies Moysi cornuta
Facta nimis oculis acuta,
Intuentibus * iubar fert molestum.

Tibi soli Deo hoc revelo,
Clero fer auxilium de caelo,
Tributarium * ut evadat aestum.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L. 26 (s. n.). — 1, 5 perisma. — 2, 4 intorbonantur lardo. — 2, 8 Stat in rampno. — 2, 11 Lyena in. — 3, 1 sed surro. — 3, 2 curro. — 3, 7 Et fehlt. — 4, 9 premitu. — 4, 13 Pharaonis. — 5, 9 hunc fehlt. — 6, 3 Tanto non vixit, gegen das Versmafs. — 6, 4 ut huius incolatu. — 6, 7 victimae. — 6, 11 hoc fehlt. — Land und Zeit der Abfassung des Liedes bestimmen 5, 6 und 5, 9; Kardinal Gentilis de Monte florum weilte in Ungarn als Legat Clemens X. von 1307 bis 1310. Da in diese Zeit nur das eine Schaltjahr 1308 fällt, so ist in diesem das Lied geschrieben worden.

95. Adhortatio ad bellum sacrum.

1. Ierusalem, laetare,
Quae flebas tam amare,
Dum serva tenebare,
Ierusalem, exsulta.

5. [U]t perimat tyrannos,
Qui per tam multos annos
Vexarunt Christianos,
Ierusalem exsulta.

2. Namque diu servisti
Turcis, sub quis fuisti
Post mortem Iesu Christi.

6. [U]t locus suae mortis
Nobis per fidem ortis
Proprie fiat fortis.

3. Fletu movisti regem,
Qui, ne nil veri negem,
Proposuit hanc legem,

7. Vera res est et nota:
Non est Deo devota
Gens non ad haec commota.

4. [U]t contio fidelis,
Si vult potiri caelis,
Curet accingi telis,

8. Hoc praemium rex dabit,
Quod se manifestabit
Huic, qui bene pugnabit.

9. Cur ergo, creatura,
Non militas secura,
Cum sis hoc adeptura?
10. Quam bene servit patri
Proles devota matri,
Sic placitura fratri!
11. Christus tuus est pater,
Ipsi sunt tibi mater,
His tu soror et frater.
12. Nati, parete patri,
Fili, succurre matri,
Fratres, servite fratri.
13. [U]rbs regia, gaudeto,
Corde resulta laeto
Et secura maneto.
14. Rex praecipit, ut gentes
Gladiis renitentes
Te visitent gaudentes.
15. Procedant ipsae tuta
Signo crucis indutae,
Caeli regem secutae.
16. Lancea regis caeli
Genti datur fideli,
Ut sit mors infideli.
17. Coetus Christianorum,
Pro vobis stant cunctorum
Catervae superiorum.
18. Quid igitur timetis?
Nonne plane videtis,
Quae dona capietis?
19. Iussa regis complentur,
Servuli gratulentur,
Per quos hostes delentur.
20. Rex pugnat et praecedit,
Sic mors neminem laedit,
Qui moritur, dum caedit.
21. O mira lex vivendi!
De casu moriendi
Ius oritur nascendi.
22. Ierusalem terestris,
Principium caelestis,
Laetare novis festis.
23. Felix est ille mensis,
Quo te tuorum ensis
Eruit ab infensis.
24. Iunius obsidendi,
Iulius capiendi
Ius dedit et gaudendi.
25. Ab ortu redemptoris
Ad hoc tempus honoris
Certis maturis horis
26. Anni centeni fructus
Undecies reductus
Diluit omnes luctus.
27. Sexta die suspensus,
Sexta fuit defensus
Eius locus immensus.
28. Meridies dum splendet,
Christus in cruce pendet,
Ut sic suos emendet.
29. Urbs capitur hac hora;
Nulla sit ergo mora,
Nostra sit vox canora,
30. Ut ipse dux laudetur,
Qui facit, ut iuvetur
Urbs eius et laetetur.
31. Rivi fluunt cruoris
Ierusalem in moris,
Dum perit gens erroris,
32. Et templi pavementum
Efficitur cruentum
Cruore morientum.

33. Ipsi traduntur igni;
Vos gaudete, benigni,
Nam pereunt maligni.
34. Cum sit invasor reus,
Pulsus dolet Iudaeus,
Quod regnat Christus Deus.
35. Sit gloria, spes eo,
Unde surrexit leo
Suscitatus a Deo.



Collectan. ms. St. Mariae Rivipullensis saec. 13. in. Cod. Parisin. 5132. — 31, 2 über *in moris* von gleicher Hand: *vel in horis*. — 34, 3 Qui tenet Christus, darüber von gleicher Hand: *vel regnat*. — 35, 3 über der Linie von gleicher Hand: *Iam potitus tropaeo*. — Das Lied bezieht sich auf den ersten Kreuzzug; Str. 16 auf die Auffindung der hl. Lanze in Antiochien.

96. Adhortatio ad bellum sacrum.

- | | |
|---|--|
| 1. Ierusalem mirabilis,
Urbs beator aliis,
Quam permanens optabilis
Gaudentibus te angelis! | 5. In ligno poenas passus est,
In latus perforatus est,
Pedes, manus confixus est
Ibique nos redemptus est. |
| 2. Nam in te Christus veniens,
Aperta bona tribuens,
Super asellam residens,
Gens flores terrae consternens. | 6. Et in sepulcro positus
Custoditur militibus,
Tamen surrexit Dominus
Illis aspicientibus. |
| 3. Qui ibi cenam fecerat,
Cum discipulis manderat,
Iudas illum prodiderat,
Triginta nummis venderat. | 7. Illuc debemus pergere,
Nostros honores vendere,
Templum Dei acquirere,
Saracenos destruere. |
| 4. Illum Iudaei emerant,
Colaphos ei dederant,
In faciem conspuerant
Et in cruce suspenderant. | 8. Quid prodest nobis omnibus
Honores acquirentibus
Animam dare penitus
Infernis tribulantibus? |

9. Illuc quicumque tenderit,
Mortuus ibi fuerit,
Caeli bona receperit
Et cum sanctis permanserit.

Trop. ms. Martialense saec. 12. (13. 14.) Cod. Parisin. 1139. — 4, 2 Colaſis ei. — 7, 1 Illic. — 9, 3 deceperit. — Die Melodie ist in der Hs. in Neumen en points superposés ohne Linien aufgezeichnet; ist daher mit einiger Sicherheit zu überschreiben. Sie lautet:



97. De Amicitia.

R. Coetibus angelicis
Gaudium sit in caelis,

- | | |
|--|---|
| 1. In terris omni populo
Celebris exsultatio,
Quia hodie vigilia
Sancti Mathaei fulgida, | 5. Firmatur foedus integrae
Ac fortis amicitiae,
Quod semper insolubile
Aeterno constet tempore. |
| 2. Pellitur nebulum omne
Gemitus et tristitiae
Ab amicorum intimis
Cordis duorum secretis. | 6. Datur munus, ut nitidi
Existat testis foederis,
Et proprium fit commune
In usibus utriusque. |
| 3. Fit amarum namque dulce
Qualitatum versa vice,
Fel quoque amarissimum
Nectar exsistit optimum. | 7. Constituitur, ut semel
Colloqua[n]tur omni die,
Ne frigescat multimodae
Fervor benevolentiae, |
| 4. Fuliginis duritia
Efficitur melliflua,
Dulcedine nectarea
Pacatur bilis acerba. | 8. Sed ferveat benevola
Semper amoris gratia
Per saeculorum omnia
Christo donante saecula. |

9. Quod adnuas, summe Deus,
Vultu depono cernuus,
Qui cuncta hic et in caelo
Nutu gubernas proprio.

Trop. ms. Martialense saec. 10/11. Cod. Parisin. 1120. add. saec. 10/11.

Cantiones Scholasticae.

98. Pro Vacatione in Natali Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Congaudentes exsultemus,
Exsultantes collaudemus
Deum, Dei filium;
Deum, qui nos visitavit
Et in terra se monstravit
Nostrae carnis socium. | 3. Ecce, dies specialis,
Vitae causa principalis,
Salutis praeambula;
Fit Maria virgo mater,
Mittit natum Deus pater
Ad salvandum saecula. |
| 2. Venit nostrae spes salutis,
Deus pacis et virtutis,
Deus, dator gratiae;
Verbum patris incarnatum
Corpus sumit animatum
Carnis utens specie. | 4. Virgo parit, et est mirum,
Virgo nullum passa virum
Deum parit hominem;
Tumet venter virginalis,
Nec corrumpit partus talis
Incorruptam virginem. |

- | | |
|--|---|
| <p>5. Nato mundi salvatore
Novo gaudet terra rore,
Caeli gaudent sidera;
Terra novum habet regem,
Dat rex novus novam legem
Legis complens opera.</p> <p>6. O quam felix istud Ave,
Quam praeclarum, quam suave
Fuit verbum nuntii!
Illud verbum salutavit
Et puellam impraegnavit
Partu novi filii.</p> <p>7. Consummatur in Maria
Prophetarum prophetia
Tot per vaticinia;
Stella praeit novum solem,
Virgo parit novam prolem,
Virgo viri nescia.</p> <p>8. Ut nos ducat ad salutem,
Carnis sumit servitutem
Summi patris filius;
Lactis sumit alimenta,
Qui gubernat elementa
Potens et propitius.</p> | <p>9. Lex impletur et scriptura,
Fit creator creatura
Sine viri semine;
Ut sit mundi reparator,
Creatura fit creator
In Maria virgine.</p> <p>10. O magister, vas honoris,
Pretiosi flos odoris,
Fluentum scientiae,
Te clamantes exoramus,
Nos permittas, ut petamus
Fines dulcis patriae.</p> <p>11. Nos ituri tibi vale,
Doctor, damus, post natale
Revertemur iterum;
Cum ad scholas revertemur,
Omnes tibi largiemur
Largitatem munerum.</p> <p>12. Iubilemus salvatori
Nos concordēs cordis ori
Pura conscientia,
Laudes Christo concinamus,
Ut cum ipso gaudeamus
In perenni gloria.</p> |
|--|---|

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 1, 6
carnis solium. — 4, 2 Virgo verbum passa. — 7, 3 Tot in vaticinia. —
8, 1 ducas. — 10, 5 Nos permittes si petamus. — Cfr. Duméril III, 300 sqq.

99. Pro Vacatione in Natali Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Iubilemus omnes ei,
Cuius caecis iubilaei
Dies nobis oritur,
Dies, inquam, nostrae spei,
Dies, in qua primi rei
Delictum obstruitur.</p> <p>2. Sola mater excors maris
Fit Maria, stella maris,
Sol de stella nascitur;
Pia parens, expers paris,
Dum parentem tuum paris,
Natura deluditur.</p> | <p>3. Lux lucet nulli secunda,
Lux insignis, lux iucunda,
Iucundemur pariter,
Natus mirata natura
Creator de creatura
Carne nostra tegitur.</p> <p>4. Carnis nostrae reparator
Carnem vestit, imperator
Archangelis imperans,
Omnis caro renascatur,
Verbum patris incarnatur
Carne carnem liberans.</p> |
|--|--|

5. Fallit norma rationem,
In hoc verbo passionem
Dum recipit actio,
Nec aufertur vis activa,
Sed in ipsam vi passiva
Fit reciprocatio.
6. Immensum claudit mensura,
Factor exit de factura,
Figulus de vasculo,
Iustitia terras visit
De supernis, quod promisit
Davidis oraculo.
7. Caelos inclinans descendit,
Quod mundus non comprehendit,
Claustro brevi clauditur,
Ille ventre puellari
Dignatus est baiulari,
Qui non circumscribitur.
8. Ne serviamus aeternum,
Regnum cuius est aeternum,
Servi corpus induit;
Germinavit radix Iesse
Florem, quem satis expresse
Isaias innuit.
9. Virga Iesse comparatur
Et decenter adaptatur
Partui virgineo,
Sive rubus visionis,
Sive vellus Gedeonis
Sparsum rore vitreo.
10. Ezechiel non patentem
Se portam ad orientem
Vidisse perhibuit;
Ventris parit clausa porta
Virgo, de qua lux est orta
Et terris enituit.
11. Porta clausa post et ante,
Florens hortus austro flante,
Hortus fetus balsamo,
Hortus clausus florens austro,
Cuius Deus prodit claustro,
Sponsus ut ex thalamo.
12. Sine succo, sine rore
Virga leni dat cum flore
Fructum sine germine,
Virgo, per quam nobis datur
Fructus vitae, gravidatur
Sine viri semine.
13. A fructu mors emanavit,
Mundum fructus emundavit
Fracto mortis malleo,
Eva fructu nos seduxit,
* * * * *
14. Sacra lux nos elucescit,
Et nox eius noctem nescit
Ortum dantis luminis,
Quod ad lucem nos direxit,
Quod pedes nostros reflexit
A via caliginis.
15. Illustravit umbras praesto
Noctis huius intempesto
Veri solis radius,
In tenebras gentis missae
Lucem magnam micuisse
Notat Amos filius.
16. De nocte praevidens ista,
Ut dies, ait psalmista,
Nox illuminabitur,
Nox illustrans tenebrosa,
Legem legens legis glosa,
Legis nubes scinditur.
17. Iam aufertur sceptrum Iuda,
Synagoga sedet nuda
Fixo legis tegmine;
Tange lyram, pange laudes,
Tu qui Christum natum gaudes
Ex Maria virgine.
18. Gaude turba, lyram tange,
Gaude manu, melos pange,
Mente tamen sobria;
Tange lyram, turba, gaude,
Pange manu, pange, [plaudes],
Nato canunt omnia.

19. Assistentes tuae laudi
Nos tuere, nos exaudi,
Sancta virgo virginum,
Digna mater, tu dignare
Auxilium flagitare
Pro nobis ad Dominum.

20. A maris huius procella
Nos erue, maris stella,
Verbi Dei baiula,
In Ierusalem superna
Nos disponens per aeterna
Saeculorum saecula.

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.]. Cod. Parisin. 11412. — 5, 5 Sed in hanc vi. — 7, 2 mundus. — 10, 1 Iezechiel. — 11, 4 clausus florem. — 12, 5 Fructus in te. — 13, 2 mundum fructus emondavit. — 15, 1 umbra. — 15, 6 Noctat. — 17, 2 sedes. — 17, 4 Pange lyram. — 20, 6 In saeculorum. — Vgl. zu diesem Liede Anal. XX, 42.

100. Pro Vacatione in Natali Domini.

1. Gratuletur omnis mundus
Et festinet, ut sit mundus
Ab immundo crimine;
Ecce, mundi reparator,
Iesus Christus, rex, salvator,
Natus est de virgine.

6. Rubus ardens per ardorem
Incorruptum signat florem
Incorruptae virginis,
Ardet rubus nec crematur,
Sic nec virgo violatur
Per ingressum numinis.

2. Corpus sumit passionis
Deus trinus in personis,
Unus in substantia;
Virgo, vellus Gedeonis,
Templum veri Salomonis,
Mater est et filia.

7. Pridem erat mundus caecus,
Sed nunc venit mundi decus,
Rex incomparabilis,
Deus, iudex iustus, fortis,
Ut sit comes nostrae sortis,
Homo fit passibilis.

3. Novus dator novae legis,
Princeps pacis, fortis aegis,
Fit Mariae filius,
Fons et auctor pietatis
Mundum salvat a peccatis,
Peccatorum nescius.

8. O quantum mysterium,
Quantum beneficium
Dedit haec nativitas!
Salus datur homini,
Caro nubit numini,
[Nascitur divinitas].

4. Virgo felix salutatur,
Salutata contemplatur
Hunc salutis nuntium;
Audit, stupet et miratur,
Et ad partum praeparatur
Ventris domicilium.

9. Quidquid fuit in scripturis
Signis dictum et figuris,
Patens est ad oculum;
Erubescat nunc Iudaeus,
Qui non credit, quod sit Deus,
Nunc qui salvet populum.

5. Sol de stella nascitur,
Dum Deus egreditur
De Maria virgine,
Nec virgo currumpitur,
Nec maiestas laeditur
Iuncto carni numine.

10. O Bethlehem felix, gaude,
Lauda Deum digna laude,
Sonet iubilatio!
In te natus rex caelorum,
Medicina peccatorum,
Iacet in praesaepio.

- | | |
|--|--|
| <p>11. Hic est ille, qui nos lavit,
 Hic est, de quo prophetavit
 Iohannis augurium;
 Hic est, per quem sumus mundi,
 Qui peccata tollit mundi,
 Redemptor fidelium.</p> | <p>13. Aures tuas aperi,
 Da, quod petunt pueri,
 Ludendi licentiam,
 Nostra quod infantia
 [Pro tali licentia]
 Tuam laudet gratiam.</p> |
| <p>12. O magister, dux scholarum,
 Cuius nomen est praeclarum
 Titulo scientiae,
 Vultu cerne nos clementi,
 Audi preces et consenti
 Voci pueritiae.</p> | <p>14. Haec est illa sancta dies,
 In qua debet esse quies
 Et summa laetitia;
 Christo nato concinamus,
 Ut cum Christo gaudeamus
 In aeterna gloria.</p> |

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 1, 2 mundus. — 1, 3 immondo. — 3, 5 mundum solvat. — 4, 4 Audet. — 5, 6 Iusto carni munere. — 6, 1 Rubet. — 6, 4 Ardet rubet. — 9, 3 Parens. — 10, 4 Inde natus. — 11, 4 mundi. — 11, 6 Vice pueritiae. — Cfr. Duméril III, 297 sqq.

101. Pro Vacatione in Natali Domini.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Magistrorum omnium
 Decus speciale,
 Adelphe, per studium
 Nomen immortale,
 Accipe scholarium
 Turbae pressae male,
 Quae, tibi quod mittit,
 non habet ipsa, Vale.</p> | <p>4. Doctor, cuius caritas
 Longe dilatatur,
 Cuius generositas
 Vix enumeratur,
 Tua nunquam probitas
 Nec laus corrumpatur,
 Quam labor et gravitas
 operandi continuatur.</p> |
| <p>2. Turba tuorum
 Discipulorum,
 Quae grave nutat,
 Quae studiorum
 Continuorum
 Mole volutat,
 Scribit honorum
 Carmen sonorum
 Teque salutat.</p> | <p>5. Lux subit, ecce, Dei,
 lux festa, dies requiei;
 Quaeque dies isti
 cedit, quia natio Christi.</p> |
| <p>3. Doctor sagax studio,
 Sagax lege dia,
 Sagax in quadrvio
 Trivique via,
 Cui non fit deceptio
 Nec falsigraphia,
 In cuius gremio
 requiescit philosophia.</p> | <p>6. Mare, tellus, sidera,
 Gaudia habete,
 Homo, gaude, vetera
 Prorsus pelle de te
 Et curata cetera
 Laetitiam pete;
 Prospera lux oritur,
 linguis animisque favete.</p> |
| | <p>7. Quam dulce colloquium
 Fuit et quam vernum,
 Per quod virgo filium
 Concepit paternum</p> |

- Et sensit officium
Intacta modernum,
Solem iustitiae,
regem paritura supernum.
8. Paris ergo mentibus
Et plausu canoro
Psallamus in domibus
Linguis et in choro,
Sed quibus te laudibus
Efferam, ignoro,
Femina, caelesti
digna reperta choro.
9. Stella, maris
Expers paris
Contra iuris regulam
Deum paris,
Virgo, paris
Inexperta copulam.
Homo, fraude
Pulsa gaude,
Deo praebe gloriam,
Mente plaude,
Ut de laude
Consequaris veniam.
10. Istud est sollemnium,
In quo contra morem,
Virgo, parientium
Non passa dolorem
Peperisti filium,
Deum genitorem,
Ad laudem Domini
nostrum ditantis honorem.
11. O mira festivitas
Domini natalis,
Qua peperit castitas
Deum virginalis,
Particeps virginitas
Fit vitae carnalis,
Decet in hac solitis
poena carere malis.
12. Ergo parce miseris,
Magister perite,
Miserere miseriis
Aliorum rite,
Et si nobis dixeris
Licitum dans *Ite*,
Detur inoffensae
tibi metas tangere vitae.
13. Petimus licentiam
Imminente festo,
Relaxa familiam
Cum vultu modesto,
Ad misericordiam
Dandam pius esto,
Fac modo iustitiam
tibi nam, sunt munera
praesto.
14. Si dederis licitum
pueris, mercede frueris
Et, si forte negas,
sis certus, quod punieris.

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 1, 1 Dagistorum. — 2, 8 honorum. — 3, 5 sit. — 6. 4 Prorus per se dete. — 11, 6 Fit fehlt; vergl. Nr. 102, Str. 14, 6. — 12, 5 sq. fehlen; vergl. Nr. 102, Str. 16, 5 sq. — 13, 8 tibi non sunt.

102. Pro Vacatione in Natali Domini.

Doctorem nostrum puerorum turba salutat,
Nam nihil utilius esse salute putat.

1. Doctor, vatum gloria,
Decus morum, cui
Dedit sapientia
Primitias sui,
- Rex qui regit omnia,
Sit protector tui,
Dans tibi perpetua
prosperitate frui.

2. Quisquam tibi similis
Non fuit hactenus,
Corpore curabilis
Moribus es plenus,
Nam, licet sis nobilis,
Avis tam serenus,
Exsuperas morum
nobilitate genus.
3. Es virtutum alveus,
Custos et patronus,
Totus es sidereus,
Tam ad bonum pronus,
Quodsi essem ferreus,
Tamen, quam sis bonus,
Dicere conantem
debilitaret onus.
4. Sed ut loquar brevius,
Conferri tibi res
Nulla potest, totius
Bonitatis vir es,
Nam in sensu potius
Quam Salomon vires;
Heu mihi, tam parvas
quod habent mea carmina vires!
5. Non mirum, languescimus
Intus atque foris,
Nam, quidquid habuimus
In vultu decoris,
Penitus consumpsimus
Sub pondus laboris,
Quidquid et in nobis
vivi fuit atque vigoris.
6. Sufferri diutius
Nequit labor gravis;
Quid est bono firmitus?
Defecit sua vis;
Sis ergo propitius
Nobis et suavis,
Nostra ne quam citius
mergatur in aequore navis.
7. Nos per anni circulum
Fuimus studentes,
Studendo corpusculum
Nostrum atterentes,
Parum cordis oculum
Alibi ponentes,
Sufficiens epulum
vix nobis suscipientes.
8. Non modo contrarius
Nostrae voluntati,
Da portum quam citius
Fatigatae rati,
Nam cura diutius
Scholarum gravati,
Possumus ulterius
vix graviora pati.
9. Sine mora licitum
Sit nobis collatum,
Ut colamus inclitum
Regem regum natum,
Ortum tam insolitum,
Tam longe praefatum,
Pandite nunc nobis
praesentia numina vatum.
10. Deus volens solvere,
Quod promisit pridem,
Mariam eligere
Thalamum, ibidem
Voluit et sumere
Carnem manens idem,
Quod fuit, et sumptam
pace manere fidem.
11. Est factus ad virginem
Sermo Gabrielis:
Tu paries hominem
Deumque de caelis,
Virgo noscens neminem
Stupet de loquelis,
Donec ait Gabriel:
careant tua verba querelis.

- | | |
|---|---|
| <p>12. Virtus sancti flaminis
 Obumbrans credentem
 Te faciet hominis
 Deique parentem.
 Fit consensus virginis,
 Mox omnipotentem
 Concipit in gremio
 caelum terramque regentem.</p> <p>13. Clauso puer limine
 Prodit, alienae
 Sunt omnes a virgine
 Parientis poenae,
 Sonat in hoc numine
 Talis ortus bene
 Excedente modum
 stadium mortalis habenae.</p> <p>14. O mira sollemnitas
 Domini natalis,
 Peperit qua castitas
 Christum virginalis,
 Particeps divinitas
 Fit vitae carnalis!
 Debet in hac solitis
 poena carere malis.</p> | <p>15. Propter imminencia
 Festa regis tanti
 Praestetur licentia
 Clero postulanti;
 Ne moveam taedia
 Prece tam instanti,
 Verba mihi desunt
 eadem tam saepe roganti.</p> <p>16. Ergo parce miseris
 Potius concite,
 Miserere miseris
 Aliorum rite,
 Et si nobis dixeris
 Licitum dans <i>Ite</i>,
 Detur inoffensae
 metas tibi tangere vitae.</p> <p>17. Da licitum omnibus,
 Doctor, modo quoquo,
 Pro me, pro sodalibus
 Unde Deum voco,
 Quod veres de talibus
 Aliter sub ioco,
 Defuit hic uno
 litera nostra loco.</p> |
|---|---|

Tu qui cuncta regis, dignus diademate regis,
 Qui dator es legis, mihi sis protector et aegis.

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 1, 4 Primitias eui. — 2, 3 Lies: amabilis? — 3, 7 cognantem. — 6, 7 Ne nostra quam. — 6, 8 sonatur in aequore. — 9, 2 nobis scholär. — 10, 4 sibi dem. — 15, 1 eminentia. — 16, 8 tangere lite; vgl. Nr. 101, Str. 12, 8.

103. „Salus Paschae.“

1. Tempus novum renovat omnia,
 Renovata sunt temporalia,
 Faciamus spiritualia
 Renovari.
2. Rerum fetus emittunt germina,
 Circumquaque pullulant semina,
 Puerorum deposcit anima
 Spatiari.

3. In doctrina satis studuimus,
Omnem carnem mollem consumpsimus,
Mentes nostras cuncti retraximus
Ab errore.
4. Omnis error nobis displicuit,
Lascivire nobis non licuit,
Sicut patet et sicut patuit
In colore.
5. Tantus labor quaerit temperiem,
Quaerit pacem et quaerit requiem,
Generabit cito pernitiam
Iugis poena.
6. Fac, quod solent facere ceteri,
Gaudeamus statuto veteri,
Nos reformet eventu celeri
Pax amoena.
7. Postulamus a te licentiam,
Tui cordis misericordiam
Postulamus, pacis materiam
Sentiamus.
8. Consentire tacentem credimus;
Nobis faves, quaecunque petimus,
Ad Deum te, quia recedimus,
Commendamus.

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 3, 2 sq. umgestellt. — Am Schluss: „Explicit salus Paschae.“

104. Pro Vacatione Paschali.

- | | |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Universa gens laetetur
Et festinet, ut mundetur
A peccati macula,
Christus, cunctis aegis fortis,
Factus comes nostrae sortis
Est carnali copula. 2. Novus dator novae legis,
Princeps pacis, pastor gregis,
Pro salute populi
.
.
. | <ol style="list-style-type: none"> 3. Fructu ligni mors oblata,
Per parentes nostros data,
Nos dedit miseriae;
Superatur mors, et vita
Ligno nobis est largita
Dono dato veniae. 4. Vita morti dominatur,
Dum non mori dedignatur
In crucis ergastulo;
Nobis donum largitatis
Datur, rivus pietatis
Toto fluxit saeculo. |
|--|--|

- | | |
|--|--|
| <p>5. Impletae sunt prophetiae,
 Quas praedixit Ieremiae
 Nobilis facundia,
 Ierusalem sub tributo
 Corporeo servit scuto,
 Christus obit hostia.</p> <p>6. Palo serpens exaltatur,
 Et Iudaea liberatur
 Ignitis draconibus,
 Christus in cruce levatur,
 Homo vermis expurgatur
 A suis squaloribus.</p> <p>7. Quidquid fuit in scripturis
 Signis dictum et figuris,
 Patens est ad oculum,
 Erubescat nunc Iudaeus,
 Qui non credit, quod sit Deus
 Morte salvans populum.</p> | <p>8. Christus, actor pietatis,
 In virtute baptismatis
 Nos dignetur tergere;
 In honore tanti regis,
 Nobis est qui fortis aegis,
 Cuncto decet plaudere.</p> <p>9. Ergo, doctor, qui nos foves
 Documentis et removes
 Posse tuo vitia,
 Iube, quod est in Catone,
 Fessis dixit: interpone
 Tuis curis gaudia.</p> <p>10. Valde sumus fatigati,
 Parum sumus relaxati
 Nos vacantes studio;
 Labor frangit cuncta dura,
 Nulla res est duratura,
 Si desit pausatio.</p> |
|--|--|

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 1, 2
 mondetur. — 6, 1 Pallo. — 6, 6 scalaribus. — Zu Str. 7 vgl. Nr. 101,
 Str. 9. — 10, 3 vagantes. — Cfr. Duméril III, 295 sqq.

105. Pro Vacatione Paschali.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ecce, dies gaudii,
 Dies gloriosa,
 Dies desiderii
 Diesque iocosa,
 In qua fuit filii
 Caro pretiosa,
 Crimina nostra pians,
 pro peccatis operosa.</p> <p>2. Mortem nobis praebuit
 Morsu noxiali
 Prima parens, statuit
 Ligno triumphali
 Mori Deus, voluit
 Tactos labe mali
 Sic quoque restitui
 peccato nos criminali.</p> | <p>3. Mors minax et effera,
 Mors pro morsu lata
 Vincitur, ad infera
 Victor pace data
 Transit, sede misera
 Traxit collocata,
 Nostraque peccata
 sunt ad veniam revocata.</p> <p>4. Luget Sion nescia
 Primitus doloris,
 Hebraei nequitia
 Laetatur erroris
 Contemnens remedia,
 Unda sed cruoris
 Antidotum nobis
 fuit et medicina doloris.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>5. Praesens proposuimus
 Celebrare festum,
 O dolor, quam citius
 Nostram placa questum,
 Penitus exuimus,
 Quidquid est molestum,
 Cura, quid expediat,
 non est, sed quid sit honestum.</p> | <p>6. Ergo beneficio
 Vestrae pietatis
 Illico cum gaudio
 Nobis concedatis
 Et morandi taedio
 Non nos adfligatis,
 Quia procul dubio
 nocuit differre paratis.</p> |
|--|--|

Da licitum gratis, nos mos est ludere pratis;
 Exigit aetatis lascivia; dic: abeatis.

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 5, 6
 est moh estam.

106. Pro Vacatione Paschali.

1. Salve, doctor, gemma scientiae,
 Lumen cleri, flos patientiae,
 Odor recti, fons eloquentiae,
 Veritatis!
 Quot in caeli sunt stellae regia,
 Quod labuntur guttae per maria,
 Quot in mari pisces, quot folia
 Vere pratis;
2. Quot abundant Gargara frugibus,
 Quot sunt apes in Hyblae vallibus,
 Quot racemi dependent vitibus
 In macera,
 Quot volucres sub fronde latitant,
 Quot [muscellae] circum has volitant,
 Et quot membra vivunt et palpitant
 Mundi sphaera;
3. Quot sunt puncti diebus saeculi,
 Quot aestate sunt flores patuli,
 Tibi mandant, doctor, discipuli
 Tot salutes,
 Et meliora putes, nisi ius superesse refutes.
4. Si commendo novo praeconio
 Te perfectum, erit nugatio;
 Auctorizat te conversatio
 Tuae vitae;
 In te cum sit omnis perfectio,
 Quid prodest laus, quid adulatio,
 Nisi velis sub multiloquio
 Frustrari te?

5. Me compellit instans necessitas,
Ut revolvam, quod iubet aequitas;
Iubet usus et iubet veritas
 Illud idem.
Sermo nugax et nugax otium
Postponatur, ne gignat taedium;
Si non possum tenere medium,
 Me trucidem.
6. Pretiosa Domini passio
Hic sacrorum sacro ieiunio
Celebratur magno mysterio,
 Prout debet.
Sion plangit, Ephraim queritur,
Iudas gemit, Iacob atteritur,
Ratione quoniam frangitur,
 Questus praebet.
7. Vita lucis in ligno moritur,
Sol eclipsat, et Ioseph venditur,
Terra tremit, terra non fruitur
 Iure lucis.
Vitam mori res est mirabilis,
Mortem subit libens et humilis.
[Immortalis factus passibilis],
 Mortem crucis.
8. Mors amara, minax et effera,
Tu succumbis, victor ad infera
Quaerit suos, a sede misera
 Revocantur.
Salus nostra mortis angaria
Liberatur in die tertia,
Fel, acetum, sputa, flagitia
 Superantur.
9. Affligamur votis, ieiuniis,
Exsulemus Christo praeconiis,
Occurramus in paenitentiis
 Salvatori.
Expurgetur vetus spurcitia,
Vetus error, vetus nequitia,
Emundemur convenientia
 Meliori.

10. Vobis notum, magister, facimus,
 Quod hucusque satis studuimus,
 Mentis nostras cuncti retraximus
 Ab errore.
 Lascivire nobis non licuit,
 Omnis ludus nobis displicuit,
 Sicut patet et sicut patuit
 In colore.

11. Detur ergo nobis pausatio,
 Recreatur nam corpus otio,
 Nunquam potest sine remedio
 Sustentari.
 Dicas nobis tuo dominio:
 Ite lusum omnes cum gaudio,
 Ne tollatur morandi taedio
 Spatiari.

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 2, 2 in Ible. — 2, 4 macera für maceria. — 2, 6 Quot frondes circum. — 2, 8 Mondi pena. — 4, 1 commenda nove praecognio. — 6, 1 Celebrator magno mixterio. — 6, 7 fringitur. — 9, 1 Affigamur. — 9, 2 praecogniis. — 9, 7 Emundemus.

107. Pro Vacationibus.

Doctorem nostrum puerorum turba salutat,
 Nam nihil utilius esse salute putat.

1. Salve, doctor optime,
 Doctor, flos doctorum,
 Arca sapientiae,
 Fonte pollens morum,
 Exaudi piissime
 Preces subditorum,
 Si non iusta petunt,
 voces contempnas eorum.

3. Quia labi respuis
 Post mores amaros,
 Sed magis proficuis
 Exemplis ignaros
 Invitas et instruis
 Ad mores praeclaros,
 Carmina iure damus
 mores testantia raros.

2. Te, doctor, scientiae,
 Thesaurus fecundat,
 Et torrens facundiae
 Tuum os inundat;
 Quid loquar de specie,
 Quae nulli locum dat?
 Non eget exterius,
 qui moribus intus abundat.

4. Qui labori ponere
 Suum finem nescit,
 Diu nequit vivere,
 Sed cito decrescit;
 Terram potes cernere,
 Quae, si non quiescit,
 Frugibus assiduis
 et fructu lassa senescit.

- | | |
|---|--|
| <p>5. Opera novalium
 Tauros necuere,
 Per cursum eximium
 Equi periere,
 Frequenter tractantium
 Manus riguere,
 Ferrum cuncta domans
 acet omni durius aere.</p> | <p>7. Exemplorum [talium]
 Attendens virtutem
 Paulisper studentium
 Tolle servitutem,
 Revoca per otium
 Nostram iuventutem,
 Quae, nisi tu dederis,
 non est habitura salutem.</p> |
| <p>6. Laboris immodici
 Pondus cuncta terit,
 Quo gregis scholastici
 Virtus tota perit,
 Arcus, ut Nasonici
 Libri carmen serit,
 Si nunquam cesses
 tendere, mollis erit.</p> | <p>8. Longo pressit spatio
 Nos labor poenalis,
 Nec nos recreatio
 Fovit aliqualis,
 Sed confracta studio
 Vis est corporalis,
 Ingenium tantis
 exsultat omne malis.</p> |

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 3, 3 Sed mage proficimus. — 3, 4 innaros. — 4, 4 diescit. — 5, 6 Manus confusere. — 6, 3 grege scholari. — 6, 6 carmine. — 8, 4 Fovet. — 8, 8 exigit. — Zu diesem Liede findet sich in der Hs. noch ein zweiter Anfang (fol. 9a):

Magistrorum omnium
 Decus speciale,
 Adelphe, per studium
 Nomen immortale,
 Accipe scholarium
 Turbae pressae male,
 Quae tibi, quod mittit,
 non habet ipsa Vale.

Dann folgt noch Str. 2 und die Bemerkung „Superius scriptum est.“ — Vgl. Nr. 101, Str. 1.

108. Altercatio inter Fratres et Magistrum.

Fratres.

1. R. decane civitatis,
 In quo non est levitatis
 Crimen vel fallacia,
 Omnes fratres domus Dei
 Salutamus speciei
 Te plenum eximiae.

Magister.

2. Decane, vir nobilis,
 Salve, reverende,
 Mihi favorabilis
 Cunctis condescende

Et magistri debilis
 Sermones attende,
 Proposito stabilis
 proprium ius cuiquerepende.

Fratres.

3. Querelam intellige,
 Patrone perite,
 Nec sermones negligi,
 Pauperum oblite,
 Iudicio dirige
 Nos discussa lite
 Detur inoffensae
 tibi metas tangere vitae

Magister.

4. Hanc causam ingredior
Solut nec consultus,
Absque culpa patior
Istorum assultus,
Cum sit causa melior,
Huc adhibe vultus,
Ne fiat deterior
ac insons ne sit inultus.

Fratres.

5. Istud fratres primo proponimus,
Cum magistro nunquam potuimus
Computare, dum domus fecimus
Provisorem.
Nostrae domus proventus deterit,
Lis, gravamen seiam ostenderit,
Nobis fore dicit et asserit
Se priorem.

Magister.

6. Ad obiecta breviter
Respondere volo:
Computavi noviter
Absque cordis dolo,

Coram vobis firmiter
Terras, vites colo,
Temptatis me graviter
depellere crimine solo.

Fratres.

7. Audi, iudex, hunc loquentem,
Falsa veris inserentem,
Sicut scit fraternitas.

Magister.

Hoc per testes atque per me
Comprobabo, quod sit ferme
Cunctis nota falsitas.

Fratres.

8. Causa subest alia
Gravior priore,
Pauperes miseria
Pressos ac languore
Hic spernit, inedia
Dignus graviore,
Qui Christi clementia
non est motus nec amore.

Collect. ms. Victorinum saec. 13. [et 14.] Cod. Parisin. 11412. — 1, 4 Lies O decane? oder ist R. die Abkürzung für Reverende? — 3, 7 sq. vgl. Nr. 102, Str. 16, 7 sq. — 4, 6 Huc adhibeo multus. — 6, 7 der Hexameter setzt erst mit 6, 8 ein. — 8, 3 Paupere. — 8, 4 a languore. — 8, 7 vgl. 6, 7. — Nach Str. 8 folgt noch: Humo nos depellitis Pressos paupertate; das Weitere fehlt.

109. Planctus Vagorum.

1. Hac in terra
cernuntur nefanda,
Latinistis
denegantur danda,
Litera fit detestanda,
Non constat ratio blanda,
Iam despicunt
Praelati scholares,
Omnes atten-
dunt vigellatores,
Nihil curant
latinos cantores,

Licet viles sint hi mores,
Saltatrices
et fistulatores,
Hos respiciunt
Uxores et mares.
Hanc noscatis,
domini, querelam,
Vilipendunt
nobilem loquelam,
Iam deficiunt
Radii solares.

2. Disciplinis
amodo imbuti,
Dicebantur
qui quondam astuti;
Surdi sedent, quasi muti,
Conqueror il-
lud summae virtuti,
Quod subtilia
Nequaquam curantur,
Nec est modo,
prout fuit ante.
Vere scimus
sensu mediante,
Ratione comprobante,
Antichristo
iam appropinquante,
Per scurrilia
divina fugantur,
Paucos uti
cernimus virtute,
Vivunt besti-
aliter et brute,
Quia vilia
Per hos adamantur.

3. Eia, rosa,
verbi Dei mater,
Hunc lactasti,
qui est Deus pater,
Christus fertur noster frater,
Ne nos unquam
terat daemon ater
Multipliciter
tuearis, dia.
Salva vagos
tibi servientes,
Benedic his
dona tribuentes;
Tenaces sunt viles gentes,
Isti semper
sint deficientes.
Te suppliciter
deprecamur, pia,
Adoptamus
largos honorari,
Cum sanctis in
caelis coronari
Da feliciter
hos, virgo Maria.

Collect. ms. Stiriacense saec. 15. Cod. Stiriacen. L 26 (s. n.). — 1, 5
Litera sunt. — 1, 6 planda. — 1, 9 Omnino. — 2, 1 sq. Amodo disci-
plinis. — 2, 3 sq. Qui quondam dicebantur. — 2, 18 sq. cernimus uti. —
3, 7 terreat. — 3, 13 retribuantes. — 3, 19 sq. Largos adoptamus.

II.

**CANTIONUM BOHEMICARUM
AUCTARIUM.**

Cantiones Natalitiae.

110. De Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Sonitemus voculis
Neumatum in tropulis,
Res amoenitatis
Madefacto vellere
Stellam signat parere
Solem claritatis. | 5. Benignis precatibus
Veniam reatibus,
Virgo, deprecare,
Audit namque protinus
. |
| 2. Vis hebescit physicae,
Partus hic mirifice
Flaminis adflatu
Sine viri semine
Pura fit de virgine
Salvo caelibatu. | 6. Regis nec praesentia,
Virgo mater, filia,
Horre peccatores,
Sine quibus filio
Tanto puerperio
Nunquam digna fores. |
| 3. Taciturnus logice
Mirans prolis deicae
Partulum sincerum,
Cuncta qui disposuit,
Sic potens sic voluit,
Sic dans esse verum. | 7. A decreto deico
Carcere de Lymbico
Si non redimendi
Hi fuissent pretio,
Nulla tibi ratio
Natum pariendi. |
| 4. Assueri coniugio
Genus a supplicio,
Hesther, exemisti,
Dum pro Vasthi tumida
Veste regis fulgida
Sponso placuisti. | 8. Benedicta filio,
Rosa iuncta lilio
Iam es, o aurora,
Coram mundi principe
Vota nostra suscipe,
Gratiam implora. |
| 9. Ad matris benigniter,
Rex o summe, iugiter
Vide supplicamen,
Salva matris servulos,
Cleros atque populos
Tergendo peccamen. | |

III. De Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Verbum patris mundo fulsit
Uterum per virginis,
Mentem cuius non oppressit
Sarcina peccaminis. | 5. Iam captivus liberatur,
Zabulon conteritur,
Vita datur, mors fugatur,
Deus homo nascitur. |
| 2. Praesagium prophetarum
In hac die panditur,
Et figura paginarum
Novo partu solvitur. | 6. O quam stupenda natio!
Parit virgo filium,
Haesitat stupens ratio
Infantis exordium. |
| 3. En, secretum Isaiae
Propalatur hodie,
Porta clausa Ezechiel
Reseratur festine. | 7. Intellectus discurrendo
Syllogizans frustratur
Causam prolis inquirendo,
Quomodo humanatur. |
| 4. Iamque Gedeonis vellus
In area maduit,
Rubus quondam incombustus
Fructum vitae protulit. | 8. Sed claudicat hic natura,
Ratio confunditur,
Nam est mira genitura,
Pneumate disponitur. |

R. O beata progenies,
Dulci cum puerpera
Ab aerumnis te laudantes
Leva super aethera.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 1, 4 peccaminum. — R^o steht hinter Str. 1.

III. De Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Salvator iam illuxit,
Mundi principem destruxit,
Pastoribus dans gaudium
Reclinavit praesaepium. | 4. Omnes ergo plaudentes,
Patrem Deum venerantes,
Qui nos clarificavit
Et filium condonavit. |
| 2. O mira humanitas,
Quod virginalis castitas
Semper illaesa exstitit,
Ex qua Deus prodiit! | 5. Mons hic manet illaesús,
De quo Christus lapis caesus,
Nobis est condonatus
Et pro nobis immolatus. |
| 3. Salutemus hunc natum,
Immolatum per ministrum
Generis Levitici,
Quod non credunt schismatici. | 6. Sacra haec mysteria
Nos perducant ad gaudia,
Ubi pax et gloria
Per infinita saecula. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 1, 4 Declinavit.

113. De Nativitate Domini.

1. Succinamus vocum harmonia
Laudis sonorosae eulogia
Christi natalia
Exsultantes venerabilia.
2. Qui de throno gloriae polorum
Caeli dono aulae puellaris
Invisit conclave
Salutando Gabrielis ore.
3. Hunc enixa virgo egregia,
Procreata stirpe ex regia,
Turba prophetica
Quam praedixit laude hymnidica.
4. Est facturus omnipotens mirum,
Circumdabit puerpera virum,
Gemma mulierum
Germinabit antiquum dierum.
5. Portam clausam cernit Ezechiel,
Saxum ruptum propheta Daniel
Abs manu fragili,
Signans ortum virginis filii.
6. Iam egressus thalami cubile
Reclinavit praesaepium vile,
Stricta dum fascia
Membra ligat repleta gratia.
7. Qui parentis dolens de ruina
Voluisti appetere ima,
Ut tis medicina
Restauretur gaudia ad prima.
8. Molis nostrae expia reatum,
Ut post vitae taediosum statum,
Mentis caelibatum,
Mereamur caeli incolatum.

114. De Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Est de monte lapis caesus,
Fuit tamen mons illaesus,
Quo processit noster Iesus. | 4. Thronus regi praeparatur,
Arca Noe fabricatur,
Per quam mundus liberatur. |
| 2. Qui de sede maiestatis
Venit ad nos ferens gratis
Nostrae onus paupertatis. | 5. Caelum stillat nobis rorem,
Apis mellis dat dulcorem,
Virga Iesse gignit florem. |
| 3. Quam ut daret virga Iesse,
Tempus erat et necesse,
Cum iam seges sit in messe. | 6. Iesu, verbum summi patris,
Per amorem tuae matris
Nos tuere a peccatis. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. A. — Cant. ms. Vissegradense saec. 15. Cod. Capit Vissegraden. s. n. (ol. V C c η) B. — 3, 3 fit in A. — 4, 3 Per quem B. — 5, 3 gignens B. — In B zum Teile als Tropus des Sanctus verwendet.

115. De Nativitate Domini.


- | | |
|--|--|
| 1. En, virgo parit filium,
Iubilemus,
Rosa gignit lilium,
Exsultemus. | 3. Hominum naturam,
Iubilemus,
Sumpsit contra iura,
Exsultemus. |
| 2. Qui prophetizatus,
Iubilemus,
Est in orbem natus,
Exsultemus. | 4. Goliath prostratus,
Iubilemus,
Homo liberatus,
Exsultemus. |

R. Natum sine Patre,
Filium cum matre
Collaudemus.

Rozenplut, Kancyonál 1601, p. 78.

116. De Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| 1. Nobis est natus hodie
De pura virgine
Rex victoriae, | 3. Ideo nos terrigenae
Laudemus hodie
Regem potentiae. |
| 2. Cui sol, luna et terra
Et omnia sidera
Vernant per tempora. | 4. Ob hoc nunc pangamus ei
Mores et singuli
Cum voce choralis. |



- | | |
|--|---|
| <p>5. Laudemus nostrum Dominum,
 Mariae filium,
 Regem humilium,</p> | <p>6. Ut dentur nobis praemia
 Magnaque gaudia
 In caeli curia.</p> |
| <p>7. Salus illi et gloria
 Atque victoria
 Per cuncta saecula.</p> | |

Rozenplut, Kancyonál 1601, p. 80. — 1, 3 fehlt eine Silbe; 2, 2 ist eine überschüssig.

Cantiones Paschales.

117. In Resurrectione Domini.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Phoebus eclipsi tumuli
 Restrings umbram saeculi,
 Pridem neci subiectus,
 Refulsit surgens hodie,
 Per quem perennis gloriae
 Spe homo est refectus.</p> | <p>3. Captivos, quos dilexerat,
 De limbo patres vexerat
 Ad agmina polorum;
 Plutonis posse destruit
 Et vitae sedem construit
 Credentum populorum.</p> |
| <p>R^o Alleluia laetitiae
 Christo, soli iustitiae!</p> | <p>R^o Alleluia laetitiae
 Christo, soli iustitiae!</p> |
| <p>2. De morte surgens grabato,
 Qui hominem in sabbato,
 Totum mundum salvavit;
 Mortem morte propterea
 Devicit et tartarea
 Claustra praecipitavit.</p> | <p>4. O Iesu, qui conglutinas
 Et in statera trutinas
 Totius orbis molem,
 Laus, honor cum victoria
 Sit tibi, virtus, gloria,
 Qui manes ante solem.</p> |
| <p>R^o Alleluia laetitiae
 Christo, soli iustitiae!</p> | <p>R^o Alleluia laetitiae
 Christo, soli iustitiae!</p> |

5. In hoc paschali gaudio
 Benedicamus Domino
 Discantu cum tenore;
 Laudetur sancta trinitas,
 Deo dicamus gratias
 Mente simul et ore.

R^o Alleluia laetitiae
 Christo, soli iustitiae!

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — R^o steht hinter 1, 3. — Vor 5, 1 noch folgende, jedenfalls nicht dorthingehörige Zeilen:

Cum patre sed ingenito
 Et spiritu nec genito,
 Sed tantum procedenti.

118. In Resurrectione Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Mortis, en, cum gloria
Victor mortis revixit,
Hostis posse victoria
Desolando vinxit. | 5. It patris ad solium,
Regnet ut sine fine,
Angelorum et hominum
Stipatus agmine. |
| 2. Alacris lux oritur
Festa triumpho tali,
Quo mire decus promitur
Lucta palaestrali. | 6. Neuma caeli concinunt,
Patres laetificantur,
Colles, montes exsiliunt,
Una gratulantur. |
| 3. Retexit caliginem
Noctis lustrans livore,
Mortis dum vertit ordinem
Surgens miro more. | 7. Veris fer praesidia
Desuper, Iesu, cunctis,
Nobis et in Bohemia
Lege tua functis, |
| 4. Tetendit ad inferos
Patres emanicipavit,
Manubriis horticulos
Captis spoliavit. | 8. Surgentes ut colere
Pascha possimus digne,
Corde, ore et opere
Animo benigne. |

R^o Canentes Alleluia
Laudes da resonemus,
Nos te duce gens libera
Tecum conregnemus.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Mus. Bohem.
XIII A 2. — Akrostichon: Martinus.

119. In Resurrectione Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Fortis, ecce, leo ille,
Christus surrexit hodie
Carmine laetitiae. | 5. Hic est Samson vere fortis,
Qui abstulit portas mortis,
Sonet vox laetitiae. |
| 2. Quem designat in figuris
Clarus David, manu fortis,
Carmine laetitiae. | 6. Velut Samgar hic robustus
Necat vomere sexcentos
Divina potentia. |
| 3. Iam armatus in atrio
Spoliatur cum gaudio
Tollens capta spolia. | 7. In hoc paschali gaudio
Christo, victori strenuo,
Benedicamus Domino. |
| 4. Nam captivos liberavit,
Israel Aegypto pavit,
Psallat vox laetitiae. | 8. Laudetur sancta trinitas,
Gloriosa divinitas
Laetabundo carmine. |

120. In Ascensione Domini.

1. Constat aetheris Iesum sedilibus iam residere,
Viris Gallilaeis ipsum cernentibus, cum assistere.
 2. Testes angelici, semper veridici, sic profitentes:
Iterum veniet, qui mundum possidet; este gaudentes!
 3. Pueri, canite, denuo vivite absque fermento,
Stabiles faciat, qui suos satiat vitae sacramento.
- R^o Per semitonia haec festivalia non ore nodoso
Chorus, Alleluia, canat per omnia corde iocoso.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — R^o steht hinter 1, 1; 3, 2 und R^o, 1 fehlerhaft.

121. In Pentecoste.

- | | |
|---|--|
| 1. Spiritum misit hodie
Ab aethere rex gloriae. | 6. Gaudium nobis attulit,
Evidenter quod patuit. |
| 2. Huic melos laetitiae
Plaudat decus harmoniae. | 7. Dies laeta intepuit,
Sol clarius resplenduit. |
| 3. Ut flamen sancti spiritus
Succendat corda caelitus, | 8. Concinamus corde laeto
Viventes absque fermento. |
| 4. Foris atque interius
Expurget nostrum facinus. | 9. Angelorum altissimo
Benedicamus Domino. |
| 5. Gavisī sunt discipuli
Orantes corde humili. | 10. Laudetur sancta trinitas,
Deo dicamus gratias. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2.

122. De sanctissima Trinitate.

- | | |
|--|--|
| 1. Deum trinum adoremus,
Tres in una collaudemus
Personas essentia;
Hae personae personali
Distinguuntur, non locali
A se differentia.
Quamvis sunt tres, non sunt tria,
Quarum simplex est usia,
Sed trina distinctio,
Quas discernunt notiones,
Non humanae rationes,
Sed vera confessio. | 2. Hae personae sunt diversae,
Non diversa nec aversae
In rerum regimine,
Cum sit illis idem nosse,
Idem velle, idem posse
Pari moderamine.
Pater alter est a prole,
Proles tamquam, sol ex sole,
A patre progreditur;
Quod procedit ab utroque,
Flamen patre filioque
Firma fide creditur. |
|--|--|

3. Vivum, verum
Deum confitemur
Unanimiter,
Quem trinum in personis
Et unum in esse profitemur
Laudantes alacriter.
Per patrem vitia
Nostra a nobis removentur,
Per filium gratia tribuitur,
Fides per pneuma nobis datur.
Sic fide roborati
Stemus in fide rati.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus.
Bohem. XIII A 2.

123. De sanctissima Trinitate.

- | | |
|--|-------------------------------------|
| 1. Omnipotens | 2. Unigenitus |
| Pater gentium | Ac illustris |
| Factor entium, | Filius patris |
| Exsistentium, | Natusque matris, |
| Quem colit terra, | Fortis leo |
| Tremunt tartara | De tribu Iuda, |
| Et adorant aethera, | Victor mortis capta praeda, |
| R ^o Gloriosus rex caelorum, | R ^o Summus rerum opifex, |
| Dux angelorum, | Verus pontifex, |
| Decus sanctorum, | Cuius mira lex, |
| Sub potestate magnus | Sub panis materia |
| Sedes in throno ut agnus. | Designat mysteria. |

3. Consolatur
Mentis intimus,
Hospes optimus
Magisterque maximus,
Increatus
Nec factus nec natus,
Spiritus paraclitus,

- R^o Sed procedens ab utroque,
Patre filioque,
Compar utrique
Potestate,
Maiestate,
Divina aeternitate.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus.
Bohem. XIII A 2. — 1, 12 et agno.

124. De Corpore Christi.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Iesus Christus dum cernitur,
A veris ipse colitur,
Corde tamen purissimo
Canamus regi Domino.</p> <p>2. Agmina angelorum
Astantant nunc sacerdotum
Manibus offertur [pia]
Pro fidelibus [victima].</p> <p>3. Corpus Christi immolatur,
Ut a matre generatur,
Verus homo, verus Deus,
Pius liberator meus.</p> | <p>4. Omni bono augmentatur,
Qui te fide speculatur,
Bone Iesu, miserere
Omnium nostrum tu vere.</p> <p>5. Bonis, sanis sumentibus
Est refectio mentibus,
Indigne sumentibus
Est detrimentum talibus,</p> <p>6. Ut non accedant infirmi,
Imbecilles et indigni,
Ut refert apostolus,
Ille doctor egregius.</p> <p>7. Sanis, bonis inquit: ite,
Salutem vestram quaerite,
Nam summum bonum Deus est,
Quod maius eo, nihil est.</p> |
|---|---|

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — Der Einfluß des nachfolgenden Lîedes auf dieses ist unverkennbar. Nach dem Akrostichon dürfen wir wohl Iacobellus von Mies für den Verfasser halten.

125. De Corpore Christi.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Iesus Christus, nostra salus,
Quod reclamat omnis malus,
Nobis sui memoriam
Dedit in carnis hostiam.</p> <p>2. O quam sanctus panis iste!
Tu solus es, Iesu Christe,
Caro, cibus, sacramentum,
Quo nunquam maius inventum.</p> <p>3. Hoc donum suavitatis
Caritasque deitatis,
Virtus et eucharistia,
Communionis gloria.</p> <p>4. Ave pietatis forma,
Dei unionis norma,
In te quisque delectatur,
Qui te fide speculatur.</p> | <p>5. Non es panis, sed es Deus
Homo, liberator meus,
Ut in cruce pependisti
Et in carne defecisti.</p> <p>6. Non augetur consecratus
Nec consumitus fit mutatus
Nec divisus in fractura
Plenus Deus in statura.</p> <p>7. Esca digna angelorum,
Pietatis lux sanctorum,
Lex moderna adprobavit,
Quod antiqua prophetavit.</p> <p>8. Salutare medicamen,
Peccatorum relevamen,
Pasee nos, a malis leva,
Duc post, ubi lux est aeva.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|---|
| 9. O quam magna tu fecisti,
Dum te, Christe, impressisti
Panis et vini specie
Obfantium in facie. | 10. Caro cibus, sanguis vinum,
Est mysterium divinum,
Huic sit laus et gloria
In saeculorum saecula. |
|--|---|

R^o Eia, iubilantes
Vultum attollite
Nostro creatori,
Symphoniis hymnidicis
Christum zelate.

Grad. ms. Altovadense anni 1410. Cod. Altovaden. 42. A. — Cant. ms. Vissegradense saec. 15. Cod. Capit. Vissegraden. s. n. (ol. V C ε η). B. — Orat. ms. Pollingense anni 1501. Clm. Monacen. 11922. C. — Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. D. — 1, 2 Quam C. — 3, 3 virtus est D. — 4, 1 norma BD. — 4, 2 forma BD. — 5, 1 est panis sed est BCD. — 6, 2 Inconsumens fit BD. — 8, 3 Tibi sit laus et gloria B. — 8, 4 Duc nos ubi est lux CD; per infinita saecula B. — 9, 1 Ach quam. — 9, 2 Dum te cruci impressisti D. — 9, 3 Panis, vini in speciem B; Vini et panis specie D. — 10, 1 Caro, sanguis panis, vinum D. — Str. 9 fehlt in C, 10 in BC. Dieselben scheinen auch deshalb unecht, weil mit Str. 8 das Akrostichon Iohannes endet und auch dem Sinne ein Abschluß des Liedes wahrscheinlich ist. — Verfasser des Liedes Iohannes Hus. Vgl. Anal. I, 51 u. f. Das Lied steht auch in Collect. ms. Eberhardiclusanum saec. 15. Cod. Treviren. 322. Der Text ist aber so schlecht, daß eine Heranziehung seiner Lesarten wertlos wäre; ebenso in: Orat. ms. Vallis iocosae saec. 15. Cod. Labacen. 147 mit der Aufschrift: „Carmen nobile de venerabili sacramento“. Vor Str. 8 (Str. 9 und 10 fehlen) steht der Rundreim mit der Überschrift: „Repetitio Iohannis“. Vgl. auch Anal. I, 43 (unter 8).

126. De Corpore Christi.

- | | |
|---|--|
| 1. Panis vivus typicatus
Reclusus velaminibus,
Sciscitatur designatus
Lugubraminibus,
Nunc in mundum translegatus
Fit cibus viatoribus
Et in cruce est oblatus
Pro foedis peccatoribus. | 3. In figuris praesignatus
Obscuri aenigmatibus,
Iste est agnus nobis datus
In pabulum credentibus.
Iste [panis] spiritalis,
Salubriter reficiens,
Vita bonis, mors est malis,
In se non deficiens. |
| 2. Iste panis, est credenti
Qui salutis hostia,
Fideliter se vescenti
Caeli pandit ostia.
Pange, exsul, typicalem
Recolendo victimam
Sancti agni, quae paschalem
Se dedit dapem optimam. | 4. Panis, ecce, angelorum,
Non mittendus canibus,
Est factus cibus viatorum
Repromissus patribus.
Iste panis sacramentum
Novum et celeberrimum,
Quod antiquum testamentum
Terminat durissimum. |

5. Tantum ergo sacramentum
Veneremur cernui
Et antiquum testamentum
Novo cedat ritui,
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui,
Fides sitque firmamentum
Aegro intellectui.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 2, 2 que. — 2, 7 agnique.

Cantiones Partheniae.

127. De beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| 1. Depromamus iubilose
Melos, pangamus cordose
Virgini gloriosae. | 4. Hymnizet cohors caelica
Sonora voce mellica
Virgini pia cantica. |
| 2. Aaron tu florens virgula,
Ex te sine macula
Carmen vitae prodiit. | 5. Pelle culpas, o Maria,
Per te nobis detur via
Ad aeterna gaudia, |
| 3. Verbi Dei manens cella,
Regem regum interpella,
Salvet nos ut a procella. | 6. Ut ad caelos sic intremus,
Gratulemur et regnemus
Sedibus in caelestibus. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2.

128. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| 1. Divo fragrans numine
Maria dulcoris
Congaudet in culmine
Angelicis choris;
Ave, virguncula,
Maria pia. | 3. Honor est per filium,
Tu dignum rapuisti
Singulare lilium,
Quia genuisti
Ornata monilibus,
Maria pia. |
| 2. Radiis solaribus
Undique amicta,
Stellis luminaribus
In connexo picta,
Ingenti gaudio
Maria pia. | 4. Vale, virgo virginum,
Ab angelis sumpta,
Mediatrix hominum,
Tu sola innupta,
Charismatum munere,
Maria pia. |

5. Almo quem tu ubere
 Lactasti in solo,
 Tecum regnat libere
 Rutilo in polo,
 O beatissima
 Maria pia.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 3, 4 Quae genuisti.

129. De beata Maria V.

1. Gratulentur
 musici, carminis
 Prorumpant voces
 in laudem virginis
 Mariae gloriosae,
 Sine spineto
 florentis rosae,
 Servans caelibatum
 Orbi quae profudit natum.

2. Ex figuris
 divinis claruit,
 Dum rubus arsit
 nec virens aruit,
 Quo, virgo, praesignaris,
 Partu producto
 non temeraris;
 Donum singulare!
 Exstas mater sine mare.

3. Ortus clausus
 germinas lilium,
 Te fons signatus
 rigans exsiliū,
 Te thronus Salomonis,
 Vellus praesignat
 te Gedeonis,
 Flos florum, Maria,
 Tu porta regis pervia.

4. Regis regum
 genetrix humilis,

Prae cunctis es electa,
 Mater honoris,
 virgo, effecta,
 Felix puerpera,
 Lactans regentem aethera.

5. Gloriosam
 te poli agmina,
 Vatum beatam
 collaudant famina,
 Laudant et Evae nati,
 Per filium
 tuum reparati,
 Te dignam laudibus
 Concinnant omnes plausibus.

6. Iuncta tuo
 congaudes filio,
 Orbis assumpta
 iam ab exsilio,
 In veste deaurata
 Aestas a dextris
 iam coronata
 Corona gloriae,
 Sponsa regis victoriae.

7. Vera mater
 misericordiae,
 Sis adiutrix
 in valle miseriae,
 Placando tuum natum
 Potenter de-
 terge reatum
 Purgare vitia
 Pietatis ex gratia.

8. Summe Iesu,
 matris precamine
 Nobis in diro
 servis examine
 Placare, rex sanctorum,
 Coetibus ad-
 iunge beatorum
 Matris per iuvamen,
 Da tibi conregnem. Amen.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 3, 1 Ortus statt Hortus fordert das Akrostichon. — 3, 7 te fehlt. — 5, 5 Laudant te et. — 8, 9 conregnemus. — Akrostichon: Georgius.

130. De beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Imperatrix egregia,
 Virgo gloriosa,
 Iesu Christi mater pia
 Et imperiosa.</p> | <p>2. Ave, plena tu gratiae,
 Salus humanitatis,
 Tu sceptrum regis gloriae,
 Arca deitatis,</p> |
| <p>R. O dulcis Maria,
 Interventrix dia,
 Lux, serena flebiles,
 Refove nos debiles,
 Advocata pia.</p> | <p>R. Fac nos esse mites
 Semper et humiles,
 Potestas summi Dei,
 Miserrorum sancta spes,
 Iunge nos, ubi tu es.</p> |

3. Memento nostri, quaesumus,
 Praelecta, sancta,
 Ut tuus primogenitus
 Parcat nostra peccata,

- R^o O virgo virginum,
 Exora Dominum,
 Ut nos tuis precibus
 Locans in caelestibus
 Regni det solium.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2.

131. De beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Iam praestolantes gloriam,
 Victoriam,
 Surgite,
 Clara dies illuxit,
 Atram noctem destruxit,
 Et nebula propellitur
 Et umbra terrestris.</p> | <p>2. Nam mystice quem ceperit,
 Hunc peperit
 Maria,
 Caelorum verum lumen,
 En, pneumatis per numen,
 Cui dixit Gabriel
 Angelus caelestis:</p> |
|---|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. O virgo venerabilis,
 Laudabilis
 Regina,
 De stirpe David orta,
 Tu vera caeli porta
 Cunctis te laudantibus
 Precibus praecelsis.</p> | <p>4. Trinitatis triclinium,
 Tu filium
 Vestisti
 Patri [Deo] oboediens,
 Paracrito consentiens;
 Huic sit laus et gloria
 Per aeterna saecula.</p> |
|---|--|

R^o Ave, ave, gratia plena,
Dominus tecum,
Concipies et paries
Verbum patris altissimi;
Et verbum caro factum est,
Nobiscum est
Et manet in aeternum.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 3, 5 veri caeli. — R^o steht hinter Str. 1.

132. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Iesu dulcis mater bona,
 Mundi salus et patrona
 Supernorum civium,</p> <p>2. Ad te flentes suspiramus,
 Te gementes invocamus
 Evae proles misera.</p> <p>3. Regina tu pietatis
 Et totius sanctitatis
 Flumen indeficiens,</p> <p>4. O Maria, tu benigna
 Christi consors atque digna,
 Votis nostris adnue.</p> <p>5. Spes reorum es, Maria,
 Redemptoris mater pia,
 Electorum gloria,</p> | <p>6. Leti finis, vitae via,
 Tibi triplex ierarchia
 Digna dat praeconia.</p> <p>7. Ave, gemma pretiosa,
 Supra solem speciosa,
 Virginale gaudium,</p> <p>8. Virga Iesse tu florida,
 Stella semper praefulgida,
 Sidus verae lucis.</p> <p>9. Statum nostrae paupertatis
 Vultu tuae maiestatis
 Clementer considera.</p> <p>10. Pacem confer sempiternam
 Et ad lucem nos aeternam
 Transfer post exsilium.</p> |
|--|---|

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — Str. 3 steht als R^o hinter Str. 1; das Akrostichon Iaroslauus weist ihr indes ihren Platz als Str. 4 an.

133. De beata Maria V.

- | | |
|---|--|
| 1. Iesu mater, deica
Virginum <i>Maria</i>
O curatrix, medica
Hominum <i>Maria</i> . | 6. Nam in ventris alvulo
Requievit <i>tecum</i> ,
Iacens in praesaepio
Colludebat <i>tecum</i> . |
| 2. O de Deo genita
Genetrix <i>Maria</i> ,
O decus angelicum,
Gaudium <i>Maria</i> . | 7. Et prius in stabulo
Laborabat <i>tecum</i> ,
Nunc sedens in solio
Gratulatur <i>tecum</i> . |
| 3. Haec divina <i>gratia</i>
Mire procuravit,
Te virtutum <i>gratia</i>
Privilegiavit. | 8. Solam iam prae ceteris
<i>Dominus</i> dilexit,
Ultra summos angelos
<i>Dominus</i> te vexit. |
| 4. Ave, ventrem <i>gratia</i>
Prole fecundavit,
Cuius mira <i>gratia</i>
Damnatos sanavit. | 9. Decoris te pallio
<i>Dominus</i> contextit,
Et dulcoris oculo
<i>Dominus</i> respexit. |
| 5. Nam <i>plena</i> munditiae
Cella puritatis,
O <i>plena</i> laetitiae
Porta pietatis! | 10. Et benedicto Domino
Gaudens <i>benedicta</i> ,
Nam <i>Maria</i> nomine
Tu es <i>benedicta</i> . |

11. Tui fructus praemia
 Da participare,
 Amen dicat populus
 Cum devotione.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 4, 1 ventrem tuum; *gratia* fehlt. — 8, 1 Sola. — Das Lied ist unvollständig; dies zeigt einmal die Glosse über das Ave Maria, anderseits das Akrostichon „Iohannes de . . .“

134. De beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| 1. Rosa, rosarum primula,
Consurgens ut aurora,
Immunis omni rimula
Noe salutis prora. | 2. Omnis dos Abigail,
Iudith, Esther formosa,
Maria, sponsa pervigil,
Stirps Iesse fructuosa. |
| R ^o Davidis ala
Clangens et sonora,
Dulcor in aure Domini,
Virgo, pro nobis ora. | 3. In tribus, virgo, tertium
Tu mundo peperisti,
Nos perduc in Cistertium
Lotos cruore Christi. |

Grad. ms. Pragense anni 1473. Cod. Mus. Bohem. XII A 1. — R^o, 2 et fehlt.

135. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Felici amatrici
Christique genetrici
Dulci sono resonemus,
Decet symphonizare
Virginem et laudare
Pro morum virtute.</p> | <p>3. Tu virginum speculum,
Evellens hostis iaculum
Tu cum virtutibus.
Exhinc post statum gratiae
Assumpsit locum gloriae
Regnans in caelestibus.</p> |
| <p>2. Te Deus genetricem
Et nos te adiutricem
Egentium censemus.
Belial te spernente
Dominoque cernente
Servata es a fomite.</p> | <p>4. Christicolae nos lasse
Precamur, ut non casse
Roges pro venia,
Ut tua per suffragia
Relaxentur vitia.
Et placetur Dominus.</p> |

R^o O norma virginum.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1612. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — Eine primitive Umarbeitung der Cantio *Felici peccatrici*, Anal. I, 108. Das Versmaß ist von dem Umdichter des öftern verderbt; der Rundreim offenbar unvollständig.

136. De beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Dies iam laetitiae,
Salutisque fiduciae,
In qua processit hodie
De stella sol iustitiae.</p> | <p>5. Per tuum, virgo, filium,
Per patrem, per paraclitum
Assis praesens ad obitum,
Da felicem exitum.</p> |
| <p>2. Servi sumens formulam,
Plastorum quoque normulam,
Per vatum praesagia
Mundi tollit contagia.</p> | <p>6. Maria, mater gratiae,
Mater misericordiae,
Tu nos ab hoste protege,
In hora mortis suscipe.</p> |
| <p>3. Sanctissima, te poscimus
Supplicibus nunc vocibus,
Adveni, dulcis domina,
Dele nostra peccamina.</p> | <p>7. Maria, virgo virginum,
Deposce nobis omnium
Remissionem criminum
Tuum placando filium.</p> |
| <p>4. Pro nobis ora filium,
Rosa, candens lilium,
Absterge nostra vitia,
Imple nos laetitia.</p> | <p>8. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.</p> |

R. Aaron virga florida
Casta virgo fecunda,
Thronus veri Salomonis
Et vellus iusti Gedeonis.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. —

137. De beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| 1. Virgo nobilis,
Genetrix dia
Et amabilis,
Virgo Maria. | 10. Virum non nosco,
Ait Maria,
Materque posco
Effici dia. |
| 2. Summus te pater
Ab exordio,
Ut esses mater
Suo filio, | 11. Noli timere,
Virgo sacrata,
Haec tibi ferre
Veni secreta. |
| 3. Dignam elegit;
Qui caelos regit,
Te adamavit
Ac illustravit. | 12. Numen paternum
Te obumbrabit,
Pneuma supernum
Te adornabit. |
| 4. Nuntium misit,
Cui commisit:
Haec arcana fer
Et cuncta refer. | 13. Verbis secunda;
En, altissimi
Fies fecunda
Mater filii. |
| 5. Habitaculum
Archangelus it
Et oraculum
Dei aperit. | 14. Velis credere,
Mitis puella,
In tua vere
Sacrata cella |
| 6. Ave, Maria,
Angelus dixit,
Plena gratia,
Et post detexit: | 15. Gigas armari,
Carne togari
Vult, opprimere
Hostem, sternere, |
| 7. Paries natum,
Quem chori vatum
Praecinuere,
Adoravere. | 16. Cuncta spolia
Illi rapere
Et ad lilia
Patris transferre. |
| 8. Ex tuo alvo
Pudore salvo
Procedet natus
Desideratus. | 17. Hunc tuum natum
Vocabis Iesum,
Post immolatum
Videbis caesum. |
| 9. Virgo turbatur
Archangelico
Et admiratur
In eloquio. | 18. En, Elisabeth,
Tua cognata,
Cum Deus iubet,
[Est] impraegnata. |

- | | |
|---|--|
| 19. Ecce, humilis
Dei ancilla;
Ea, quae dicis,
Fiant in illa. | 26. Splendens aurora,
Solis praevia,
Pro nobis ora,
Dulcis Maria. |
| 20. Stupet natura,
Dum sua iura,
Puella pura,
In te franguntur. | 27. Iericho rosa,
Palma in Cades,
Tu gratiosa,
Cui vis, ades. |
| 21. O mater Dei
Felicissima,
Sis memor mei
Die ultima. | 28. Caeli fenestra,
Inferni castra
Da evitare
Ducens ad astra. |
| 22. Spes mortalium
Prima post Deum,
Nobis filium
Fac propitium. | 29. Vera patrona
Christianorum,
Pia matrona
Desolatorum, |
| 23. Virtutum cella
Fragrantissima,
Propinans mella
Suavissima, | 30. Audi canentes,
O piissima,
Cura languentes,
Clementissima. |
| 24. Maria, stella
Serenissima,
Educ, ancilla,
Profundissima. | 31. Pestem removens
Praebe vivere,
Post letum fovens
Summo aethere. |
| 25. Quibus oriris,
Non naufragantur,
Fluctus aequoris
Non adversantur. | 32. Aevum solamen,
Tuum iuvamen,
Sacrum det flamen,
Canamus Amen. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 17, 2 Vocabis eum. — 25, 4 Non aquasantur. — 31, 3 Post locum.

138. De beata Maria V.

- | | |
|---|--|
| 1. Vigilanter melodum
Nymphae harmonizent,
Hymnidice phonicum
Matri modulizent, | 3. Castissimam Assuerus
Hesther collocavit,
Vasthi spernens sceptro regni
Iure trabeavit. |
| 2. Corde ovans cleri coetus
Carmen ructuando,
Ore tonans, mente laetus
Melos reboando. | 4. Te architam Salomon
Dextris sociavit,
Venustate praecellentem
Laude adornavit. |

- | | |
|---|---|
| <p>5. Orphanorum lugubres
 Laudant matrem voces,
 Regi regum celebres
 Per te mittunt preces,</p> | <p>7. Interventu caelibis
 Matris, Iesu, salva
 Hanc catervam deposcentem
 Tua tecum regna.</p> |
| <p>6. Adintricem exspectantes
 Divam abs repulsa,
 Redemit quos, ut salventur
 Morte saeva pulsa.</p> | <p>8. Nymphularum reginam
 Cohors interpella,
 Consequaris protectricem
 Euntem in regna.</p> |

R. Magnificans assistricem
 Regis theotocos,
 Humanitus alitricem
 Summi venerando.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 1, 3 sq. und 2, 1 sq. vertauscht. — 1, 4 modulizet. — 2, 2 ructuantes. — 5, 3 sq. und 6, 1 sq. vertauscht. — 6, 2 Diva. — R^o steht hinter Str. 1.

139. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Superni iubar aetheris
 Praefiguratam veteris
 Mundo detegit scripturam
 Laudando Mariam piam.</p> | <p>5. Hebescit sensus logicae,
 Stupescit cursus physicae,
 Obmutescunt cunctae artes
 Ac philosophicae partes.</p> |
| <p>2. Aspectu solis rutilans,
 Salutis tempus nuntians
 In orbe divo iam legi
 Summo quoque Christo regi.</p> | <p>6. Dum virgo carens semine
 Sacroque gignit germine
 Caelique terrae rectorem,
 Maris quoque dominatorem.</p> |
| <p>3. Nam chaos necis pellitur,
 Caelestis vita redditur,
 Hic sumus nunc exstantes
 Ac praecelsum venerantes.</p> | <p>7. Aurora fulgentissima
 Stellaque praepurissima
 Subventrixque miserorum,
 Consolatrix oppressorum.</p> |
| <p>4. Praefulgens natus cernitur,
 A sinu patris mittitur,
 Paternalique dulcore
 Iubilo canamus ore.</p> | <p>8. Benigna, placa filium,
 Ut nobis post exilium
 Donet regna introire,
 Tandem chorum angelorum.</p> |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 3, 3 fehlt eine Silbe.

140. De beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| 1. Salve, mitis virguncula,
Tu trinitatis cellula,
Maria beatissima,
Virtuosa Annae nata,
In mysticis typicata
Figuris, aenigmatibus, | 5. Memento nostri oneris,
Nos Abrahae ut generis
Fiamus coheredes,
Implora tuum filium,
Ut det nobis auxilium,
Tu honor trinitatis, |
| R. Nascentis Christi clementia
Illa, quam prodit Sibylla
Sollemni vaticinio. | R. Laetemur ut in aetheris,
Sanctorum quae prae ceteris
Nostra es advocatrix. |
| 2. Ierusalem filia,
Tu optima consilia
Dans veniam quaerenti,
Tu clavis es Davidica,
Tu es serpentis pertica,
Percussus qua revixit; | 6. Legalis es coniugii,
Vitalis es refugii
Fidelis advocata,
Arca tu es aetherea,
Tu, virgo, virga fumea
Aromate pigmenti |
| R. Realis est arca illa,
Ne Charybdis nos vel Scylla
Obruat in diluvio. | R. Et humilis [ancillula],
Tu es in nostra terrula
Vox turturis audita. |
| 3. Amicta sole, luce plena,
Quam cum prole duodena
Te circumtendunt sidera,
Medicinalis camphora,
Tu es farinae amphora,
Tu olei lechytus. | 7. Sponsa tu praebens oscula,
Tu deitatis cartula
Sigillo communita,
Amica fidei tutrix,
Peccatorum es adiutrix
Et salus in periculis, |
| R. Mystica tu metaphora,
Tu repetens anaphora,
Qua sermo fit politus. | R. Regalis es virga Iesse,
Laborantum falx in messe
Mortis in articulo. |
| 4. Lux omnium pulcherrima,
Tu fama celeberrima,
Gens praerogat modesta,
Urna tu quoque aurea,
Tu tabula lapidea
Dans decem iussa genti. | 8. Armatura tu fortium,
Insultibus cohortium
Resistens alienis,
Vatum tu es oraculum,
Tu fidei signaculum,
Quo Deus subarrhavit, |
| R. Dotata mille sortibus
Et grata prae consortibus,
Te spiritus ignivit. | R. Nos gratia rorifluos
Et famulos rege tuos,
Virguncula Maria. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 1, 8 Illam quam. — 2, 5 portica. — 3, 9 Que sermo sit. — 7, 8 Laborantium. — 8, 4 es fehlt.

141. De beata Maria V.

- | | |
|---|---|
| 1. Salve, deitatis cella,
Virgo virginum,
Maria, nostra consolatrix; | 2. Salve, vas deitatis,
Cubile trinitatis,
Placa tuum filium; |
| Salve, de radice Iesse,
Noster chorus optat adesse
Orphanorum adiutricem. | Salve, virgo virginum,
Deposce nobis omnium
Remissionem criminum. |
| R. Ex Davidis progenie,
Mater misericordiae,
Tu nos ab hoste protege. | R. Ex te nascitur verus
Iesus Christus parvulus,
O virgo sacrata. |

3. Salve, mater Maria,
Tuo nos concilia
Regi, regum filia;

Salve, virgo singularis,
Serva nos a peccatis
Rogans tuum filium.

R. Salve, regina diva,
Suscipe haec carmina,
O virgo beata.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2.

142. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| 1. Salve, lux fidelium,
Lucens in aurora,
Quae es supra lilium
Pulchra et decora. | 2. Nostra spes, fidelium
Vitae reparatrix,
Est et erit hodie
Mater virginalis. |
|--|---|

3. Suspiramus fletibus
Nostris pro peccatis
Et nostris criminibus
Viliter patratis.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 3, 3 nostris gemitibus.

143. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| 1. Mater altissimi regis,
Tu humani altrix gregis,
Advocata potissima
In hora mortis ultima. | 4. Tu Hesther, salus Iudaei,
Ingementis Mardochoae,
Assuero regi placida
Astans in veste fulgida. |
| 2. Amore matris filius
Placabitur facilius,
Ergo regnans cum natulo
Sis assistrix pro populo. | 5. Habes accessum, o homo,
Coram sedente in throno,
Si monstrat mater ubera
Nato, is patri vulnera. |
| 3. Regina caeli diceris
Sanctissima prae ceteris,
Spes prima tu post filium
Nostrum, servorum vilium. | 6. Accede, securus esto,
Sunt interventores praesto
Christus cum sanctis omnibus,
Regina cum virginibus. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. — 5, 3 Si fehlt. — Akrostichon: Martha; wohl nicht die Verfasserin, sondern eine dem Dichter irgendwie nahestehende Persönlichkeit, der er seine Dichtung zueignen wollte.

144. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| 1. Imperatrix gloriosa,
Mater gratiosa,
Mitis et serena,
Dona fer amoena,
Dulcedine plena. | 4. Superas solem splendore
Lunamque decore,
Virgineo flore
Caelestique rore,
Repleta pudore. |
| 2. Radix vera salutaris,
Clara stella maris,
Virgo singularis,
Miro modo parís,
Nato non gravaris. | 5. Ave, templum deitatis,
Splendor claritatis,
Vas sinceritatis,
Decus sanctitatis,
Nympha bonitatis. |
| 3. Tu flos florum, fons hortorum,
Tu zelatrix morum,
Mater orphanorum,
Fugatrix dolorum,
Pudoris lilium. | 6. Nobis confer nunc solamen
Christi per iuvamen,
Ne nobis noceat
Iudicis examen;
Depromemus Amen. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 2, 1 vera salvatoris. — 4, 1 Tu superas.

145. De beata Maria V.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, pura tu puella,
Dominantis domicella,
Cuius tuto sub mantello
Nullus timor est misello,
Sed timido latibulum. | 4. Regina caeli exsulta,
Auro, gemmis bene fulta,
Ad te nostra mens suspirat,
Qui te amat, non delirat,
O amor, o amoenitas! |
| 2. Nulla inventa similis
Est in milibus feminis,
Gestans Christum in gremio
Et pariens cum gaudio
Mundi salvatorem. | 5. Electa, candens facies,
Caeli transscendens acies,
Dignare nos erigere,
Faciens tu diligere
Sortem beatorum. |
| 3. Dilecta nunc gande mea,
Cuius vadunt in chorea
Omnes tui spiritales
Sponsi, tui curiales,
Qui tuum cantant canticum. | 6. Arbor praepulchra floribus,
Te fructus suavissimus
Subintrans ventris clausulam
Onustat castissimam
Cellam pigmentariam. |
| 7. Salve, salutis facies,
Centena mille per vices,
Fac mundum nos despiciere,
Tecum nos semper vivere,
O nutrix egenorum. | |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 2, 2 Est in milibus in femineis.

146. De beata Maria V.

- | | |
|---|--|
| 1. Cantemus laudes virgini
Cuncti, senes et parvuli,
Haec est rosa floridior
Lilioque candidior. | 4. Sola spes haec miserorum,
Quam opifex, rex caelorum,
Super choros angelorum
Locavit in solium. |
| 2. Rident namque caeli ei
Vocantque matrem spei,
Et, si dicas Ave ei,
Cedunt daemones rei. | 5. O advocatrix benigna,
Rogamus, tu nos assigna
Dominatori cunctorum
In vitamque beatorum. |
| 3. Illam nam Bernardus inquit,
Non dubites haec, fore sic,
Haec est pia advocata
Tutrixque praeparata. | 6. Speciosa o virgula,
Quae excedis amygdala,
Gena tua rubens, clara
Pulchriorque purpura. |

- | | |
|---|--|
| <p>7. Teque per advocatricem,
Sanctam quoque genetricem
Adiungamur nato pio
In caelesti collegio.</p> | <p>9. Mater misericordiae,
Poenis Orci nos erue,
Ne labamur perpetue
Ex hac valle miseriae.</p> |
| <p>8. Omnes ergo assurgamus
Et laudes nunc prorumpamus
Christi genetrici dignae
Carmen per insigne.</p> | <p>10. Virginitatis zelatrix,
Lapsus nostri reparatrix,
Culpam Adae tu tegisti,
Christum cum genuisti.</p> |
11. Sanctissima, deprecare,
Coetum cleri collocare
Velisque in sideribus
Solutis tunc doloribus.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 9, 2 A poenis. — 9, 3 labemur. — 10, 2 Lapsi. — 10, 3 tu texisti.

147. In Visitatione BMV.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Abit virgo in montana
Concrepando mente sana,
Elisabeth exsultavit,
Quam tunc Maria salutavit
Visitando gravidam.</p> | <p>3. Chorus noster dicat Amen
Collaudando sacrum flamen,
Quod utramque visitavit,
Divino igne inflammavit
Mariam et cognatam.</p> |
| <p>2. Illa illam amplexatur,
Miles hero famulatur,
Dum praesens sit convenire,
Se matres sanctas sic ambire,
Senem mulcet pavidam.</p> | <p>4. Alleluia decantemus,
Florescentem collaudemus,
Quae protulit sanctum florem
Iustis ac sanctis in honorem,
Matrem atque filiam.</p> |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 2, 2 Miles heres. — 4, 2 decantemus.

148. In Assumptione BMV.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Quae est ista, quae ascendit?
Quod vult ipsa? quo protendit
Gressus suos ponere?
Haec est rubus inflammatus,
Rore cubus elevatus
Moysi sub onere.</p> | <p>2. Haec est vellus humefactum,
Rore pellis de intactum
Gedeonis munere;
Haec vult caelum transmeare,
Orci velum depraedare
Supplicatus fenore.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Haec est mater Iesu Christi,
 Suum munus adipisci
 Venit [haec] speciosa,
 Quam assumit angelorum
 Rector, tector miserorum,
 Turba cum iubilosa.</p> | <p>4. Haec est rubus inflammatus,
 Per quem it discalceatus
 Moyses electus,
 Hunc inflammatum numen sanctum,
 Et conclamat eum tantum
 Crimine detectus.</p> |
|---|---|

5. Haec ad Deum vult meare,
 Qui eam vult coronare
 [Honore et gloria]
 Qua praecincta fulget iustis
 Lumen praesidis adustis,
 Qui degent iustitia.

R^o Ergo pro nobis ora
 Venerabilis
 Et amabilis
 Christum virgo Maria.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 1, 5 sq. unverständlich. — 1, 6 sub honore. — 2, 2 intacto. — 4, 6 Crimen. — 5, 3 Iustitia. — 5, 6 iustitiae. — 5, 4 Quia.

149. In Assumptione BMV.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Praelustri elucentia
 Titani redimiris,
 Virtutum sic fragrantia
 Dulciffue fulciris.</p> | <p>3. Maria, flos munditiae
 Et castitatis norma
 Fugatrixque malitiae,
 Tu deitatis forma.</p> |
| <p>2. Super choros angelorum
 Maria exaltata,
 Arcem muri vitiorum
 Nostrorum rue grata.</p> | <p>4. Caelicis saepta turmulis
 Spirituum beatorum,
 Dulciter resonantibus
 Neuma personorum.</p> |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — Es folgen noch die drei bekannten Hymnenstrophen: Maria, mater gratiae etc.; Maria, virgo virginum etc.; Gloria tibi, Domine etc.

Cantiones de Sanctis.

150. De Omnibus Sanctis.

- | | |
|--|---|
| 1. Resonans cleri coetus
Odas harmoniae,
Personans visu laetus
Carmen symphoniae, | 3. Nymphula speciosa,
Regina caelorum,
Virgula gemmulosa,
Mater orphanorum, |
| R ^o Concrepet cordis iubilo
Cuncta gubernanti,
Psallat oris modulo
Per saecula regnanti. | R ^o Cohortem plebis respice
Sexus promiscui,
Sortem vitae divide,
Status perpetui. |
| 2. Conditor, ens entium,
Supplices audi,
Director degentium,
Gementes exaudi, | 4. Ordines hierarchici
Omnes electorum,
Incliti domestici
Cives beatorum, |
| R ^o Subleva laesos squalide
Valle lacrimosa.
Subleva lapsos valide
Regno gaudiorum. | R ^o Iungamur vestris precibus
Regi supernorum,
Orbi facti sedibus
Taetris [tar]tarorum. |

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 1, 6 Cuncti. — 2, 8 Regni; der Reim verderbt; lies Urbe gaudiosa oder dgl. — 4, 5 Iungar. — 4, 7 Orbus factus.

151. De Omnibus Sanctis.

- | | |
|---|--|
| 1. In hoc sacro sollemnio
Anni versante circulo
Exsultemus et laetemur
Omnes cum tripudio. | |
| 2. Rogitantes Iesum pium
Almae virginis filium,
Ut de lacu miseriae
Nos absolvat hodie. | 4. Vos angeli, patriarchae,
Vos quoque, sancti prophetae,
Vos apostoli, martyres,
Lucidi confessores, |
| 3. O Maria, virgo dia,
Mater et dulcis filia,
Tu fac nobis propitium
Tuum unigenitum. | 5. Virgines nec non viduae,
Vos precamur assidue,
Ut per vestra precamina
Luantur peccamina. |

6. Omnes sancti et electi
Dominoque praedilecti,
Sollicitate Dominum
Votisque precaminum,

7. Utque per hanc miseriam
Peccati lustrans scoriam,
Mortalem tollens tunicam
Det vitam sempiternam.

R^o Eia, hagio,
Iesu Christe pie,
Christe, rex gloriae,
Tu riga nos,
Caelorum ros,
Virginis flos,
Salva nos.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2 — R^o steht hinter Str. 2.

152. De Omnibus Sanctis.

1. Omnium sanctorum pia iuvamina
Ad regis polorum nos ducant culmina.
2. Prophetæ, apostoli atque virgines,
Patriarchæ, viduæ atque martyres,
3. Deum exorate pro nobis miseris,
Omnibus succurrite in miseriis.
4. Iam iudicis summi iram nunc cernimus,
Quem multiformi crimine offendimus.
5. Omnes christicolæ, iam hoc deposcite
Totiusque plebis crimen abstergite.
6. Angelica voce nacti consolamen
Omnes cum honore decantemus Amen.

Rozenplut, Kancyonál, 1601, p. 514.

153. De sancta Barbara.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Perennis regis nymphula,
O Barbara, nunc incola
Per sponsum tuum, ave.</p> | <p>3. Ex claro manans genere
Aetatis virgo tenerae
Praelustris margarita,</p> |
| <p>2. Trabea, dextrochirio
Virtutum et virgineo
Pudore insignita.</p> | <p>4. Reclusa turri procerum,
Cum cursum stupes siderum,
Mox nuntius caelestis</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>5. Vim conditoris recitat,
Ad fidem sic te incitat,
Cuius es facta testis.</p> <p>6. Stridens Dioscorus furit
Pater atque diis spondet
Libare, ut promisit.</p> <p>7. Tu, abra Dei tenera,
Non crucis horres genera,
Blanditias sprevisti.</p> | <p>8. Constanter fidem adprobas,
Deos gentiles reprobas
Honorans nomen Christi.</p> <p>9. Caelestis vox, o Barbara,
Te vocat dicens: propera,
Suscipe solacium.</p> <p>10. Gaudens in caelis hodie
Nos iunge regi gloriae
Post carnis exsilium.</p> |
|---|---|

Rozenplut, Kancyonál, 1601, p. 509. — 2, 1 Trabeo. — 8, 3 nomen Iesu.

154. De sancto Bartholomaeo.

- | | |
|---|---|
| <p>1. O sancte Bartholomae,
O martyr et apostole,
O amice Dei,</p> <p>2. Te Astrages, rex crudelis,
Iussit percuti baculis
Pro nomine Christi,</p> <p>3. Parans, ut eius idolis
Secum credas ac incolis
Huius provinciae.</p> <p>4. Sed te fides promptissima
Semper traxit ad aethera
Orans pro famulis.</p> <p>5. Dicens ad eos: Audite,
Deum verum adorete
Sinentes idola,</p> | <p>6. Ex quo et in quo omnia,
Per quem vivunt et singula
Nunc et in perpetuum.</p> <p>7. Tandem excoriari
Iussit et decollari
Propter constantiam.</p> <p>8. Vincens hic minas tortorum,
Simul poenas tormentorum,
Migrasti a saeculo.</p> <p>9. Sit benedicta trinitas,
Sit veneranda unitas
Tua pro victoria.</p> <p>10. Laus patri cum filio,
Sancto simul paraclito
Nunc et in aevum.</p> |
|---|---|

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. A. — Rozenplut, Kancyonál, 1601, p. 500. B. — 1, 2 et fehlt B. — 1, 3 Et amice B. — 2, 1 Te fehlt B. — Str. 3 fehlt A. — 5, 3 Sperrnentes B. — Str. 7—10 fehlen B. — 7, 1 excoriari A. — Rundreim O amice Dei; außerdem hat aber A statt Str. 3 die folgenden Zeilen, die gleichfalls ein Rundreim zu sein scheinen:

Petimus te, care,
Ut velis impetrare
Peccatorum veniam.

155. De sancto Bartholomaeo.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Bartholomaeo beato
Decantemus singuli,
Martyrio decorato,
Senes ac iuvenuli.</p> | <p>R^o Qui divina pietate
De bonorum honestate
Est ditatus in aetate
Absque malignitate.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|--|
| <p>2. Qui princeps exstitit soli
Natus alto genere,
Manet adhuc princeps poli,
Tectus agni vellere.</p> <p>3. Hinc Indos dum convertibat
Verbo salutifero,
Daemones tunc confundebat
Facto nimis aspero.</p> <p>4. Bartholomaeus beatus
Sua devota prece
Populorum incolatus
Liberavit a nece.</p> | <p>5. Post ut agnus coriatur
Tyrannorum manibus,
In caelis mox adunatur
Duodenis sedibus.</p> <p>6. Hunc ergo iam imploremus
Venerantes hodie,
Ut post mortem collaudemus
Secum regem gloriae.</p> <p>R^o Pater, natus, sacrum flamen,
Det nobis hoc iubilamen,
Ut consequentes [iuvamen]
Decantemus omnes Amen.</p> |
|--|--|

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — R^o, 2 Te honorum. — 5, 1 scoriatur.

156. De sancta Dorothea.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Dorothea coronata
Aureola et aurea,
Dori senatoris nata,
Bina pollens laurea.</p> <p>2. Oriunda ex profunda
Senatorum prosapia,
Cuius aedes atque sedes
Fuit Cappadocia.</p> <p>3. Regi poli atque soli
Exstitit ab initio
Desponsata, pro qua data
Diro est supplicio.</p> <p>4. Castitatis rationem
Fers primam cum virginibus,
Capitis truncationem
Alteram cum martyribus.</p> | <p>5. Pretiosa martyr Christi,
De sponsi viridario
Poma, rosas direxisti
Theophilo notario.</p> <p>6. Hortum rosis dulcorosis
Tu plenum cum Theophilo
Meruisti, fac, ut isti
Iungamur cum iubilo.</p> <p>7. Ergo, nympha, nos, quos lymphea
Abluebat baptismatis,
Fac sentire, non odire
Hortulum aromatis.</p> <p>8. Ad quem sursum fac post cursum
Orbis atque exsilium
Nos creatos, expiatos
Per Mariae filium.</p> |
|--|--|

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. A. — Rozenplut, Kancyonál, 1601, p. 510. B. — A hat nur die Strophen 1, 5 und 4, worauf noch folgende zwei:

Vos, scholares et studentes, Huius amatores nymphae, Doctrinarum nectar lymphae Sitis ab hac petentes.	Hos nam iuvat, quae honorant Ipsius natalitium, Ut in chorum beatorum Intrent post exsilium.
---	---

Die Strophen 4 und 5 zerstören das Akrostichon Dor[ot]hea. Vier Strophen dieses Liedes mit dem Anfange Katharina coronata (sic!) und sehr schlechtem Text stehen auch in der Trierer Handschrift 322, einem Sammelband aus Eberhardsklausen (15. Jahrh.).

157. De sancta Dorothea.

1. Dulcem caeli collaudemus
Virginem cum agmine,
Omnes simul decantemus
Laeto modulamine,

2. O dulcedo pietatis,
Rex caelorum, Domine,
Temporibus qui mutatis
Reples terram germine,

R^o Regulante chorum
Puella nobili
* * * * *
Dorothea.

R^o Hoc (in mense) Februario
Rosae dum mittuntur
a te notario,
Puellae datae
pro praemio.

3. Eia, virgo, martyr Dei,
Ora Christum Dominum,
Adiutrix sis sanctae spei
Laetum optans terminum.

R^o Assis in extremis
Iesu per iuvamen,
Amovendo fortiter
sostium examen,
Quo laetemur.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus. Bohem. XIII A 2. — 2, 5 Hoc in viso Februario.

158. De ss. Iacobo et Christophoro.

1. In hac die Christophorus
Iacobusque apostolus
Pro fidei suspirio
Trucidantur martyrio.

2. Iohannes, frater Iacobi,
Alter filius tonitruī,
Dum tonant evangelium,
Corda fremunt crudelium.

3. Fratris tunc bibit calicem
Sibi desiderabilem,
Hinc iungitur altissimo;
Benedicamus Domino.

Rozenplut, Kancyonál, 1601, p. 497 sq.

159. De s. Iohanne Evangelista.

1. Iohannes virgo clarior,
Amicus Christo carior,
Apostolus electior,
Discipulis dilector.

2. Scrutator evangelicus,
Custos virginis caelicus,
Supra pectus recubuit,
In poenis non occubuit.

- | | |
|--|---|
| <p>3. O virgo Christi dilecte,
Nobis veniam obtine,
Dum pleno vase oleo
Mersus es coram populo.</p> <p>4. Illaesus exis de eo
Adiuvante te Domino,
Manens Patmos in insula
Secreta videns in ea.</p> | <p>5. Christus vocavit dicendo:
Veni, dilecte, psallendo
Ad choros, quos tu vidisti,
Cum adhuc ibi mansisti.</p> <p>6. O Iohannes apostole,
Nostris delictis condole,
Caelorum tenes in aula
Pandendo nobis gaudia.</p> |
|--|---|
7. Exora nobis gratiam,
Ut ducamur ad patriam;
Cum dilecto discipulo
Benedicamus Domino.

Rozenplut, Kancyonál, 1601, p. 498 sq.

160. De sancto Laurentio.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O summa spes fidelium
Sanctorumque solacium,</p> <p>2. Ad te clamantes respice,
Nostras preces non despice</p> <p>3. Martyris et diaconi
Interventu Laurentii,</p> <p>4. Qui caecis lumen reddidit,
In te sperans hoc edidit.</p> <p>5. Pro tuo pio nomine
Et thesauro ecclesiae</p> | <p>6. Igne sanctus comburitur,
Passus caelum ingreditur.</p> <p>7. Iacens iam in craticula
Gessit miranda opera.</p> <p>8. O sanctissime Laurenti,
Nos coniunge sacrae genti,</p> <p>9. Ut cum sanctis gaudeamus,
Christum verum recolamus.</p> <p>10. Ergo de tali gaudio
Benedicamus Domino.</p> |
|--|--|

Rozenplut, Kancyonál, 1601, p. 504.

161. De sancta Margareta.

1. O praeclara Margareta,
Ave, tu decus virginum,
Serto candens lilium.
Sponsa Christi gloriosa,
Caeli scandens solium,
Evelle cordis lolium.

R^o Salva, Christe, te laudantes,
Tibi laudes concrepantes
Cordis cum tripudio.

2. A praefecto concupita
Eius spernis munera,
Caeli fulge gloria.
Margareta, flos virtutum,
Tua per suffragia
Duc ad caeli gaudia.

R^o Eia, Iesu, rex benigne,
Fac, vivamus tibi digne
Nunc et in perpetuum.

Cant. ms. Pragense (Wenceslai de Wyskytna) anni 1512. Cod. Mus.
Bohem. XIII A 2. — In Str. 1 steht der Abgesang vor dem zweiten Stollen.

III.

CANTIONES SUECICAE.

Cantiones Natalitiae.

162. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Ecce, novum gaudium,
Ecce, novum mirum!
Virgo parit filium,
Quae non novit virum,
Sed ut pirus pirum,
Gleba fert papyrus,
Florens lilium.
Ecce, quod natura
Mutat sua iura!
Virgo parit pura
Dei filium. | 2. Mundum Deus flebilem
Cernens in ruina,
Rosam delectabilem
Produxit de spina,
Natum de regina,
Qui est medicina,
Salus gentium.
Ecce, quod natura
Mutat sua iura!
Virgo parit pura
Dei filium. |
|---|--|
3. Nequivit divinitas
Plus humiliari,
Nec nostra carnalitas
Magis exaltari,
Deo coaequari,
Caelo collocari
Per coniugium.
Ecce, quod natura
Mutat sua iura!
Virgo parit pura
Dei filium.

Piae Cantiones 1582 fol. B 8a. (Klemming II, 12 sq. als: „Hymnus“.)

163. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Florens iuventus virginis
Fructum salutis germinat, | 1 b. Qui labentis originis
Vetustatem exterminat. |
| 2 a. Dum verbum patris nascitur
Ex matre simul filia, | 2 b. Factumque caro pascitur
Inter pudoris lilia. |

- | | |
|---|--|
| 3 a. In fine virgo temporis
Membris tumescit teneris | 3 b. Viro perfecti corporis
In forma nostri generis. |
| 4 a. O patris
Mira benignitas! | 4 b. O matris
Praecelsa dignitas! |
| 5 a. Quae pro salute hominum
Caeli regem et dominum
Sacrato fovet gremio, | 5 b. Quem ordines angelici
Laudant, adorant caelici
Cives in regni praemio. |
| 6 a. O Maria,
Virgo pia,
Orta dia
Ex regia
Progenie. | 6 b. Expers maris,
Deum paris,
Portus maris
Salutaris,
Spes veniae. |
| 7 a. In cuius laude deficit
Mens, lingua, sensus, ratio, | 7 b. Sed laus haec ejus reficit
Caelesti nos solacio. |
| 8 a. Quae sola
Praebens solacia | 8 b. Est schola
Docens veracia. |
| 9 a. Scientia cum artibus,
Orationis partibus
Hanc cuncta laudant gram-
mata, | 9 b. Rhethorica cum floribus
Venustisque coloribus
Ac logicae sophismata. |
| 10 a. Dignare me
Laudare te,
O sanctissima domina, | 10 b. Libro scribi
Vitae tibi
Fac devotorum nomina. |
| 11 a. Tu trinitatis templum,
Exemplum iustitiae,
Tu renatis
Sanctitatis
Speculum. | 11 b. Tu rosa sine spina
Et via munditiae,
Tu sol lustrans
Et illustrans
Saeculum. |
| 12 a. Ductrix gregis,
Doctrix legis
Gratiae,
Patris honor,
Carmen conor
Condere. | 12 b. Sis indulgens,
Clara fulgens
Facie,
Mei memor,
Culpaē premor
Pondere. |
| 13 a. Sed vitia,
Flagitia
Tu relaxare propera, | 13 b. Ut Domino,
Quem nomino,
Mea grata sint opera. |
| 14 a. Ambitio,
Traditio,
Seditio,
Dire ne vulnus sauciat, | 14 b. Ora Deum
Placans eum,
Ne me reum
Inferni Styx deglutiat. |

- | | |
|--|--|
| 15 a. Ergo, columna
Misericordiae, | 15 b. Pacis alumna,
Basis concordiae, |
| 16 a. Me non ob reatum
Despice,
Respice
Pietatis oculo, | 16 b. Virtute beatum
Effice,
Refice
Vivi fontis poculo. |
| 17 a. Mater misericordiae, | 17 b. Spes et salus veniae, |
| 18 a. Bonitas immensa,
Plena Dei gratia,
Me patris in mensa
Pane vitae satia. | 18 b. Dat pauper amicus.
Carmen tibi mellicum,
Postulat mendicus
A te donum caelicum. |
| 19 a. Salva multis annis,
Sis nobis perennis
Vita, veritas, via, | 19 b. Ut post finem vitae
Sortiamur rite
Sempiterna bravia. |
| 20 a. Sit laus Deo patri
Natoque victoria, | 20 b. Per quem suae matri
Magna datur gloria. |
| 21 a. Nos amborum pneuma
Erigat,
Dirigat,
Cura regat sedula, | 21 b. Ut melodum neuma
Intonet,
Personet
Per aeterna saecula. |

Piae Cantiones 1582 fol. C 3 a. (Klemming II, 22 ff. als „Hymnus“) — Dies Lied ist ein umgeändertes Marienlied, das sich im wesentlichen leicht herstellen läßt. — 3 b, 1 Virum. — 5 a, 1 Qui pro salute. — 6 b, 2 Portum. — 6 b, 5 Spem. — 7 b, 1 Et schola. — 9 a, 1 Scientiam. — 9 a, 3 Hunc. — 9 b, 1 Rhetoricam. — 10 a, 3 Christe, nate ex domina. — 11 b, 1 Tu fehlt. — 12 a, 1 Ductor. — 12 a, 2 Doctor. — 13 b, 1 Orans. — 17 a, 1 Pater misericordiae. — 19 a, 1 sq. Der falsche Reim schmeckt nach dem Überarbeiter. — 21 b, 1 Et melodum.

164. De Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| 1. Laetetur Ierusalem,
Sion plaudat filia,
Nam Christus in Bethlehem
Natus est a filia;
Pax in terra comminus,
Lux in nocte claruit,
Rex et regum Dominus
Mundo dum apparuit. | 2. In caelorum sedibus
Regnat et hic cernitur,
Irrigatur fletibus,
Heu, a multis spernitur;
Ibi felicissimus
In supernis colitur,
Hic vero mitissimus
In praesaepe ponitur. |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Exsultarunt angeli
 Nato Dei filio,
 Exsultemus singuli
 In isto exsilio,
 Nam humano generi
 Salus et redemptio
 Ortus salutaris
 Venit ab initio.</p> | <p>4. Ipse fecit hominem
 Et eum paenituit
 Atque fudit sanguinem
 Et peccata abluit;
 Pneumati paraclito
 Detur laus et gloria,
 Cum patri et filio
 Per aeterna saecula.</p> |
|---|--|

R^o In Mariae filio
 Nostra gaudet contio,
 In hoc ipso parvulo
 Salvatore Domino.

Piae Cantiones 1582 fol. B 3 b. (Klemming II, 31 ff. als „Hymnus“.) —
 1, 4 est a familia. — 2, 3 Mitigatur.

165. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Psallat scholarum contio
 In hoc convivio,
 Sed Mariae filio
 Non sit oblivio,
 Nam is dat solacia
 Sua bona gratia
 Studentibus in trivio.</p> | <p>4. Respexit nos diluculo,
 Qui ardet fulmine,
 Caritatis oculo,
 A caeli culmine
 Venit huc, ut solveret,
 Quos aestus involveret,
 Christus suo fulcimine.</p> |
| <p>2. Extinxit ignem sceleris
 Hic dator gratiae,
 Exstans fructus foederis
 In orbis acie,
 Per quem regnant reguli
 Super orbem saeculi
 Cuncti in terrae facie.</p> | <p>5. Venite ergo lili
 Hunc florem legere,
 Ut nos partus filii
 Possit protegere;
 Hunc omnis laicitas
 Oret et clericitas,
 Ut det nos secum regere.</p> |
| <p>3. Totius orci saeviit
 Saevi potentia,
 Dum puella genuit
 Dei clementia,
 Mundus quidem aruit,
 Sed iam virens claruit
 Et eius simul entia.</p> | <p>6. Seraphin laudes concinunt
 Caeli palatio,
 Christo Iesu iubilent,
 Quos regit ratio,
 Hunc omnis deifice
 Collaudet mirifice
 Triplatae vitae statio.</p> |

Piae Cantiones Ecclesiasticae 1582 fol. B 5 a. (Klemming II, 45 als „Hymnus“.) — 1, 3 filii. — 5, 1 Conemur ergo gegen das Akrostichon. — 5, 5 omnis felicitas. — 6, 1 Certatim laudes gegen das Akrostichon; concinent. — 6, 3 Augenscheinlich geänderter Vers. — Akrostichon: Petrus.

166. De Nativitate Domini.

- | | |
|--|---|
| 1. Tempus adest gratiae
Hoc, quod optabamus,
Carmina laetitiae
Devote reddamus. | 3. Ezechielis porta
Clausā pertransitur,
Unde lux est orta,
Salus invenitur. |
| 2. Deus homo factus est,
Natura mirante,
Mundus renovatus est
Maria praegnante. | 4. Ergo nostra contio
Psallat iam in ostro;
Benedicat Domino,
Salus regi nostro. |

R^o Gaudete, gaudete,
Christus est natus
Ex Maria virgine,
Gaudete.

Piae Cantiones 1582 fol. F 2 a. (Klemming II, 28 als „Hymnus“.) — 2, 4 A Christo regnante. — 4, 2 iam in lustro. — R^o steht als Str. 1 an der Spitze.

167. De Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. Personent hodie
Voces puerulae,
Laudantes iucunde
Qui nobis est natus,
Summo Deo datus
Et de virgineo
ventre procreatus. | 3. Magi tres venerunt,
Parvulum inquirunt,
* * * * *
Stellulam sequendo,
Ipsū adorando,
Aurum, tus et murrā
ei offerendo. |
| 2. In mundo nascitur,
Pannis involvitur,
Praesaepi ponitur
Stabulo brutorum
Rector supernorum,
Perdidit spolia
princeps infernorum. | 4. Omnes clericuli,
Pariter pueri
Cantent ut angeli:
Advenisti mundo,
Laudes tibi fundo,
Ideo gloria
in excelsis Deo. |

Piae Cantiones 1582 fol. B 4 a. (Klemming II, 40 sq. als „Hymnus“.)

168. De Nativitate Domini.

- | | |
|---|---|
| 1. De radice processerat
Iesse virga mirifica,
Quae mirum florem gesserat,
Fecunda vi deifica. | 2. Huius virgae mysterium
Si sane vis percipere,
Virginis puerperium
Tu debes intellegere. |
|---|---|

- | | |
|---|--|
| <p>3. Flos Christus est in saeculo
 Dans odorem veraciter
 Et in caeli rosario
 Coruscans aeternaliter.</p> | <p>4. In fructum flos convertitur
 Gustando salutiferum,
 <i>Hoc est corpus</i>, dum loquitur
 Natus ante luciferum.</p> |
|---|--|

5. Granum, de cuius fructibus
 Egens turba reficitur,
 Christus pro nobis omnibus
 Cadens in terra moritur.

Piae Cantiones 1582 fol. B 1 b. (Klemming II, 18 als „Hymnus“.) —
 1, 3 sq. nach 2, 4. — 3, 2 odorem mirificum. — 4, 3 *Hoc est corpus*
 meum dum. — 4, 4 Loquitur natus ante luciferum.

169. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Congaudeat
 turba fidelium,
 Virgo mater
 peperit filium
 In Bethlehem.</p> | <p>4. Ad praesaepa
 stant bos et asinus,
 Cognoverunt,
 quod esset Dominus,
 In Bethlehem.</p> |
| <p>2. Ad pastores
 descendit angelus,
 Dicens eis:
 Natus est Dominus
 In Bethlehem.</p> | <p>5. In octava
 dum circumciditur,
 Nomen ei
 Iesus imponitur
 In Bethlehem.</p> |
| <p>3. Loquebantur
 pastores invicem:
 Transeamus
 Ad novum hominem
 In Bethlehem.</p> | <p>6. Trini trino
 trina dant munera,
 Regi regum
 sugenti ubera
 In Bethlehem.</p> |

7. Collyridas
 simul cum nectare
 Benedicat
 Christus, rex gloriae,
 In Bethlehem.

Piae Cantiones 1582 fol. B 2 a. (Klemming II, 17 als „Hymnus“.) —
 4, 4 quis esset.

170. In Nativitate Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Angelus emittitur,
 Ave dulce promitur,
 Semen Dei seritur;
 Igitur
 Porta caeli panditur.</p> | <p>2. Vim natura patitur,
 Filius concipitur,
 Virgo non corrumpitur;
 Igitur
 Porta caeli panditur.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| <p>3. Grex in nocte pascitur,
Caeli lumen funditur,
Laus in altis canitur;
Igitur
Porta caeli panditur.</p> | <p>6. Diligendus proditur,
Nil culpandus moritur,
Non vincendus capitur;
Igitur
Porta caeli panditur.</p> |
| <p>4. Gaudium praedicatur,
Pax quoque promittitur,
Bonis tamen traditur;
Igitur
Porta caeli panditur.</p> | <p>7. Cruci vita figitur,
Infernus destruitur,
Captivitas tollitur;
Igitur
Porta caeli panditur.</p> |
| <p>5. Novum sidus oritur,
Mortis umbra tollitur,
Mundi salus gignitur;
Igitur
Porta caeli panditur.</p> | <p>8. Adam nexu solvitur,
Mors orco deprimitur,
Caput hostis teritur;
Igitur
Porta caeli panditur.</p> |
9. Argumentis igitur
 In his Christus sistitur,
 Morte sic excluditur;
 Igitur
 Porta caeli panditur.

Piae Cantiones fol. A 7 a. (Klemming II, 12 mit der irrigen Bezeichnung „Hymnus“.)

171. De Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| <p>1. A dextris Dei Dominus
Initio qui
 sedet et in aevum,
 Advenit nobis comminus
 Hostem scabellum
 ponens pedis saevum.
 Ex Sion flos,
 Dulcoris ros,
 Virga viret amoene.</p> | <p>2. Hic crevit et in tegimen
 Nec non cunctorum
 dominationem,
 Caeli, terraeque regimen,
 Abs labe viri
 incarnationem
 Cepit, ut nos
 Essemus dos
 Aeternitatis plene.</p> |
|---|--|
-
- | | |
|--|--|
| <p>R^o Rosam spina parit
 sanctam vere,
 A qua gratiarum
 fluunt venae,
 Cui cor fidele
 dicat bene.</p> | <p>R^o Rosam spina parit
 sanctam vere,
 A qua gratiarum
 fluunt venae,
 Cui cor fidele
 dicat bene.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|--|
| <p>3. Hic damna ligni reparat
Surgendo scandit
 compar patri digno,
Viam salutis praeparat
Scelus ob nostrum
 mori volens ligno.
Sis nobis dux,
Hostis ne trux
 Orci nos iungat poenae.</p> | <p>4. Ut agnus insons mutuit
Coram tondente,
 dixit Esaias,
Assa caro perduruit
In ligno crucis
 torrido, Messias
Sic iuvet nos,
Ne Dytis os
 Voret ardore plene.</p> |
|--|--|

Piae Cantiones 1582 fol. G 1 a. (Klemming II, 70 irrthümlich das Lied als Hymnus bezeichnend.) Vgl. Anal. XX, 104, wo ein kürzerer und sehr abweichender Text mitgeteilt ist.

172. In Nativitate Domini.

Benedicite.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Tres personas Trinitatis,
Unum esse deitatis,
 Hunc Deum benedicite.</p> <p>2. A quo subsistunt omnia,
Rerum simul essentia,
 Hunc Deum benedicite.</p> <p>3. Deum creantem omnia
Universorum entia,
 Hunc Deum benedicite.</p> | <p>4. Tres in fornacis medio
Odizant cum tripudio:
 Hunc Deum benedicite.</p> <p>5. Et Christum Dei filium
Ac sanctum quoque spiritum
 Cantantes benedicite.</p> <p>6. Et nos in hoc convivio
Benedicamus Domino
 Cantantes benedicite.</p> |
|--|--|

7. Laudetur sancta trinitas,
Deo dicamus gratias
 Cantantes benedicite.

Piae Cantiones fol. H 5 a. (Klemming II, 2 als „Hymnus“.) — 1, 1 Benedicite tres. — 2, 2 simul entia. — 3, 1 Benedicite Dominum creantem. — 4, 1 Sic tres in. — Das Lied ist ein s. g. Benedicite, d. h. ein Tischgebet für das gemeinschaftliche Weihnachtsmahl der clericuli.

173. De Passione Domini.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Iesus humani generis,
Ex membris natus teneris
 Virgineis,
Factus est salvatio;
Psallat fidelis contio.</p> <p>2. Ovis gaudet deperdita
Et sanitati reddita,
 Vitae data,
Spreta vi pythonica
Exsulta, plebs catholica.</p> | <p>3. Hamum appendit caelicum,
Qui fructum tulit deicum,
 Magnificum,
Vincens inferni principem,
Pendens ad crucis stipitem.</p> <p>4. Aspexit nos sophia,
Exclusos ierarchia,
 Mundi via,
Emisit nobis filium,
Laudemus caeli lilium.</p> |
|---|--|

- | | |
|---|---|
| <p>5. Nomen Iesu gloriosum,
Verbum Dei generosum
In saeculum,
Cuius amara passio
Est mitis consolatio.</p> <p>6. Nostris da, pater luminum,
Culpis fore propitium
Atque pium,
Ne terreat supplicium,
Dele peccantis vitium.</p> | <p>7. Emisti tuo sanguine
A Stygis nos voragine
Et scelere;
Matris piaae hortamine
Flentem naturam respice.</p> <p>8. Sancto sit laus paraclito,
Cum patre simul filio
Prae gaudio;
Septem dona spiritus
Nobis redde divinitus.</p> |
|---|---|

Piae Cantiones 1582 fol. G 4 a. (Klemming II, 81 als „Hymnus“.) — 5, 2 Et verbum. — 7, 4 Patris pii hortamine, augenscheinliche. ungeschickte Änderung. Der Vater ermahnt nicht den Mittler zum Mitleiden, sondern umgekehrt. — Akrostichon: Iohannes.

174. De Passione Domini.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Amoris opulentiam
Christus morte testatur,
Ad veram paenitentiam
Suos semper hortatur:
Expulsus sum ab omnibus
Et exsul cum exsulis,
Maestum de suis domibus
Expellunt me cum canibus;
Audite, quod rependitur,
Caelorum rex offenditur.</p> <p>2. Remotis meis vestibus
Sum funibus ligatus,
Iniuste victus testibus,
Flagellis flagellatus;
Amoris passionibus
Iuncturas dissolvebant,
Gingivae tusionibus
Oris intumescebant,
Rumpuntur venae tactibus,
Assiduis incursibus.</p> <p>3. Alapis caesa centies
Est veneranda facies,
Coagulatus quinquies
Sanguis deformat species,
Intitulatur passio
Honoris exhibitio,
Angore cor inficitur,
Cruci corpus affigitur,
Pedes perfossi pondera
Portarunt salutifera.</p> | <p>4. Latus ferro transfigitur,
Spinis punctus arguitur,
Extensa membra tenera
Pendent, nudata viscera;
Naturae solvi debitum
Patri commendans spiritum.
Attende, qualem exitum
Sum passus et interitum,
Discurre probans omnia,
Quod nemo curat talia.</p> <p>5. O qualis retributio,
Contrarii commissio,
Magistratus despectio
Pro caritatis studio!
Infelix finis talium,
Aeterna mors stipendium,
Nautarum exclamatio
Sum semper et probatio,
Ut Samson fortis viribus
Oro pro peccatoribus.</p> <p>6. Suavis Deus, omnium
Miserere peccantium,
Tales vermes occidere
Quid tibi pro hoc gloriae?
Eis magis compateri,
Tu, pater omnis gratiae,
Convertere laudabilis
Et esto deprecabilis.
Ubi misericordiae
Davidis in progenie?</p> |
|--|--|

7. Memorare substantiae,
Pater, tuae familiae,
Adfatur patrem filius,
Quod vix fiat celerius,
Miserebor ramusculis
David fugatis vitiis,
Aeternitatis cellulis
Locans pro paenitentiis,
Nobis optati taliter
Regnabunt aeternaliter.

Piae Cantiones imp. 1582 fol. G 3 a. (Klemming II, 71 mit der irrigen Bezeichnung „Hymnus“.)

175. De Passione Domini.

I.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Autor humani generis,
Pietatis
Mirabilis consilio, | 1 b. Pro redimendis miseris
Morti datis
Suo non parcens filio, |
| 2 a. Natum Maria virgine
Morti crucis exposuit,
Qui passus sine crimine
Exsolvit, quae non rapuit. | 2 b. Fulget crucis mysterium,
Aeternae lucis speculum,
Cui subditur imperium
Rectorum huius saeculi. |
| 3 a. In paradisi gremio
Lignum vitae productum | 3 b. Nostri laboris praemio
Salutis profert fructum. |
| 4 a. Agnus haerens in vepribus
Pro Isaac occiditur, | 4 b. Anguis spectandus omnibus
Cruce pendens erigitur. |
| 5 a. Haec est ara salutaris,
Rigata rivis sanguinis, | 5 b. Qua, Christe, sacrificaris
Pro lapsi culpa hominis. |
| 6 a. Cruci clavis affigeris,
Tu patrem placans hostia, | 6 b. Sic confixus erigeris,
Leti fracturus ostia. |
| 7 a. Distenditur in stipite
Crucis caro virginea, | 7 b. Ostenditur in capite
Sacro corona spinea. |
| 8 a. Sanguis et unda profluit
De fossi fonte lateris; | 8 b. Sic miseris crux profuit,
Quam innocenter pateris. |
| 9 a. Hoc exaltatus solio,
Ut ad te trahas omnia, | 9 b. Rixae destructo lolio
Fers ad amplexus brachia. |

- | | |
|---|---|
| 10 a. Cor ad amandum aperis
Inclinans os ad oscula, | 10 b. Suffers plagas, dum caperis,
Sputa, flagella, vincula, |
| 11 a. Matrem piam discipulo
Commendans, patri spiritum, | 11 b. Aceti sumpto poculo
Carnis exsolvens debitum. |
| 12 a. Sic morte mortem destruis
Vincens inferni principem, | 12 b. Qui latronem instituis
Tui regni participem. |
| 13 a. Succurre nobis, Domine,
Qui passus es pro homine, | 13 b. Fac nos in tuo numine
Frui caelesti lumine. |

II.

- | | |
|--|---|
| 1 a. A peccatis
Perpetratis
Reos libera,
Indulgere scelera
Accelera. | 1 b. Tibi gratos
Et beatos
Pios effice,
Vitae verae perfice,
Nos aspice. |
| 2 a. Tropaeo fac nos inclito,
Quo superas diabolium, | 2 b. Cum spiritu paraclito
Hostem calcare subdolum. |
| 3 a. Ave, crux,
Turmae dux,
Forma paenitentiae,
Tu Peccatorum venia. | 3 b. In te spes,
Et (re)quies,
Norma patientiae,
Caelorum tangens moenia. |
| 4 a. Nostrae salutis ancora,
Tu portus in naufragio, | 4 b. Qui mundi placas aequora
Pacis dato suffragio. |
| 5 a. Tu vexillum regis
Es victoriae,
Decoratum
Dignis lucis dotibus. | 5 b. Tu sigillum legis,
Decus gloriae,
Sublimatum
Signis et virtutibus. |
| 6 a. Ab hostis maligni
Fallacia
Atque pertinacia
Virtutis
Defende
Nos potentia, | 6 b. Ut Iesu benigni
Nos gratia
Ducat ad solacia
Salutis
Colendae
Cum clementia. |
| 7 a. Qui regnat in caelis,
Cum angelis
Exaltatus
Sine termino, | 7 b. Ubi grex fidelis,
Archangelis
Sociatus,
Canit Domino. |

8 a. Cui aeterna
Cum gloria
Sit laus cunctorum
Sedula

8 b. Pro superna
Victoria
In saeculorum
Saecula.

III.

1 a. Cantate cantica, socii,
Crucis signati
charactere.

1 b. Consortes tanti negotii,
Laetemur parili
foedere.

2 a. Culpa liberemur,
Mundemur,
Purgemur
A fomite.
Laudes congaudentes,
Plaudentes,
Psallentes
Depromite.

2 b. Vita reparata,
Beata,
Donata
Recipitur,
Dum nostrae corhortis
Plebs mortis
A portis
Eripitur.

3 a. Christum ducem,
Qui per crucem
Nos ad lucem
Duxit gratiae,
Veneremur,
Imitemur,
Gratulemur
Laeta facie.

3 b. Cunctis locis
Piis iocis,
Dulcis vocis
Claro studio
Personemus,
Decantemus,
Iubilemus
Cum tripudio.

4 a. Pater, natus, sacrum flamen
Det nobis spem et solamen,

4 b. Nos veniens ad examen,
Christus iudex salvet. Amen.

Piae Cantiones 1582 fol. F 2 a sqq. (Klemming II, 74 ff. alle drei Stücke als einen „Hymnus“.) — II. 5a, 4 locis dotibus.

176. In Resurrectione Domini.

1. Cedit hiems eminus,
Surrexit Christus Dominus
Tulitque gaudia;
Vallis nostra floruit,
Reviviscunt arida,
Postquam ver intepuit
Recalescunt frigida.

2. Pastor, qui pro ovibus
Ducendis ab erroribus
Ponebat animam,
Libens ferre voluit
Crucis poenam maximam;
Solvit, quae non rapuit,
Per mortem turpissimam.

3. Vidit et condoluit,
 Quod ovis una defuit
 Errans per devium,
 In deserto deserit
 Magnum gregem ovium,
 Abit, quaerit, reperit
 Errantem per devium.

4. Magna miseratio!
 Quam deduxit de devio,
 Imponit umeris.
 Non est dolor similis
 Dolori, quem pateris,
 Iesu, qui sic humilis
 Factus es prae ceteris.

5. Mortis nexu diruto,
 Dracone surgens obruto
 Depraedans inferos,
 Pharaonis impio
 Captivos et miseros
 Ducens ab imperio
 Choros usque superos.

Piae Cantiones 1582 fol. G 5 a. (Klemming II, 108.) Vgl. das Lied gleichen Anfanges Anal. I, 98, das aber mit diesem nur die erste Strophe gemein hat.

177. De sanctissima Trinitate.

1. Triformis relucentia
 Abundat in solio,
 Lucis deficientia
 Carens ab initio,
 Est honor, virtus, gloria
 Uniformi radio,
 Qui supra rerum entia
 Lucet abs primordio.

4. Magnus Deus in opere,
 Maior in natura,
 Potens mira perficere,
 Patet in creatura,
 Qui polum scivit pingere
 Plasmabili pictura,
 Cuncta disponit pondere,
 Numero et mensura.

2. Haec lux mirando lumine
 Mira triplex adfuit
 Seraphico in culmine
 Formulasque coluit,
 Cuncta, quae sunt sub tegmine
 Polorum, composuit,
 Potentias in homine
 De non ente statuit.

5. Auctor descendit caelitus
 In caritate pura,
 Occultans se divinitus
 Sub lili clausura.
 Quidnam admirabilius
 Quam virgo paritura,
 Quod Isaias penitus
 Prospexit in figura?

3. O quam pater ingenitus
 Excellens potentia,
 Patre procedit genitus,
 Dives sapientia,
 Ab utroque spiritus,
 Praedulcis clementia,
 Hae tres personae penitus
 Simples essentia.

6. Sol vertitur zodiaco
 Gradiens in geminis,
 Dum sol supremus thalamo
 Iuvenescit virginis,
 Erupit fons cum balsamo
 Caelicae dulcedinis,
 Rosa crevit de calamo
 In salutem hominis.

7. **Fecit grande convivium**
 Anator castitatis,
 Suscipiens homagium
 Nostrae fragilitatis;
 Qui carnis per supplicium
 Nos redemit gratis,
 Laudemus Dei filium
 Cum angelis beatis.

R^o Optima sunt entia
 Optimam ducentia
 Vitam in empyreo.

Piae Cantiones fol. H 7 a. (Klemming II, 8 ff. als „Hymnus“. — 2, 1
 Lux haec gegen das Akrostichon. — 3, 3 procedit filius gegen den Reim. —
 3, 5 Ab utroque manat. — 5, 5 Unreiner Reim. — Akrostichon: Thomas
 fecit.

178. De ss. Trinitate.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Bene quondam dociles
 Scholares mirari
 Coeperunt, mirabiles
 Videntes creari
 Res et has dissimiles
 Actus operari;
 Coepit Aristoteles
 his miris philosophari.</p> | <p>4. Credimus stabiliter
 Fide non creatum
 Patrem aeternaliter
 Generasse natum,
 Et flamen aequaliter
 Ab utroque latum;
 Unum, tres pariter,
 sunt hi super omne creatum.</p> |
| <p>2. In intellegentiam
 Primi entis vere
 Sensus per notitiam
 Veteres venere,
 Quo primam essentiam
 Res omnes sumpsere,
 Affirmant quoniam
 nil posse creante carere.</p> | <p>5. Expedit grammaticis
 Leviter transire
 In rebus deificis,
 Quam quid definire,
 Ne queant haereticis
 Nostri consentire,
 Sitque theologicis
 iudicare facile de re.</p> |
| <p>3. Ridet licet physici
 De philosophia,
 Quanto plus catholici,
 Qui ex prophetia
 Fiunt scientifici,
 Non ex phantasia,
 Nam data multiplici
 fit eis virtute sophia.</p> | <p>6. Regem Deum credimus
 Trinum in personis,
 Quem praeesse novimus
 Malis atque bonis,
 Nequaquam concedimus
 Tres deos in thronis,
 Sed Deus est unus,
 ang(e)lorum canitur sonis.</p> |

7. Ut possimus fidere
Trinitatem esse,
Simplicibus sapere
Non plus est necesse,
Quam valebunt metere
Fidei de messe,
Immo minus capere
docti reputant facile se.

8. Scholares in trivio
Studentes gubernata,
Regnans ab initio
Trinitas aeterna,
Fac vita cum gaudio
Frui sempiterna,
Puros a vitio
ducens ad regna superna.

Piae Cantiones 1582 fol. H 6 a. (Klemming II, 3 ff. als „Hymnus“). — 3, 1 Vident, gegen das Akrostichon. — 4, 7 sq. sunt pariter hi, gegen das Metrum. — 6, 7 Verum Deus. — 8, 7 Puros nos a. — Akrostichon: Bircerus; ob mit demselben Birgerus Gregorii, Erzbischof von Upsala, gemeint ist, von dem wir liturgische Dichtungen besitzen?

Cantiones Partheniae.

179. Laus Virginis.

1 a. Laus virginis
Nati sonat cum iubilo,
Fraus criminis
Absit culpae
fugato nubilo.

1 b. Parens carens
Originis contagio,
Totis votis
Te carminis
laudat praeconio

2 a. Coetus nostri collegii,
Laetus festo
natalis regii.

2 b. Cedit luctus tristitiae,
Redit per te
fructus iustitiae.

3 a. Praedestinata nosceris
In salutem credentium,

3 b. Sancta priusquam nasceris
In lucem orta gentium.

4 a. A prophetis praecognita
Signorum aenigmatibus,

4 b. Quae decretis es praedita
Donorum charismatibus.

5 a. David semen, stirps regia,
Virga Iesse florigera,

5 b. Virgo, proles egregia
Servans pudoris foedera.

6 a. Tu stella,
Quae bella
Procellarum destituis,

6 b. Maria,
Spem pia
Gratiarum restituis.

7 a. Porta clausa nec pervia,
Orta nobis
qua lux est praevia;

7 b. Portus maris periculis,
Hortus clausus
Dei signaculis.

- | | |
|--|--|
| 8 a. Signo fons indeficiens
Signatus sancti spiritus, | 8 b. Redundari sufficiens
Mundo fluentia caelitus. |
| 9 a. Audi nos,
Dos,
Honoris et flos,
Inter florum
et rosarum milia
Tu primatum
solus possides. | 9 b. Vitae pax,
Fax
Amoris verax,
Quae caelorum
regem, nati filia,
Nobis placas,
cui nunc assides. |
| 10 a. Tu es virtutis
Nos trahens exemplum,
In odorem
post te currimus. | 10 b. In spe salutis
Ad te, pacis templum,
Tremantes ab
hoste fugimus. |
| 11 a. Cuius dira nequitia,
Fallax et infidelis,
Seduxit nos ad vitia
Deceptionum telis, | 11 b. Ut tandem ad supplicia
Secum trahat crudelis,
Ab eius nos saevitia
Semper tueri velis. |
| 12 a. O salus hominum,
Curans nos dextera, | 12 b. O lumen luminum,
Illustrans aethera! |
| 13 a. Tu rubus ardens crederis,
Tu vellus Gedeonis, | 13 b. Tu arcus sacri foederis,
Tu thronus Salomonis. |
| 14 a. Tu caeli sanctuarium,
Tu clavis paradisi, | 14 b. Verbi Dei sacrarium
A patre indivisi. |
| 15 a. Excelsa super sidera,
Tibi cedit natura, | 15 b. Nam te virtutum opera
Praesignant in scriptura. |
| 16 a. Tu Iudith fortis,
Hester mortis
In caput sententiam
Convertens Haman pravi, | 16 b. Tu Sunamitis,
Ioel vitis,
Sisaris potentiam
Refutans ictu clavi. |
| 17 a. O sancta domina,
Precamur miseri : | 17 b. Tu nostra nomina
Fac caelis inseri. |
| 18 a. Nato commenda
Et emenda
Nos consilio, | 18 b. In hoc dignare
Gubernare
Nos exscilio. |
| 19 a. A malis erue,
Adversa destrue,
Statum innocuae
Vitae restitue. | 19 b. Reatum dilue,
Salutem tribue,
Stola perpetuae
Pacis nos indue. |

- | | |
|--|---|
| 20 a. Te collaudantes aspice
Nos, decus angelorum, | 20 b. Quae dignitatis apice
Tenet arcem caelorum. |
| 21 a. Eia, solari facie
Splendens caeli regina, | 21 b. Caelestis aula gratiae,
Serva nos a ruina. |
| 22 a. Tu vas virtutum,
Nobis tutum
Esto scutum
Muniens
Ab ira Dei magni; | 22 b. Tu forma legis,
Mater regis,
Ductrix gregis,
Uniens
Morte redemptos agni. |
| 23 a. Te cordis studio
Exorat animus, | 23 b. Vocis tripudio
Melos hoc canimus, |
| 24 a. Ut nos conducas
Et adducas
Regi Domino, | 24 b. Qui regnat tecum
Et tu secum
Sine termino. |
| 25 a. Qui se dedit in pretium
Nostrae redemptionis, | 25 b. Det quoque per te praemium
Remunerationis, |
| 26 a. Ut congaudentes
Et plaudentes
Ingiter
Nos unitati trinae | 26 b. Laudes pangamus
Et canamus
Dulciter
Regnanti sine fine. |
| 27 a. Sit finis huius carminis
Et cantio finita, | 27 b. Quae dicitur Laus virginis.
Christo laus infinita. |

Cantiones Piae 1582 fol. D 1a. (Klemming II, 33 ff. als „Hymnus.“) — Das Lied ist augenscheinlich wieder ein auf Christus ungeschickt genug umgekehrtes Marienlied. Denn wie kann ein vernünftiger Mensch von Christus sagen: Porta clausa nec pervia! Cfr. 6a, 1. — 1b, 1 Natus carens, den Reim zerstörend; vgl. 1b, 3. — 3a, 1 Praedestinatus. — 3b, 1 Sanctus. — 3b, 2 ortus. — 4a, 1 praecognitus. — 4b, 1 Qui; praeditus. — 6b, 1 Sophia. — 7a, 2 Hora nobis. — 10b, 5 regem tuum patrem (patrem reimt mit filia!). — 11a, 1 virtutum. — 17a, 1 O nate Mariae, gegen den Reim. — 18a, 1 Patri commenda. — 20b, 1 Qui dignitatis. — Nach Str. 20 folgen zwei Strophen, die wohl aus einem andern Liede entnommen sind, da sie mit dem Gedankengange dieses Weihnachtsliedes gar keinen Zusammenhang haben:

O dulcis Iesus,
Spinis laesus,
Flagris caesus
Asperis,
Velis placatus fore,
Inferni portas urgens
Inde tuos duxisti

Qui lux de luce
Victo duce
Pendens cruce
Sceleris
Indutus es splendore.
Post triduum resurgens
Mundi victor fuisti.

21a, 2 nate regina. — 22b, 2 Fili regis. — 22b, 3 Sis dux gregis. — 24a, 3 Patri Domino. — 25a, 1 Qui te dedisti pretium. — 25b, 1 Da quoque in te.

180. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Psallat fidelis contio
Cum gaudio
Iubilando Mariae, | 1 b. Et praesentemus cantica
Organica
Sollennis melodiae. |
| 2 a. Quam sine labe criminis
Et salvo flore virginis
Matrem pater elegit, | 2 b. Per quam gustus exitii
Et perpetis exsilii
Ius pristinum infregit. |
| 3 a. Tu es pincerna veniae,
Dives in caritate,
Et fons misericordiae
Manans suavitate. | 3 b. Tu stella pudicitiae,
Tu vitae medicina,
Peccati telo sauciae
Munditiae cortina. |
| 4 a. O nobilis puerpera,
Mundi tu lavas scelera,
Hoc orbi perfecisti, | 4 b. Et mortalium generi
Clausisti portas inferi
Vectesque confregisti. |
| 5 a. Flos virginum,
Dux agminum
Caelestium,
Prae ceteris hominibus
Beata. | 5 b. Tu servulus
Periculis
Refugium,
Caelestibus agminibus
Praelata. |
| 6 a. O regina,
Sine spina
Tu rosa vernalis,
Dans odorem
Dulciorem
Paradisi malis,
Tu gemma principalis,
Signum dumi,
Virga fumi
Vigor aestivalis. | 6 b. Stella maris
Appellaris
Lapsis in sentinam,
Peccatorum
Naufragorum
Dirige carinam
Ad patriam divinam,
In qua domo
Nullus homo
Patitur ruinam. |
| 7 a. Maria, salus hominum,
Medicina criminum,
Te decet post Dominum
Laus, honor et potestas, | 7 b. Nam ex te manat gratia,
Pax, misericordia,
Fides, temperantia,
Lux, bonitas, maiestas. |
| 8 a. Tu nati tui filia,
Supremi genitoris,
Continetis omnia
Nostrique creatoris,
Tu manna es saporis. | 8 b.
.
.
.
.
. |

- | | |
|---|---|
| 9 a. Area arida,
Quam supernus
humor irrigavit,
Vinea regia,
Rosa spinæ nescia,
Quam Deus plantavit. | 9 b. Tu sine semine
Nati Dei
mater exstitisti,
Caelicos aditus,
Vetitos introitus
Orbi reclusisti. |
| 10 a. Tu adolescentulis
Oleum effusum,
Salus in periculis,
Spes in offendiculis,
Ostium praeclusum. | 10 b. Tu nautae fluctivago
Sidus salutare,
Ancora tu naufrago,
Submersis in pelago
Nobis auxiliare. |
| 11 a. Tu principium
Nostræ salvationis,
Reduc devium
Ad thronum Salomonis. | 11 b. Flecte rigidum
Mundanis inhaerentem,
Fove frigidum
A crimine torpentem. |
| 12 a. Impetra divinitus
Laude te laudantibus
Et in te sperantibus
Vitam cum beatis, | 12 b. Ut sublati penitus
Poenis infernalibus
Iungamur agminibus
Deo sociatis. |

13. O mater pietatis.

Piae Cantiones 1582 fol. E 1b. (Klemning II, 41 als „Hymnus“.) — Dies Lied ist ein in den Piae Cantiones oberflächlich und ungeschickt umgeändertes Marienlied und hier hergestellt. Doch bleibt die Herstellung in Str. 2 und 4 fragwürdig, da nicht durchsichtlich, wie weit die Retouche gegangen. — 1a, 3 Carmen nato Mariae. — 2a, 1 Quem. — 2a, 2 Ex pura carne virginis. — 2a, 3 Natum pater. — 2b, 1 quem. — 3a, 1 Hic est. — 4a, 1 O nate ex puerpera. — 5a, 1 Flos iuvenum; hier ist die Korrektur handgreiflich, weil sie den Reim virginum — agminum zerstört hat. — 5a, 5 Beate. — 5b, 1 In seriis, was den Reim zerstört. — 5b, 5 Praelate. — 6a, 1 Natē diva; hier ist wieder an der Zerstörung des Reims der Überarbeiter erkenntlich. — 6a, 8 bis 10 stehen irrtümlich (vgl. Reim und Sinn) zwischen 6b, 7 und 8. — 7a, 1 O Christe salus. — 8a, 1 Tu natus es ex. — 9b, 2 sq. Natus Dei patris. — 11a, 2 Verae salvationis. — 12a, 2 Adplaudē laudantibus.

181. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Unica, gratifera,
Legis veteris umbræ fuga,
Veritatis lucifera,
Virgo florigera,
Regali stirpe progenita
Deo gratissima. | 1 b. Ex Iacob surgit stella,
Mundo dum oreris lucida,
Florens virgula arida
Aaron mystica,
In cuius flore mirifice
Fructus producitur. |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| 2 a. Novum signum
Laude dignum
Imitatur mirabile, | 2 b. Incarnari,
Mundo dari
Caelo misit verbum pater, |
| 2 c. Dum implevit,
Quod decrevit,
Virum circumdans mulier. | |
| 3 a. Florum flos,
Virtutum dos,
Virgo rosa
Formosa,
Tu vitis fructuosa,
Absint per te dolosa,
Absterge vitia. | 3 b. Sola spes
Tu nobis es,
Doctrix morum
Bonorum,
Solamen peccatorum,
Iuvamen miserorum,
Pro nobis supplica. |
| 4 a. Gaude, Mater mirabilis,
Quae in scripturis
Et figuris
Fulges venerabilis,
Spectabilis. | 4 b. Rubus ardens non uritur,
Dum impraegnatur,
Fecundatur
Parens viri nescia,
Virgo pia. |
| 5 a. De monte sine manibus
Lapis mire praescinditur,
Nam de fiscella
A puella
Moyses educitur,
Vitae datur. | 5 b. Lignum aquis immergitur,
Marath dulcor infunditur,
Nam servans urna
Nos diurna
Pane vitae praepara,
Salvifica. |
| 6 a. Terrarum
Nostrarum
Fons rigans superficies,
Ex te nostrae salutis spes;
Velut de pratis
Voluptatis
Fluvius egreditur,
Fons laeditur. | 6 b. Servorum
Tuorum
Preces benigne suscipe,
Mater misericordiae,
Placaus iratum
Redde gratum
Nostrum ministerium
Deificum. |
| 7 a. Tu veri Salomonis
Eburneis [in] thronis
Apta coronis
Hanc plebeculam, | 7 b. Porta Ezechielis,
Tu lacus Danielis,
Casta, fidelis,
Tu mundi domina. |
| 8 a. Implorat, qui cognoscit
Se reum, et deposcit
Per te sublimari | 8 b. Ab imis ad suprema,
Caeleste diadema
Ora nobis dari. |
| 9 a. Cum digne de te fari,
Te venerari
Non valeo, | 9 b. Respice affectum,
Cura defectum,
Iuvamen praestito. |

10 a. Resuscita depressum
Et obtine ingressum
Pacis infinitae,

10 b. Ab hostibus defende,
Pium natum ostende
Post hunc finem vitae.

Piae Cantiones Ecclesiasticae 1582 fol. D 7 a. (Klemming II, 49 ff. als „Hymnus“.) — Auf Christus umgeändertes Marienlied. — 3, 3 Christe rosa. — 3 b, 3 Doctor morum. — 4 a, 1 Gaude Christe mirabilis. — 6 b, 4 Pater misericordiae. — 7 b, 3 Caste. — 7 b, 4 domine gegen den Reim. — 10 b, 1 und 2 umgestellt. — 10 b, 2 Pium patrem ostende.

182. De beata Maria V.

1. Virgo mater piissima
Cunctorum plasmatoris,
Tu mihi sis certissima
Salvatrix peccatoris,
Sis omnibus in horis
Te corde flagitantium
Et ore collaudantium
Stipendium laboris.

2. Praecellit rosa lilium
Candore puritatis,
Virgo adorat filium,
Quem parit, castitatis;
Haec sidus claritatis,
Haec balsamo suavior,
Sole, luna splendidior
Fervore caritatis.

3. Virtutum flos et gratiae
Aures ad nos inclina,
Placata patris facie
Charismata propina,
Nos a mundi sentina
Celerius eripias
Et tecum nos custodias
In unitate trina.

Piae Cantiones 1582 fol. I 2 b. (Klemming II, 59 als „Hymnus“.) — Umarbeitung eines Marienliedes auf Christus. — 1, 1 O Christe, rex piissime. — 1, 2 plasmatorum. — 1, 3 Tu nobis sis certissime. — 1, 4 Solamen peccatorum.

183. De beata Maria V.

1. Salve, flos et decus ecclesiae,
[Lumen huius viae
Ad te clamans sitio];
Te fatentur sacrae prophetiae
[Voxque Isaiae]
Puram omni vitio.
Virgo sine viro peperisti
Et post partum virgo peperisti,
Mater Iesu Christi,
Qui caret initio.

2. Haec adest, ubi periclitatur,
Vere nuncupatur
Portus navigantium;
In ardore rubi praesignatur
Et pie vocatur
Mater desperantium.
Moysi haec scirpea fiscella,
Praebens lapsis gratiarum mella,
Lucens maris stella,
Via deviantium.

3. Sublevatrix pia miserorum,
 Ad regnum caelorum
 Duc nos post exilium,
 Relevatrix pia peccatorum,
 Rectrix supernorum,
 Da sanum consilium.
 O dulcis, o clemens atque pia,
 Sis nobis directrix atque via
 In extremis, dia,
 Fer nobis auxilium.

Cantiones Piaae 1582 fol. A 7b. (Klemming II, 48 als „Hymnus.“) — Umarbeitung eines Marienliedes auf Christus; das zeigen aufer den zerstörten Reimen in Str. 1 vor allem 2, 7 und 9, da Moysi fiscella und maris stella typische Beiworte Mariens sind. — 1, 2 Iesu Christe pie. — 1, 3 Patris in palatio; der Reim der 3., 6. und 10. Verse ist gleitend. — 1, 5 Lexque vitae tuae. — 1, 6 Purum. — 1, 7 Virgo sine viro peperit te. — 1, 8 Et post virginem declaravit se. — 1, 9 Frater Iesu Christe. — 1, 10 cares. — 2, 1 Hic. — 2, 6 Pater. — 2, 7 hic. — 3, 1 Sublevator pie. — 3, 4 Relevator pie. — 3, 5 Rector. — 3, 7 pie. — 3, 8 director nostrae viae. — 3, 9 Et extremo die.

184. De beata Maria V.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, regina omnium,
Maria, salus hominum
Credentium,
Quae pauperes salvare
voluisti. | 2. Tu solis habitaculum,
Iustitiae spectaculum,
Signaculum,
Tu sola patri semper
placuisti. |
| Tu virtutis principium,
Tu pauperum refugium,
Solacium,
Tu lumen verum mundo
contulisti. | Tu vitae propugnaculum,
Tu summi Dei aureum
Palatium,
Tu caput Holofernis
constrivisti. |
| Te collaudat exercitus
Caelestis angelorum,
Magnificat,
Glorificat
Et praedicat,
Adorat omnis ordo
beatorum. | Tu balsami suavitas,
Tu odor pigmentorum,
Tu caritas,
Tu castitas,
Tu bonitas,
Tu fragrans cella plena
unguentorum. |
| 3. Ad te clamantes respice,
Maria, pie protege
Et eripe
A laqueo aeterno
damnatorum | |

Mentes aegrorum refove,
Lapsorum gressus erige
Et dirige
Ad te tuorum corda
famulorum.

Tu lilium convallium,
Tu malum granatorum,
Tu campi flos,
Virtutum dos,
Et caeli ros,
Tu perduc nos ad regna
supernorum.

Piae Cantiones 1582 fol. I 3 a. (Klemming II, 55 ff., als „Hymnus“ bezeichnet.) Dies offenbar auf Maria verfasste Lied ist in den Piae Cantiones auf Christus umgedichtet mittels folgender Änderungen: 1, 1 Ave, rex regum omnium. — 1, 2 O Iesu, salus. — 1, 4 Qui. — 2, 4 solus. — 3, 2 O Iesu pie.

Cantiones de Sanctis.

185. De s. Henrico Upsalensi.

- | | |
|---|--|
| 1. Ramus virens olivarum
Per columbam panditur,
Binum genus animarum
Area Noë clauditur. | 5. Vpsalensem praesulatum
Regno rexit Sueciae,
Per Ericum sublimatum
Pro cultu fiduciae. |
| 2. Apex montis abscondatur,
Aquae vis dum tollitur,
Nubis sordes expurgatur,
Signum rei ponitur. | 6. Ardor strinxit caritatis
Corda patronorum,
Via ducti veritatis
Sorte supernorum. |
| 3. Grande mirum pietatis,
Arca dum salvatur,
At tunc cunctis animatis
Ira Dei datur, | 7. Laeti petunt Finnorum
Terram pervenire,
Cultum pellunt daemonum
Palmam reperire. |
| 4. Velut nostro demonstratur
Doctori Finlandiae,
Fides Christi dum fundatur,
Linguenti terram Angliae. | 8. Doctor mirae sanctitatis,
Ponens se periculis,
Formam verae pietatis
Turbis dans incredulis. |

- | | |
|--|--|
| <p>9. Uersus partes rex Ericus
Tendens domicilii,
Sanctus praesul hic Henricus
Comes fit exsilii.</p> | <p>Adest licitor vehementer
Potum dans exitii.</p> |
| <p>10. Subit poenas patienter
Palmas per martyrii,</p> | <p>11. Christus nobis patrem oret,
Pacem servans patriae,
Laudis turba quem decoret
Firma fide varie.</p> |

R^o Ergo, plebs Finnonica,
Gaude de hoc dono,
Quod facta es catholica
Verbi Dei sono.

Piae Cantiones 1582 fol. N 2 a sq. (Klemming IV, 93.) — Das Akrostichon dieses Liedes, Ragvvaldus, verrät uns, daß dasselbe Ragvaldus I, Bischof von Abo († 1266), oder Ragvaldus II. († 1321) zum Verfasser hat. Str. 11 ist augenscheinlich „verbessert;“ wahrscheinlich hieß es: Praesul oder Pater nobis Deum oret etc., wenn nicht noch weitere Änderungen vorgenommen wurden, denn die Str. sieht verballhornt genug aus.

Cantiones Morales.

186. De Parabola Cenae Regalis.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Homo quidam, rex nobilis,
Dives in caritate,
Cenam magnam divitiis
Et magna largitate
Fecit vocatis plurimis
Cordis hilaritate.</p> | <p>4. Alter, quem rex per nuntium
Rogans iussit intrare
Ad locum exsultantium
Et epulas gustare,
Spernens regis imperium
Sic coepit excusare:</p> |
| <p>2. Tempus adest, convivium
Ut intrent invitati,
Regale beneficium
Contemnunt sed ingrati,
Sic verum perdunt gaudium
Mundanis implicati.</p> | <p>5. Domum altam aedificem,
In qua gaudens manebo,
Alteram et amplificem
Et plures possidebo,
Si venero, multiplicem
Defectum hinc habebō.</p> |
| <p>3. Unus, ad quem rex miserat
Suum fidum legatum,
Uxorem quod adduxerat,
Invenit occupatum,
Venire nec aptus erat
Ad festum praeparatum.</p> | <p>6. Rex ad amicum tertium
Servum velociorem
Mittens rogat, ut regium
Non deserat amorem,
Sed derelinquens otium
Eius servet honorem.</p> |

- | | |
|--|--|
| <p>7. Respondit: Quinque debeo
 Inga boum probare,
 Quae fortia possideo
 Et ea valde care,
 Cum quibus opes studeo
 Et terras dilatare.</p> <p>8. Die dum lucrum quaereret,
 Boves defatigavit,
 Sed sero, quo quiesceret,
 Locum lassus optavit,
 Et tenebras dum cerneret,
 Noctem mulam expavit.</p> <p>9. Neglectum tunc convivium
 Incepit cogitare
 Regis et ad palatium
 Iam tarde properare,
 Clausum invenit ostium,
 Iubetur foris stare.</p> <p>10. Tunc rex aversa facie
 Dixit: huc non intrabis
 Nec epulas laetitiae
 Vel cenam hanc gustabis,
 Sed tuae neglegentiae
 Dispendia portabis.</p> | <p>11. Iam privor beneficii
 Et filiis carebo,
 Uxore cum deliciis
 Et mecum permanebo
 Pernoctans in miseriis
 Et inde magis flebo.</p> <p>12. Mundus, caro, daemonia,
 Me male seduxistis,
 Dum per diversa vitia
 Me miserum duxistis
 Et paradisi ostia
 Finaliter clausistis.</p> <p>13. Fratres, hortor, perpendite
 Tormenta graviora,
 Assidue dirigite
 Ad bona meliora,
 Ad cenam vos disponite,
 Nam brevis vocat hora.</p> <p>14. Caelestis pater gratiae,
 Qui Christum huc misisti,
 Tu nos ad cenam gloriae
 Voca a mundo tristi,
 Nobiscum stes in acie
 Amore Iesu Christi.</p> |
|--|--|

Piae Cantiones 1582 fol. M 8 b sqq. (Klemming IV, 87.) — 8, 1 Tota die lucrum quaerens gegen den Reim. — 8, 3 quod.

187. De Onere Possidendi.

- | | |
|--|--|
| <p>1. In stadio laboris
 Currunt omnes socii,
 Sed bravium honoris
 Non sequuntur singuli;
 Si non vis onerari,
 Caveas honorari,
 Honor vult onere gravari.</p> | <p>2. Sicut dulcedo mellis
 Non evacuabitur,
 Acerbitasque fellis
 Nunquam relaxabitur,
 Sic et in praelatura
 Nullus est sine cura,
 Rerum hoc exigit natura.</p> |
|--|--|
3. Sed si in libertate
 Vivere volueris,
 Vivas in caritate,
 Sic tu non dolueris;
 Nil habes, nil dolebis,
 Perditum neque flebis,
 Sed in hoc, quod habes, gaudebis.

Piae Cantiones 1582 fol. M 2 b sq. (Klemming IV, 52.)

188. De Morte.

1. Mirum, si laeteris,
Cum ex apparentibus
Magis quam ex veris
Mors concludit
Et illudit;
Dic, homo, quid tunc eris?
- Mors fallax sophista,
Breves dies hominis;
Quam vera sunt ista!
Iustus aret,
Et disparet
Fragilis arista.
- Cum sine vitiis
Homo vix in mundo,
Heu, sit, suppliciis
In lacu profundo
Agitatur
Et pulsatur
Ut ventis arundo.
2. Mors mundi figura,
Quae corrupta subito
Perit ut pictura,
Non in luctu,
Sed in fluctu
Hominem demptura.
- O mundi sophia,
Nos errantes corrige,
Veritatis via
Ut eamus,
Ne cadamus
In mortis ruina.
- Tu spes humilium,
Rutilans aurora,
Pro nobis Dominum
Iugiter implora,
Adiuvare
Tu dignare
Nos mortis in hora.
3. Hominem tam durum,
Iacentem in crimine,
Se iudicaturum,
Dum post mortem
Sciat fortem
Iudicem venturum.
- Quid artes, quid iura
Tibi prosunt homini?
Solum ad futura
Vel est *Ite*
Vel *Venite*
Iudicis censura.
- Ergo, dum veneris,
Iudex, iudicare,
Tu nostri generis
Statim memorare,
Quos emisti,
Redemisti,
Noli condemnare.

189. De Condicione Humana.

1. In hoc vitae stadio
Diversa conditio
Carnis est humanae,
Agit hic in vitiis,
Ille in divitiis,
Et hic eget pane;
Mors ut ponit metas,
subit omnis sexus et aetas,
Cum mors quemque ferit,
quis modo tutus erit?
2. Concludit in tumultu
Mors multos ex cumulo
Populi frequenter,
Occultat in pulvere
Divitem cum paupere
Tunc indifferenter;
Factis vel verbis,
homo simplex, unde superbis?
Nam, si credideris,
tu cito pulvis eris.
3. Bella movent plurima
Mundus et daemonia
Carnem infestantes,
Vulnus suffert anima,
Ex eisdem saucia
Clamant hoc gustantes:
Pace frui plena
cupiens de sorde refrena
Carnem, mortiferis
ne pareat vitiis.
4. Sursum mentem erige,
Tua facta corrige
In hac vita dura,
Labili ac flabili,
Debili ac flebili,
Cito transitura;
Sentit adhuc proles,
quod commisere parentes;
Hinc tua facta rege
nec mala corde tege.

Piae Cantiones 1582 fol. K 5 a. sqq. (Klemming IV, 19.) — Den Schlufs jeder Strophe bildet ein Distichon.

190. De Vanitate Mundi.

1. Vanitatum vanitas,
omnia sunt vana,
Nil sub sole stabile
in vita humana,
Velut fumus transiit
gloria mundana.
Ista cur amplecteris,
o tu mens insana?
2. Caecus es? an oculus
tibi caligavit
Et apertis oculis
caecitas prostravit,
Vel tuam dementiam
furor induravit?
Ista non consideras
neque cor expavit?
3. Dic, miser homuncule,
quidnam cogitasti,
Cuius erunt omnia
haec, quae congregasti?
Ad caput reponitur
tibi, quod amasti?
Nequaquam, sed possides
id, quod ignorasti.
4. Animam diaboli
rapiunt ad poenas,
Amici pecunias
dividunt amoenas,
Vermes carnem devorant
simul atque venas,
Res tua devolvitur
ad manus alienas.

5. Uxori et liberis
res tuas liquisti,
Pro his, miser, animam
tuam posuisti,
Uxor ducit alium,
quem tu non novisti,
Tui obliviscitur,
quam sic dilexisti.

6. Sic perit memoria
tuorum filiorum
Ipsis succedentibus
in prosperis bonorum,
Gaudent cum gaudentibus,
ut mos est eorum,
In tui memoria
cum sonitu verborum.

Piae Cantiones 1582 fol. I 7 a. (Klemming IV, 5.) — Dies Lied erinnert an so manche ähnliche, daß man versucht ist, es für ein Bruchstück zu halten. Es kommt hinzu, daß die Anfangsbuchstaben der 3 letzten Strophen: A, U, S auf ein verstümmeltes und verdorbenes Akrostichon hindeuten.

191. De Vanitate Mundi.

1. Mundanis vanitatibus
Astrictus potentatibus,
Nam sapiens sic instruit,
Servire magis congruit
Veris felicitatibus
Abiectis falsitatibus.
Elatus facultatibus
Resistit cum dogmatibus,
Sunt ista transitoria
Spernenda velut scoria
Propter caeli palatium,
Verum gazophylacium.

3. Traduntur in historiis
Viri digni memoriis,
Virtutibus eximiis
Fulserunt et scientiis
Cunctis, loris et viculis
Ponentes se, periculis,
Spreverunt hic terrestria,
Amplexi sunt caelestia,
Praelari solis radio
Certabant in hoc stadio,
Patris Abrahae gremio
Funguntur vitae praemio.

2. Vorax infernus surripit
Suis nos suasionibus,
Consentientem corripit
Aeternis torsionibus,
Mundus extollit leviter
Illos, quos fallit breviter,
Mortem ponens in foribus
Multos pulsat timoribus,
Carnalis urget macula
Perurens quasi facula,
Multi pro tanto vitio
Torrentur in supplicio.

4. Quorum, scholares, studio
Benigne vos erudio,
Haec vobis sit conclusio,
Vana desit confusio,
In mentem nam malevolam,
Deformem sive frivolam
Non intrat sapientia
Virtutum seu decentia;
Clamans inquit sagacia
Per mundi cuncta spatia:
Vitam bonam comperiet
Homo, qui me reperiet.

Piae Cantiones 1582 fol. K 4 a sqq. (Klemming IV, 35.) — 3, 12
Lies: Fruuntur?

192. De Fallacia Mundi.

1. Insignis est figura,
Quam adinvenit aries,
Cunctorum flos camporum,
Mundum vocando vetulam,
Gressu mirabilem,

Ambigua statura,
Cuius rugosa facies,
Asperitas membrorum
Vitae praesentis formulam
Monstrat instabilem.

Constat cunctis certissime
Iam toties expertum,
Quod defluit certissime
Finem habens incertum;
Hanc ergo credas fabulam,
Rem tam probabilem?

2. O quam multa promittit,
Longam vitam, divitias,
Favores et honores;
Tandem in fine decipit
Te fallibiliter.

Nam nudum te dimittit
Ad maximas misérias,
Dolores et horrores,
Corpus dum terra suscipit
Miserabiliter.

Possessio disrumpitur
Heredes per carnales,
Et anima demergitur
Ad poenas infernales,
Scito, quis ista recipit
Iam satis graviter.

3. Quam miser es, avare,
Qui non vis Deo credere
Nec in eum sperare,
Qui diligis terrestria
Spernens caelestia.

Praedico tibi clare,
Quod cito debes perdere,
Quae congregas avare,
Teque cum violentia
Tollit mors impia.

Versutias, astutias
Persolvis cum usura
Post carnisque delicias,
Quae possides cum cura,
Traheris ad supplicia
Semper manentia.

4. Si tamen vis salvari
Innixus Christi sanguine,
Dum tempus indulgetur,
Pietatis operibus
Insta fideliter.

Misericors placari
Pater potest facillime,
Si tamen exoretur
Cum lacrimis et precibus,
Flectitur dulciter.

Nam si conversus fueris
Corde simul et ore
Tuaque libens dederis
Divino cum amore,
Vere cum sanctis omnibus
Vives feliciter.

193. De Mundi Malitia.

- | | |
|--|--|
| 1. Nunc floret mendacium,
Pravitatis consortium,
In mundo diliguntur,
Qui falsa obloquuntur,
Veritas mutabitur,
Et fides desolabitur,
Amabitur nequitia,
Disperditur iustitia,
Prava avaritia
Iam et vana gloria
In cunctis malignatur,
Si tibi sit iustitia,
Iam mundi saevitia
Male te tristatur. | 2. Fraus donis coronatur,
Virtus suppeditatur,
Pietas et felicitas
Est tamquam bestialitas,
Indignus recipitur,
Egenus vero premitur,
Mammon, usura Satanae,
Sunt cura praecipue,
Iura renuerunt
Iam et bona diviserunt,
Mala reponuntur.
Heu, studii moralitas,
Vigoris quippe bonitas
Lapsum patiuntur. |
|--|--|

3. Tunc vis virtutis viguit,
Discipulus dum timuit
Doctorem cum pudore,
Sed iam addiscunt more
Mala propagare
Nec volunt nunc amare
Artis incrementum,
Fit ergo detrimentum
Praefatae disciplinae,
Mores dant ruinae,
Sensu abutuntur.

Piae Cantiones 1582 fol. K 3a. sqq. (Klemming IV, 38.) — 2, 2 sub pede datur; augenscheinlich Korrektur statt des mittelalterlichen suppeditare (im gleichen Sinne). — 2, 7 et Satanae. — Str. 3 fehlen drei Zeilen am Schlusse.

194. De Falsis Fratribus.

- | | |
|---|--|
| 1. O mentes perfidas
et linguas duplices
Et testes subdolos
et falsos iudices!
Aurate fabricant
fraudum artifices
In dorso pauperum
ferrum et silices. | 2. Impune frangitur
fides in publico,
Vix potest credere
privignus vitrico,
Vix pater filio,
vix aeger medico,
Ipse, qui conqueror,
in fide claudico. |
|---|--|

3. Ubique timeo
dentem vipereum,
Venenum seminant
vendentes oleum,
Qui tecum loquitur,
trahit ad laqueum,
Ut tibi temperet
doloris balneum.

5. Si bonum fecerim,
occulte lacerat,
Si malum aliquid,
fingens exaggerat,
Si verum approbo,
in multis peierat,
Ut prosit hostibus,
amicos vulnerat.

4. Nullus nocentior
hoste domestico,
In magno decipit
sicut in modico,
De non ambiguis
aperte iudico,
De fratris laqueo
vix pedem explico.

6. Minatur filio
mortis in radio,
In visu regulus,
in cauda scorpio,
In dente coluber,
princeps in gladio,
Ficta simplicitas
in falso labio.

7. Clamori super hoc
infero terminum,
Per aegritudines,
per ictus fulminum
Romana curia
fovet periurium,
Pro nummi gratia
salvat mendacium.

Piae Cantiones 1582 fol. K 2 a sqq. (Klemming IV, 41.) — 7, 6
periuria. — 7, 8 mendacia.

195. De Temporum Iniquitate.

1. Honestatis
Decus iam *mutatur*,
Occultatur veritatis
Splendor per mendacia,
Conculcatur castitatis
Rosa sub luxuria,
Omnis *aetas*, *sexus*, *ordo*
Studet avaritiae,
Transit *metas* morum, corde
Complectuntur vitia.

2. Heu indigni
Quaerunt *sublimari*,
Ut *lucrari* subditorum
Valeant pecunias,
Strata namque vitiorum,
Heu, perdunt animas
Et egenos privant bonis
Nec dant elemosynas,
Sed potentes ditant donis
Propter amicitias.

3. Amicorum

Fides iam *vacillat*,
Et *titillat* cor eorum
Adulans fallacia,
Cum propinat fel pro melle
Per verba praedulcia,
Ore plaudant et *applaudant*
Sibi per convitia,
Corde *fraudent* meditando;
Haec nunc amicitia.

4. Audi, fili,

Morum *disciplinam*
Et *doctrinam* Salomonis
Attendens cor inclina,
Ut securus salvatoris
Sequaris vestigia;
Time Deum, *placa eum*,
Purga noxam lacrima,
Praesto sis et ora eum,
Ut ducat ad gaudia.

Piae Cantiones 1582 fol. K 6 a sq. (Klemming IV, 29.) — 3, 3 frangat captus plangat. — 3, 1 sq. Fides amicorum.

196. De Temporum Iniquitate.

1. Ieremiae prophetiae

Stilus nove pingitur,
Hierarchiae, matris piae,
Vox in Rama gignitur
Ululatus et ploratus
Prae maerore filiae,
Nam affatus nec solatus
Hanc vir est clementiae.

3. Fraus Herodis pravis modis

Toti terrae imperat,
Fidem frangit, captus plangit,
Nova lex exsuperat,
Maior cedit et obedit,
Minor senem arguit,
Schisma cedit, retrocedit
Lex, quae prius placuit.

2. Nam Rachelis gens crudelis

Natum sudat sternere,
Ventis, velis, fraudis telis
Quosque vult perimere,
Nunc raptorum, exactorum,
Qui placent in curia,
Dominorum oppressorum
Tollunt res cum furia.

4. Poena iacet, culpa placet

Cleris, servis, dominis,
Iusti degunt, stulti regunt
Cunctis mundi terminis,
Conculcatur, enervatur
Clerus et religio,
Quisnam scivit vel audivit
Tot rivos a vitio!

Piae Cantiones 1582 fol. L 4 a sqq. (Klemming IV, 26.) — Zu Str. 3 u. 4 cf. Iam verus amor!

197. De Temporum Iniquitate.

1 a. Verus amor expiravit,

Pax in terris exsulavit,
Patri proles imperat,

1 b. Legem dolus impugnavit,

Totus mundus se mutavit,
Nova lex exsuperat.

2 a. Fidem fraus incarcerat,

Famam lingua lacerat,
Regem rex exsuperat,
Plebem plebs vituperat.

2 b. Omnes mundi semitas

Occupavit novitas,
Vanitas, iniquitas,
Guerra vel hostilitas.

- | | |
|--|--|
| 3 a. Quis errores numerat,
Quos mundus exaggerat? | 3 b. Ebria modernitas
Res amat insolitas. |
| 4 a. Bella placent aulicis,
Protervire rusticis,
Usura politicis,
Simonia clericis. | 4 b. Vulgus habet onera
Aegre ferens vulnera,
Quis nescit, quot opera
Sequuntur post funera? |
| 5 a. Plus placet iam fatuitas
Quam personarum trinitas,
Plus Decii nobilitas
Quam fides, spes et caritas. | 5 b. Plus truncatus habitus
Quam dona sancti spiritus,
Plus idolorum servitus
Quam pro peccatis gemitus. |
| 6 a. Plus placet crinis tractio
Quam psalmus vel oratio,
Plus Veneris abusus
Quam missa vel devotio. | 6 b. Iam amplectuntur odio
Clerus et religio,
Quis novit ab initio
Tot rivulos a vitio! |
| 7 a. Maior cedit et obedit,
Minor senem arguit,
Schisma redit, retrocedit
Lex, quae prius placuit. | 7 b. Poena iacet, culpa placet
Cleris, servis, dominis,
Docti degunt, stulti regunt,
Lucra dantur asinis. |
8. Pompa placet feminis,
Talis status hominis
Est in mundi terminis.

Piae Cantiones 1582 fol. K 7b sqq. (Klemming IV, 8 ff.) — Zu 6b, 3 sq. vgl. Nr. 196, Str. 4, 7 sq.; zu 7a. 3 sq. Nr. 196, Str. 3, 7 sq.; zu 7b, Nr. 195 Str. 4, 1—4.

198. De Temporum Iniquitate.

- | | |
|--|---|
| 1. Mars praecurrit in planetis,
Homo pacis et quietis
Nil valet in saeculo,
Sed tyranni et feroces,
Qui ad mala sunt veloces,
Hi regnant in populo.
Effrenes et indomiti,
Qui devastant et incendunt,
Quae sunt sua, non attendunt,
Tales placent comiti. | 2. Ducunt vaccas, equos, boves,
Capras, hircos, porcos, oves
Et, si quae similia;
Ducunt lanam atque linum,
De rapinis implent sinum,
Nudat matrem filia.
En, iudex ante ianuam
Clamat: redde, quae tulisti,
Vel peribis casu tristi
Mortem per turpissimam. |
|--|---|
3. Iesu Christe, fili patris,
Confer nobis iam renatis
Tuum sanctum spiritum.
Quid prodesset nobis nasci,
Si tu velles, rex, irasci,
Ad nostrum interitum!

Memento, quod sumus tui,
 Tu es factor, nos factura,
 Tibi sit pro nobis cura,
 Te precamur cernui.

Piae Cantiones 1582 fol. L 1 b sq. (Klemming IV, 24.)

199. De Temporum Iniquitate.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Invaluit malitia,
 Iam hora vesperarum,
 Despicitur iustitia
 Ubique nunc terrarum,
 Crescunt crebro vitia
 Rerum mundanarum,
 Est concors ad supplicia
 Imago divinarum.</p> | <p>3. Amat nunc mundus dulciter
 Honores populares
 Erigitque suaviter
 Ad gradus clericales,
 Fallit tandem breviter,
 Quos iam fecit tales,
 Nec velut pridem nequiter
 Nunc fallit immortales.</p> |
| <p>2. Ocello lustrat singula
 Naturae vim pertransiens
 Duelloque subtilia
 Sophismatum discutiens,
 Cum mundi huius machina
 Et gyrum caeli ambiens
 Quaeritque sic magnalia
 Seipsum homo nesciens.</p> | <p>4. Exsurgens iam revertere,
 O dulcis mi amica,
 Emendemus nos hodie,
 Ne moriamur ita,
 Ad pedes Iesu sustine,
 Imago insignita.
 Nil tibi sit amabile
 Nisi ipsa vita.</p> |

Piae Cantiones 1582 fol. L 2 b. (Klemming IV, 22.) — 4, 8 Lies Nisi
 suprema vita.

Cantiones Scholasticae.

200. De Scholaribus.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Scholares, convenite,
 Libenter haec audite
 Procul a vitiis,
 Tractabo vobis rite,
 Quae, qualis vestrae vitae
 Constet condicio.
 Nam primitus barbati,
 In facie rugati
 Stabant rigoribus,
 Vix volunt ablactati
 Iam esse subiugati
 Suis doctoribus.</p> | <p>2. En, quondam timuistis
 Magistros, dum sedistis
 Vos in pulveribus;
 Tunc certe profecistis,
 Cum subditi fuistis
 Scholae verberibus.
 Omne caput languescit,
 Dum pastor oves nescit,
 Ac errans erit grex;
 Latinum iam recessit,
 Barbaricum accrescit,
 Scholarum perit lex.</p> |
|--|--|

3. Scholaribus revera
 Pecunia in pera,
 Quínterna manibus,
 Et capitis in sphaera
 Mitra fulget sincera
 Modis in omnibus.
 Vix sciunt G, ut, A, re
 Nec *Musa* declinare
 Nec curant studium,
 Sed discunt chorizare,
 Incipiunt amare
 Mundi tripudium.

Piae Cantiones 1582 fol. L 6 b sqq. (Klemming IV, 69.)

201. De Vita Scholarium.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O scholares, discite,
 Auribus percipite,
 Oculis videte,
 Quam beatam ducitis
 Vitam, quam diligitis
 Studium quietis.
 Mane scholas petite,
 Vespere recedite
 Domum repetentes;
 Quis status felicior,
 Quae vita securior
 Inter nunc viventes.</p> <p>2. Reges, duces, comites,
 Principes et milites
 Nunquam sunt securi,
 Vivunt enim misere,
 Arma debent gerere
 Semper pugnaturi.
 Appellantur domini,
 Omini non homini
 Talis laus debetur;
 Bona transitoria
 Sunt eorum gloria,
 Sicuti videtur.</p> <p>3. Mercatores avidi,
 Nocte, die timidi
 Flumina marina
 Propter lucrum transeunt
 Et quandoque pereunt
 Morte repentina.</p> | <p>Quorum mercimonia
 Sorte pendent dubia
 Pariter et vita,
 Visu miserabili
 Pereunt de facili
 Diu acquisita.</p> <p>4. Rustici sunt asini,
 Quibus terrae domini
 Dominantur mire,
 Quidquid habent, rapiunt,
 Si non habent, adigunt
 Pauperes abire.
 De thesauro paupere
 Magnis solent addere
 Magnam portionem,
 Sed eo flebilius,
 Quod his Deus citius
 Mittat ultionem.</p> <p>5. Regula scholarium
 Est excellens omnium
 Vitae sanctitate,
 Licet nulla similis,
 Tamen est difficilis
 In asperitate.
 Soli Deo servant,
 Sitiunt, esuriunt,
 Quorum paupertatem
 Enarrare nequeo,
 Consequuntur ideo
 Christi pietatem.</p> |
|--|--|

11. Ex istis colligite
 Vitam, quam diligite
 Semper, clericalem,
 Singula pertranseo
 Ita, quod nunc nescio
 Similem vel talem.
 Vos estis in medio
 Libero arbitrio
 Rite considerantes,
 Postquam senueritis,
 Sacerdotes eritis
 Deo servientes.

12. Qui in terris proprium
 Languunt, patrimonium
 Habent spiritale;
 Quapropter sollicite
 Date preces debite
 Propter donum tale.
 Ipse vos ad gaudia
 Transferat caelestia
 Precibus placatus,
 Ubi sine termino
 Hymnum canit Domino
 Populus beatus.

Piae Cantiones 1582 fol. L 6 b sqq. — (Klemming IV, 58 ff.) — 1, 8
 Vesperi. — 5, 10 nequeunt.

202. De Vitiis Scholarium.

1. Castitatis speculum,
 Scholares, amate,
 Relinquentes saeculum
 Scholas frequentate,
 Puerorum rudimenta,
 Precor, ut colatis
 Et virtutum incrementa
 Summe diligatis.

4. Intricatis vestium
 Gaudent ornamentis
 Et suorum crinium
 Torvis polimentis,
 Gulam suam decorare
 Fuco concupiscunt,
 Magistratum honorare
 Pauci iam addiscunt.

2. Boetii studia
 Iubent amovere
 Veneris incendia
 Nec in his gaudere;
 Assumatur pro exemplo
 Lucretiae natus,
 Corrigatur sic extemplo
 Iuvenilis status.

5. Tabulatis calceis
 Incedunt elati
 Et in semircirculis
 Gyran ut inflati;
 Nolunt scholis interesse
 Truphis inhiantes,
 Sed festinant hic abesse
 Vanis ambulantes.

3. Commessionibus
 Sed, heu, iam assuescunt,
 Suis lectionibus
 Omnino marcescunt,
 Sicut causa et causati
 Se contingunt sedes,
 Sic sunt Bacchus foederati
 Atque Ganymedes.

6. Vitia dementiae,
 Scholares, fugate,
 Nectare scientiae
 Vos inebriate,
 Toto nisu custodite
 Morum honestates,
 Ut aeternae vobis vitae
 Dentur dignitates.

Piae Cantiones 1582 fol. L 5 b sqq. (Klemming IV, 45.) — 6, 7 Et
 aeternae.

203. De Concordia.

- | | |
|--|--|
| 1. O quam mundum, quam iucundum
Vivere concorditer,
Nam psalmista verba ista
Loquitur veraciter.
Hac virtute sunt solutae
Res unitae fortiter,
Iussu oris creatoris
Vivunt regulariter.
Herus verus fert sincerus:
Sancti sunt pacifici,
Grati nati non vocati,
Fiunt hi deifici. | 2. Christianus is insanus
Subito efficitur,
Cuius ore, corde, fore
Vera pax non cernitur,
Illo ore, corde, fore
Vera pax non cernitur,
Quo coniurat patrem, curat
Sternere, ut legitur.
Ipso corde, pleno sorde,
Cain simul corrui,
Vehementer, fraudulenter
Dum in fratrem irruit. |
|--|--|

3. Hanc in facto nuper acto
Scharioth non habuit,
Dum letale, heu, tam male
Laqueo se induit.
Magnum donum, summum bonum
Confert pacis dignitas,
Tollit bella, cordis fella,
Mentis fit sinceritas.
Est amoris vinculum foris
Optima felicitas,
Premittit iras intus diras,
Oris est sinceritas.

Piae Cantiones 1582 fol. M 6 b sqq. (Klemming IV, 76.)

204. De Concordia.

- | | |
|--|---|
| 1. Laetemur, omnes socii,
Psallentes cum tripudio,
In nostro sit consortio
Sincerus amor, vera
Fides, procul ira
Et indignatio. | 2. Benignam vitam ducite
In huius saeculi tramite,
Omnes dolos abicite
Virtutes bonorum
Ac honestatem morum
Actis colligite. |
|--|---|

Te, Christe, benigne,
Laudeque digne
Precamur,

Evelle scelera,
Da nobis iam praeterea
Tales, qui devote
Deo famulentur,
Ad astra leventur,
Et aethera.

Piae Cantiones 1582 fol. M 7 b. sq. (Klemming IV, 75.) — 2, 6 Ex actis ipsorum colligite.

205. De Inscitia.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Olla mortis patescit,
Quam vidit Ieremias,
Cleri status vilescit
Spernendo scholae vias,
Schola nola virtutis
Tutis clangescit moribus,
Qui spernunt, cernunt luctum,
Fructum perdunt cum floribus.</p> | <p>4. Virgam vidit propheta
Praefatus vigilantem,
In scholis quae est spreta
Per mentem arrogantem,
Curas duras despiciunt,
Sciunt vix la, sol, fa, re,
Statim gradum sic sitiunt,
Fiunt astantes arae.</p> |
| <p>2. Linqunt scholas scholares
Iam spreta disciplina,
Doctis apparent pares
Parva docti doctrina,
Artis partes postponunt,
Praeponunt aulizare,
Qui scit parum quid scribere,
Arae se vult dicare.</p> | <p>5. Uitae via vitatur,
Dum clero deviatur,
Pro libris trupha datur,
Taxillis disputatur,
Tales, quales hi regunt,
Degunt arte sollertes.
Heu, lex quam grex insignis!
Dignis praefert inertes.</p> |
| <p>3. Apostata infestus
Ut suos plus molestat,
Aulae scriptor molestus
Sic et clerus infestat,
At cura praelatura
Aulizantes exaltat,
Provectos, vita rectos
Hos honor iam persaltat.</p> | <p>6. Sors Dei exstat clerus
Ex scholis procreatus.
Ut sit votis sincerus,
Orat pro vulgo gratus;
O Christe, pie Domine,
Esto clero solamen,
Ut hi, qui tibi militant,
Vitent dirum examen.</p> |

Piae Cantiones 1582 fol. M 1 b sqq. (Klemming IV, 54 ff.) — Der Name Olaus, den das Akrostichon verrät, ist ein so häufiger, daß es schwer fällt, an eine bestimmte Persönlichkeit als Verfasser zu denken. Unter den Bischöfen von Abo finden wir einen Olaus Magni † 1460.

206. De Disciplina.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Disciplinae filius
Ait imperterritus:
Frater, cur sis devius,
Cur sudas in devio?</p> | <p>Esto Noe similis
Consecratus Domino,
Forte sum odibilis,
Quia verum concino.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|--|
| <p>2. Timor est initium
 Omnis sapientiae,
 Timor fugat vitium
 Vilis ignorantiae,
 Timor dat fastigium
 Regiae potentiae,
 Timor est humilium
 Clipeus in acie.</p> <p>3. Quid nocet id perdere,
 Quod tam cito redeat,
 Quidnam cutem vendere,
 Cum cito refloreat,
 Pro cute recipere,
 Quod plus auro valeat?
 Ergo, frater, patere,
 Quod te timor arceat.</p> <p>4. Dulcia non meminit,
 Qui non gustat tristia,
 Mel, ut Plato cecinit,
 Sapid post absinthia,</p> | <p>Nam Matthaeus concinit
 Inter evangelia:
 Ubi timor desinit,
 Incipit miseria.</p> <p>5. Sicut humor modicus
 Est medela floribus,
 Sic et timor medicus
 Optimus in rudibus;
 Taurum domat rusticus
 Ictu, fuste, restibus,
 Puerum scholasticus
 Verbis et verberibus.</p> <p>6. Nunquam Pharaonicus
 Proficit in artibus,
 Quia diabolicus
 Talis est in omnibus.
 Iam ad finem contraho,
 Velut ambo sapimus:
 Si vis esse Pharaonem,
 Finis erit pessimus.</p> |
|---|--|

R^o Patienter patere
 Verba cum flagitiis,
 Noli dura spernere,
 Ne volvaris vitiis.

Piae Cantiones 1582 fol. M 1 a sq. (Klemming IV, 48.)

207. De Timore.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Schola morum floruit,
 Dum timorem habuit,
 Sed timore mortuo
 Statim flos emarcuit
 Nec florere potuit
 Mos timore defluo.</p> <p>2. Timor honoris vinculum
 Instruxit discipulum,
 Ergo, si vis instrui,
 Fer timoris iugulum
 Et docentis baculum,
 Quem repellunt fatui.</p> | <p>3. Timor laudabilium
 Honor est scholarium,
 Pauperes magnificat,
 Timor dat imperium,
 Radium ingenium
 Docet et authenticat.</p> <p>4. Timor habet ordinem
 Ad supernum cardinem,
 Ubi nemo litigat,
 Timor mansuetudinem
 Excitat et turbinem
 Punientis mitigat.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>5. Timor et attentio
Sunt scholis in pretio,
Puer, qui assumpserit,
Puer in hoc bivio,
Si floret ingenio,
Triumphare poterit.</p> | <p>6. Timor est in inferis,
Quo concordant superis,
Nam sine concordia
Error est in ceteris,
Haec sunt verba veteris,
Qui timebat omnia.</p> |
|--|--|

7. Timor ei poculum,
Vitae habitaculum
In aeterna gloria
Dat, si hunc timuerit
Ipsumque sapuerit
Aeva per solacia.

(Cantiones Piae 1582 fol. M 3 b. (Klemming IV, 66.) — Str. 2 kehrt als R^o nach allen Strophen wieder, ist aber ursprünglich nicht als Rundreim gedacht.

208. Planctus Vagi.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Aliena provincia
Conturbat me miseria,
Iam deficit substantia,
Evanuit laetitia.</p> | <p>3. Miles essem, equitassem,
Latro essem, spoliasset,
Non sum latro neque miles
Sed Phoebi pauper satelles.</p> |
| <p>2. De provincia expulsus,
In angaria destructus,
Iam factus sum ut laicus,
Constringit me vilissimus.</p> | <p>4. Monachus esse nequeo,
Eremita non audeo,
Mendicare erubesco
Et fodere non valeo.</p> |

R^o O salvator mortalium,
Consolator fidelium,
Per te Deus nos salvavit
Et a morte liberavit.

Cantiones Piae 1582 fol. M 4 a. (Klemming IV, 72.) — R^o steht hinter Str. 1. — 1, 1 Sum in aliena. — 2, 1 sum expulsus. — 2, 2 sum destructus. — 4, 1 esse non valeo. — 4, 4 fodere iam nequeo. — R^o steht hinter Str. 1.

209. Invitatio ad Convivium.

- | | |
|--|--|
| <p>1. O scholares,
Voce pares,
Iam mecum concinite
Et choream
Iubilaeam
Semper mecum ducite.</p> | <p>2. Iam ad festum
Modo maestum
Servitutis studii
Noster coetus
Speret laetus
Nobilis convivii.</p> |
|--|--|

3. Convivari,
Non tristari
Iubet lex in saeculo,
Consolari,
Iucundari
Mandat Bacchus populo.

4. Felix ludus,
In quo nudus
Scholaris verberibus
Non succumbit
Nec decumbit
Magistri livoribus.

R^o Ergo, gaude,
Plaude laude,
Contio scholarium;
O si tale,
Tale, tale
Semper esset gaudium!

Cantiones Piae 1582 fol. M 4 b sq. (Klemming IV, 63.) — R^o steht hinter Str. 2.

210. De Tempore Vernali.

1. In vernali tempore
Ortu laetabundo
Dum recedunt frigora,
Nuntiat hirundo:
Terrae, maris, nemoris
Decus adest deforis
Renovato mundo,
Vigor redit corporis,
Cedit dolor pectoris
Tempore iucundo.

2. Terra viret floribus
Et nemus virore,
Aves mulcent cantibus
Et vocis dulcore,
Aqua tempestatibus
Caret, aer imbribus,
Dulci plenus rore,
Sol consumptis nubibus
Radiis patentibus
Lucet cum dulcore.

3. O quam mira gloria,
Quantus decor Dei,
Quanta resplendentia
Suae faciei,
A quo ducunt omnia
Ima, summa, media
Formam speciei!
Maior est distantia
Quam sit differentia
Noctis et diei.

Cantiones Piae 1582 fol. N 2 b sq. (Klemming IV, 81.)

211. De Tempore Vernali.

1. Tempus adest floridum,
surgunt namque flores,
Vernales in omnibus
imitantur mores,

Hoc, quod frigus laeserat,
reparant colores,
Cernimus hoc fieri
per multos labores.

2. Sunt prata plena floribus
iucundo aspectu,
Ubi iuvat cernere
herbas cum delectu,
Gramina et plantulae
hieme quiescunt,
Vernali in tempore
virent et ad crescunt.

3. Hae vobis pulchre monstrant
Deum creatorem,
Quem quoque nos credimus
omnium factorem;
Tempus ergo hilare,
quo laetari libet,
Renovato iam mundo
nos novari decet.

4. Terra ornatur floribus
et multo decore,
Nos honestis moribus
et vero amore,
Gaudeamus igitur
tempore iucundo,
Laudemusque Dominum
pectoris e fundo.

Piae Cantiones 1582 fol. N 3 a sq. (Klemming IV, 83.)

Musik-Beilage.

I.



Flo-rens iu-ven - tus vir - gi-nis Fruc-tum sa - lu - tis

ger - mi - nat, Qui la - ben - tis o - - ri - gi - nis,

Ve - tu - sta - tem ex - ter - mi - nat, Dum ver - bum pa - tris


na - sci - tur Ex ma - tre si - mul fi - li - a

Fac-tum - que ca - ro pa - sci - tur In - ter pu - do - ris

li - li - a. In fi - ne vir - go tem - po - ris

Mem-bris tu - me - scit te - ne - ris Vi - ro per-


fec - ti cor - po - ris In for - ma no - stri ge - ne - ris.




II.



III.



IV.





mo - rem ha - bu - it, Sed ti - mo - re mor - tu - o
re - re po - tu - it Mox ti - mo - re de - flu - o.



Ti - mor, ho - no - ris vin - cu - lum, In - stru - it dis - ci - pu -



lum; Er - go, si vis in - stru - i, Fer ti - mo - ris



iu - gu - lum Et do - cen - tis ba - cu - lum, Quem re -



pel - lunt fa - tu - i.

V.



In ver - na - li tem - po - re Or - tu
Dum re - ce - dunt fri - go - ra, Nun - ti -



lae - ta - bun - do Ter - rae, ma - ris, ne - mo - ris
at hi - run - do, Vi - gor red - it cor - po - ris,



De - cus a - dest de - fo - ris Re - no -
Ce - dit do - lor pec - to - ris Tem - po -



va - to mun - do;
re iu - cun - do.

VI.



Tem-pus ad-est flo-ri-dum, Sur-gunt nam-que flo-res,
Ver-na-les in om-ni-bus I-mi-tan-tur mo-res,



Hoc, quod fri-gus lae-se-rat, Re-pa-rant ca-lo-res,



Cer-ni-mus hoc fi-e-ri Per mul-tos la-bo-res.



Inhaltsverzeichnis.

	Seite		Seite
Abit virgo in montana	120	Depromamus iubilose	107
Adest celeberrima	41	De radice processerat	135
Adest dies celebris	46	Deum trinum adoremus	103
A dextris Dei Dominus	137	Deus pater filium	29
Advertite percipite	73	Deus quam brevis est	70
Agnoscat omne saeculum	30	Dic homo cur abuteris	68
Agnus sine macula	40	Dies felix atque grata	40
Aliena provincia	170	Dies iam laetitiae	112
Alma mater gemma	60	Dies recolitur annua	47
Amoris opulentiam	139	Disciplinae filius	168
Angelus emittitur	136	Divo fragrans numine	107
Auctor humani generis	140	Doctor vatam gloria	84
Ave Maria gratia plena	51	Dorothea coronata	125
Ave mater o Maria	57	Dulcem caeli collaudemus	127
Ave pura tu puella	119		
Ave regina omnium	152	Ecce dies gaudii	88
Ave virgo sapiens	49	Ecce magnum sollemnium	43
		Ecce novum gaudium	137
Bartholomaeo beato	124	Ecce tempus est vernale	38
Basilio poli laudemus	33	Enche, Enche, Enche	32
Beata nobis gaudia	29	En virgo parit filium	100
Bene quondam dociles	144	Epulemur in azimis	42
		Est de monte lapis caesus	100
Cantat omnis creatura	46	Eva virum dedit in mortem	70
Cantemus laudes virginis	119	Ex linguis multifariis	43
Castitatis speculum	166	Expurgator scelerum	20
Causans totam structionem	17	Ex sinu matris parvulus	34
Cedit frigus hiemale	38		
Cedit hiems eminus	142	Felici amatrici	112
Cella pudoris Maria	53	Florens iuventus virginis	131
Christus surrexit	41	Fortis ecce leo ille	102
Cleri universitas	66	Fortuna si alluseris	72
Coetibus angelicis	79	Fulget dies hodierna	45
Concordi laetitia	59		
Congaudeat turba fidelium	136	Gratulentur musici	108
Congaudentes exsultemus	79	Gratuletur omnis mundus	82
Constat aethereis Iesum	103	Gaude gloriosa Morborum	48

	Seite		Seite
H ac in terra cernuntur	93	M ater altissimi regis	118
H amus prendit virginis	30	M ira lege miro modo	20
H omo quidam rex nobilis	154	M irum si laeteris	156
H onestatis decus iam	161	M ittendus praedicetur	39
H umilitate stringitur	61	M ortis en cum gloria	102
I am novum sidus oritur	37	M ulta nobis adversantur	71
I am praestolantes gloriam	109	M undanis vanitatibus	158
I am ver exoritur	37	N ardus odorifera	50
I eremiae prophetiae	162	N ascitur ex virgine	31
I erusalem laetare	76	N atus est nobis hodie	34
I erusalem mirabilis	78	N atus est rex de virgine	21
I esu dulcis mater bona	110	N icolaus inclitus	64
I esu mater deica	111	N obis est natus hodie	100
I esus Christus dum cernitur	105	N ovus annus dies magnus	35
I esus Christus nostra salus	105	N unc floret mendacium	160
I esus humani generis	138	O Christi longanimitas	69
I gnis in rubo cernitur	28	O domina dominatrix	49
I mperatrix egregia	109	O lla mortis patescit	168
I mperatrix gloriosa	118	O Maria o felix puerpera	52
I mperatrix supernorum	62	O mentes perfidas	160
I ncomparabiliter	63	O mira clementia	42
I n hac die Christophorus	126	O mnipotens pater gentium	104
I n hoc festo breviter	66	O mnis orbis resonet in cantica	19
I n hoc sacro sollemnio	122	O mnium sanctorum pia	123
I n hoc vitae stadio	157	O praeclara Margareta	127
I n laudes debitas	22	O quam mundum quam iucundum	167
I n laudes innocentium	65	O quantum sollicitor	58; 71
I nsignis est figura	159	O riente oriens	37
I n stadio laboris	155	O rtum floris concinat	23
I nstantes veneremur	47	O sancte Bartholomae	124
I n terris omni populo	80	O scholares discite	165
I n trinitate consistit	59	O scholares voce pares	170
I nvaluit malitia	164	O sedes apostolica	65
I n vernali tempore	171	O summa spes fidelium	127
I ohannes virgo clarior	126	O venerabilis et salutifera	51
I ubilemus omnes ei	80	P anis vivus typicatur	106
I us naturae consumitur	26	P astores dicite quatenam vidistis	18
L aetemur omnes socii	167	P ater tui sumus	67
L aetetur Ierusalem	133	P erennis regis nymphula	123
L aus virginis Nati	146	P ersonat chorus hodie	27
L umen patris resplenduit	22	P hoebus eclipsi tumuli	101
M agistrorum omnium	83	P olo polo egreditur	34
M agnus qui factus erat	29	P raelustri relucentia	121
M argarita pedibus calcatur	74	P sallat fidelis contio	148
M ars praecurrit in planetis	163	P sallat scholarum contio	134

	Seite		Seite
Quae est ista quae ascendit . . .	120	Succinamus vocum harmonia . . .	99
Quam felix quam praeclara . . .	33	Superni iubar aetheris . . .	115
Quare non cessas vivere . . .	67	Surgens mortis victor fortis . . .	42
Radix Iesse castitatis lilium . . .	24	Surge vide gens misera . . .	27
Ramus virens olivarum . . .	153	Tempus adest floridum . . .	172
Rector potens caeli terrae . . .	57	Tempus adest gratiae . . .	135
R. decane civitatis . . .	92	Tempus novum renovat . . .	86
Res nova principium . . .	26	Tenerae rosulae lenia . . .	54
Resonemus cleri coetus . . .	122	Terit perit illusio . . .	32
Resonemus hoc natali . . .	25	Thronus regis instauratur . . .	50
Resurrexit libere . . .	39	Tres personae trinitatis . . .	138
Rosa rosarum primula . . .	111	Triformis relucentia . . .	143
Salvator iam illuxit . . .	98	Tuta canit Michael . . .	36
Salve deitatis cella . . .	117	Unica gratifera . . .	149
Salve doctor gemma scientiae . . .	89	Universa gens laetetur . . .	37
Salve doctor optime . . .	91	Vanitatum vanitas . . .	157
Salve flos et decus . . .	131	Veni sancte spiritus . . .	56
Salve lux fidelium . . .	117	Vernalis lux emicuit . . .	32
Salve mitis virguncula . . .	116	Verbo verbum incarnatur . . .	48
Salve virgo regia . . .	50	Verus amor exspiravit . . .	162
Schola morum floruit . . .	169	Vigilanter melodum . . .	114
Scholares convenite . . .	164	Virgine nato rege beato . . .	26
Sibyllae dictum floruit . . .	33	Virgo mater piissima . . .	151
Sollenni gaudio Sit aucta . . .	64	Virgo nobilis . . .	113
Sonitemus voculis . . .	98		
Spiritum misit hodie . . .	103		

Pierersche Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co. in Altenburg.



196




60
5263
.45

29.12.72

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
50 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO - 5, CANADA

10825





GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart